BIBLIOTHECA POLITICO-HERALDICA SELECTA

Carl Arnd

Digitized by Google

Digitized by Google

<36603934500019

<36603934500019

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

V 8505
Hist Lit - 2008.

Pkg 28

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLI ARNDII
Prof. Acad. Roſtoch. Publ.

BIBLIOTHECA POLITICO-HERALDICA SELECTA

h. e.

Recenſus Scriptorum ad Politicam atque Heraldicam pertinentium ſelectus ex præſtantiſſimis præſtantiſſimorum Scriptorum monumentis conquiſitus, rarioribus ex Hiſtoria Literaria obſervationibus illuſtratus & accuratioribus Eruditorum judiciis conſtipatus.

Cum

PRÆFATIONE De Selectiſſimis Bibliothecarum Theologicæ, Juridicæ, Medicæ, & Philoſophicæ Collectoribus.

ROSTOCHII ET LIPSIÆ,
Sumptibus JOH. HENR. RUSWORMII,
Bibliopolæ Roſtochienſis.
ANNO MDCCV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
DUCIS MECKLENBURGENSIUM
REGENTIS
MINISTRO STATUS INTIMO
Cancellariae Justitiae ac Consistorii Directori
Eminentissimo
ILLUSTRI
JOHANNI KLEINIO
DOMINO
Genere Nobilissimo
Dignitate Splendidissimo
Pietate Praestantissimo
Juris Scientia & Professione Excellentissimo
Omnigenaque Virtute Spectatissimo
PATRONO
Favore Optimo
Autoritate Maximo
Integritate Desideratissimo
Observatione Colendissimo
BIBLIOTHECAM HANC POLITICO-HERALDICAM
in
Studiorum Accademiorum Monumentum
Humilis Observantiae Testimonium
Gratiolaeque benevolentiae Patrocinium
Pectore devoto
Officio debito
Calamo submisso
Cum Voto
Omnigenae Prosperitatis ac Floris perennantis
DAT DICAT DEDICAT
Admirator Perpetuus
Cultor Ingenuus
Observator Dicatissimus
CAROLUS ARNDIUS

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

PRÆLOQUIUM

De

Selectissimis Bibliothecariorum Historico-Pragmaticorum Collectoribus,

Qui partem illam Rei literariæ, quæ Bibliothecarum persequitur notitiam, exponere in animum induxerunt, variis illud ipsum aggressi sunt consiliis variisq; pertractandi modis. Alii ad morem Philosophorum, quæ de Bibliothecis veniunt dicenda, Philosophico ordine & Methodo Philosophica edisserunt, quos doctrinæ gratiâ appellare licebit *Bibliothecarios Methodicos seu Philosophicos*; quales sunt ex illustrissimo Scriptorum numero *Dan. Georg. Morhofius Polyh. Lib. I. cap. III. IV. V. VI. XVII. & XX. Burc. Gotth. Struvius Introd. in notit. rei Liter. cap. II. III. & Dan. Guil. Mollerus in Dissertatione circulari*

Scriptores Bibliothecarii.

Methodici sive Philosophici.

de Bibliotheca Altorffii hab. 1700. Hinc videmus alium edisserere Causas Bibliothecarum efficientem, materialem, formalem & finalem: alium media Bibliothecarum tam honesta, emtionem, donationem, Bibliopoliorum visitationem, cum doctis familiaritatem, Catalogorum Biographorumque excussionem, & similia, quàm inhonesta, spolia bellica, furta & quæ sunt alia: alium Bibliothecarum ordinem, sine quo minus ornatus imò nullus est Bibliothecarum usus, ordinisque hujus everssionem, quæ provenit vel ex hominum malitia vel ex simplicitate & barbarie vel ex superstitione vel ex casibus fortuitis: alium Bibliothecariorum officium difficillimum pariter atque utilissimum catalogum item antiquum, recentiorem & recentissimum: alium cognitionem Bibliothecariam, qua cognoscuntur & expenduntur vel conditores Bibliothecæ vel librorum varietas vel eorum multitudo vel bonitas vel MSCorum Cod. apparatus vel Subsellia ac domus vel ornamenta ac monumenta ejusdem reliqua: alium denique insignem Bibliothecarum fructum, qui in eò maximè consistit, quod notitia Bibliothecaria sola perfectæ rerum cognitioni sternat viam, quodve illa in totum exculta sperari possit perfecta & universalis omnium Seculorum & artium doctrina. Alii ad genium sese componentes Historicum, ordine Historico & Historica Methodo descripserunt eminentiores Orbis terrarum Bibliothecas tàm antiquas quàm

quàm novas ac novisfimas, quos distinguendi à prioribus ergò, commodè salutabimus *Bibliothecarios Historicos*, quorumve selectiores recensitos offendimus in *Morhofii Polyhist. Liter. Lib. I. Cap. XVII. & XVIII, Struvii Introd. in Notit. Literar. Cap. I. tot. & Cap. III. §. XXXVIII. XXXIX. XL. pag. 129. sqq. Valentini* item *Henrici Vogleri Introd. in Notit. Univ. Script. Cap. III. pag. 7. seq. & Henrici Meibomii Additam. pag. 160. seqq.* Hos inter quoque deprehendimus, alios in genere depinxisse Bibliothecas optimas publicas & privatas, quæ fuerunt olim hodieque supersunt in orbe, quales ex illustrioribus, *Lohmejerus*, *Gallesius*, *Lipsius*, *Neander*, *Hottingerus* & *Spizelius*: alios in specie recensuisse Bibliothecas publicas, utpote, Cæsaræo-Vindobonensem, *Lambecium* & *Nesselium*, Oxonienſem & Cantabrigiensem *Jamesium* & *Hedenium*, Lugduno-Batavam, *Heinsium*, Hispanicam, *Clementem*, Gallicam Parisiensem, *Garnerium*, Berolinensem *Begerum*, Guelferbytanam *Conringium*, Brunsvvicensem, *Hartium* & ita porro: alios in specie enarrasse privatas, utpote Bibliothecam Usserii, *Parrium*, Thuani, *Bullialdum* & *Quesnelium*. Card. Slusii *Desseinium*, & sic reliquorum qui à Morhofio, Voglero, Meibomio & Struvio insinuantur Bibliothecarios reliquos: Alii denique necessariam in omnibus & singulis disciplinis selectiorum librorum notitiam necessario cum ordine necessarioque cum judicio pragmatico edocuerunt

Historici.

quos ideò denominare possumus *Bibliothecarios Historico-Pragmaticos* supponentes:

Historico Pragmatici

NOTITIAM BONORUM LIBRORUM MAGNAM ESSE PARTEM STUDIORUM. Id quod ex professo deduxerunt quoad rationum momenta Viri Celeberrimi, *Valent. Henr. Voglerus* in Dedicatione Introd. Univ. in notitiam cujuscunque generis bonorum Scriptorum, *Henricus Meibomius* in præfatione Additamentorum ad introductionem Voglerianam & reliqui illi, quos insinuavit B. Casp. Thurmannus in Bibliothecâ Academicâ pag. 126. 127. ed. Hal. in 4. 1700. Atque de his ultimis Bibliothecarum Scriptoribus iisque selectissimis quoad Scriptorum monumenta pauca quædam præfaminis loco dicenda restant. Notitia librorum quantum S. S. Theologiæ cultoribus afferat & dignitatem & utilitatem ex instituto docuerunt *Angelus Rocca à Camerino* (de quo vid. Janus Nicius Erythræus, verò nomine Johannes Victor Roscius. in Pinacotheca Imaginum illustrium doctrinæ vel ingenii laude virorum Pinacoth. 1, pag. m. 105. ed. Lipsi. 1692. in 8.) *Bibliothecæ Theologicæ Epitome* Romæ impressâ 1594. *Johannes Irlen*, Sigenensis Theol. D. *Specimine Bibliothecæ Theologicæ* seu *Encyclopædiæ sacræ* Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleich in folio 1621. excusâ. *Christophorus Pelargus Bibliotheca Theologica*, quam concinnavit Petrus Besodnerus, indice Königio in Bibliothecâ. *Gisbertus Voetius in Bibliotheca Studiosi Theo-*

Scriptores Bibliothecæ Theologicæ.

lo-

logiæ ex editione optimâ Ultrajectinâ. M. DC. LI. in 12. (de quâ variorum judicia, utpote Bosii, Schockii, Maresii, Hottingeri, Calovii & Morhofii collegit in tertio Methodorum Tomo Lugd.Bat.1699. in 4. publicato ἐξοχώτατῳ ille Thomas Crenius pag. 429. seqq. qui & alibi Part. VI. scil. Animadverss. Historico-Philol. pag. 109. seqq. characterem Voëtii verbis Maresii depingit, contemtusque fatum, quod Maresius objicit Voëtii libris ipsos Maresii libros mansisse ostendit) *Gerhardus Mejerus* Prof. Theol. Gymn. Bremens. *in Bibliothecæ Theologiæ contractæ libellis duobus* in 12. 1660 Bremæ typis Petri Cöleri descriptis. *Martinus Lipenius in Bibliotheca reali Theologica* 1685. in fol. Francofurt. ad Mœnum evulgatâ, laudatâque Cölect. Act. Erud. Lipsiens. Tom. IV. 1685. m. Sept. p. m. 403. 404. Dan Georg. Morhofio item Polyhist. liter. lib. 1. Cap. XVIII. p. m. 202. & Burcardo Gotthelff Struvio Introd. in Notit. Rei Literariæ Cap. IV. §. 11. pag. m. 145. ed. Jen. 1704. in 8. qui exemplum secutus *Pauli Bolduani in Bibliotheca Theologica* Jen. 1614. & cum continuatione Lips. 1622. edita & *Georgii Draudii in Bibliotheca Classica* Francof. 1625. in 4. quibus quid tribuendum sit ex Joh. Henr. Hottingeri Bibliothecar. part. I. cap. 1. pag. 9. ed. Tigur. 1664. docet Crenius ὁ πάνυ, in Animadv. Hist. Philol. part. XI. cap. II. §. IX. p. m. 193. 194. Add. Morhofius & Struvius LL. cc. & qui quam parùm Boldueno tribuat Mor-

hofius ex ejus Polyhiſt. Literar. cap. XVIII. p. m. 202, & pag. 211. repetit Crenius ὁ μέγας in Tom. III. Method. pag. 432. Omnes denique illi, quos legitimis claſſibus ordinatos judicioque nervoſo ſtipatos communicabit celeberrimus Jenenſium Polyhiſtor jamjam laudatus *Burcardus Gotthelff Struvius* (cujus vitam & ſcripta recenſent Collect. Nov. Literar. German. Tom. I. m. Jul. p. m. 260. ſeqq.) *in Bibliotheca Theologica*, quam omnes boni & bonarum literarum æſtimatores avidè deſiderant. Quantum accreſcat bonorum librorum notitia illorum ſtudiis, qui Jurisprudentiæ ſeſe totumque vitæ ſuæ ſpatium addixerunt, uberrimis expoſuerunt commentariis *Johannes Wolffgangus Freymonius in Elencho Auctorum* à Johanne Nerizano, Ludovico Gomeſio, Johanne Fichardo & Johanne Baptiſta Zilleto cœpto, in titulos quosdam digeſto, ſed libros antiquiſſimos hodieque parum utiles continente. *Simon Pauli in Bibliotheca Juridica* Argentorati 1671. in 8. *Cornelius à Beughem Bibliotheca Juridica & Politica* ſeu conſpectu librorum Juridicorum & Politico-Legalium qui ab anno 1651. prodierunt in Europa 1680. in 12. quam in poſterum continuare promiſit, ſed in ſolis librorum titulis conſiſtit. *Martinus Lipenius in Bibliotheca Reali juridica* Franc. ad Moen. 1679. emiſſa, incompleta tamen nec negotio huic ſatisfaciente, ex judicio Magni Morhofii in Polyhiſt. liter. lib. I. cap. XVIII. p. m. 211. utili quoad diſpoſitionem

Scriptores Bibliothecæ Juridicæ.

nem materiæ, minus accurata & inutili quoad disposítionem librorum eorundemque recensionem, ex judicio Nobil. Struvii in loco mox citando. Haud absimilis videtur quoad operis dispositionem *Johannes Bechtoldus* qui in hoc scribendi genere teste Excell. Germaniæ nostræ JCto Johanne Ottone Tabore in præfat. Thesauri Barbosiani, præclaram inter scriptores juridicos eruditionis consecutus est laudem, quippe in *Locis communibus* sive *Materiam & rubricarum juris universi syllogen in usum tàm theoreticum quam practicum serie Alphabethica digesta*, an. 1689. Lipsiæ in 4. recusa, sedes materiarum juris utriusque secundum rubricas seu titulos vulgatos alphabetico ordine ita digesit, ut si forte vel in Theoria vel in praxi thema quoddam tractandum obvenerit, depromere quis ex eo possit, sibi quid ex usu sit. *Supplementum Bechtoldianum* dedit *Andreas Christophorus Rösenerus*, quo utilia & necessaria, ut ipse ait, quam quidem otiosa aut ambitiosa, sectari maluit. Prodiit Lipsiæ 1689. in 4. (*Vid. Lipsienſ. Act. Erud. Collect. T. IX. d. an. 1690. m. Febr. pag. 90. 91.*) *Augustinus Fontana*, Comes Scagnellus, Senat. Mant. Rotæ Bonon. Audit. *Amphiteatro Legali* seu Bibliotheca legali amplissima sive omnium & quorumcunque librorum in Jure Canonico, Civili, Criminali, Feudali, Politica Jureque Publico impressorum accurata descriptione cum duplici ordine Alphabetico, uno Autorum altero Materiarum, utroque ab-

solutissimo, plurimis voluminibus distributâ Parmæ 1680. fol. de quâ memorabile hoc circumfertur distichon;

Jura per innumeros quæ sunt jam dissita libros
Hoc unum nobis cuncta recenset opus.

Dionysius Simon in Bibliotheca Autorum Juris Civilis, Canonici & particularis plurimarum provinciarum & plurimorum statuum, ab Irnerio usque repetitorum addito ingenii charactere & debito judicio Parisiis in 12. examinata â Wilh. Ern. Tentzelio Colloqu. Menstr. d. a. 1692. p. m. 834. 835, *Nicolaus Christophorus L. Baro de Lyncker in Instructorio Forensi* ad universum omnium scientiarum complexum & cumprimis solidam, cujusque Juris omnemque reliquam prudentiam, qua rebus publicis prospicimus, directum 1698. fol. quod suos habet æstimatores quoque auctius brevi prodibit. *Georgius Bejerus* JCtus Lipsiensis de Notitia Autorum Juridicorum cujus duo prodierunt specimina Lipsiæ 1701. in 8. quique, judice Struvio, speciales quosdam libros recenset sine ordine. *Casp. Thurmannus.* J. U. D. & Consiliarius quondam Saxo-Lauenburgicus, Vir multæ lectionis & assiduæ collectionis in *Bibliothecâ Juridicâ Universali* (quâ omnia remissivé tractantur & recensentur:) quoad partium editiones inchoatâ quidem sed abruptô nuperè vitæ filô interruptâ etsi forsan non penitus abruptâ. [De quâ ut & de reliquis

quis ſcriptis conf. Morhofius Polyhiſt. Liter. lib. I. c. 18. pag. 211. Stryckius in Præf. Biblioth. Acad. Thurm. Meelführerus in acceſſionibus ad Theod. Janſ. ab Almeloveen Bibliothecam promiſſam & latentem p. 144. ſqq. & Collect. Nov. Liter. German. Tom I. An. 1703. m. April. p. 157. 158: atque de Vita ejus Tom. III. An. 1705. m. Jun. p. m. 40.] Selectiores denique alii quos debito ordine brevique judicio adjecto collegit *Burcardus Gotthelff Struvius in Bibliotheca Juris ſelecta*, ſecundùm ordinem literarium diſpoſitâ atque ad ſingulas Juris partes directâ Jenæ 1703. in 8. (De quâ vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. T. XXII. 1703. menſ. Jul. p. m. 333. 334. & Collect. Nov. Liter. Germ. Tom. I. 1703. m. Jul. p. m. 260.) Quantum decus, quantum emolumentum Autorum optimorum notitia, à qua experientia aliena, Medicis neceſſaria, haurienda, conciliet illis qui vel Medicorum profitentur ſcientiam vel profiteri intendunt atque contendunt elegantiſſimis in ſcriptis monuerunt Scriptores illi, qui recenſentur à *Voglero* Introd. in Notit. Script. cap. VIII. & Meibomio in Additam. ad Cap. VIII. p. 189. ſqq. quos inter eminent *Johannes Antonides Lindenius*, qui omnium anteceſſorum hoc in genere labores in unum corpus congeſſit in *Bibliotheca Medica*, tertiùm publicatâ M. DC. LXII. continuatâ item & dimidio penè amplificatâ, à Georgio Abrahamo Mercklino Noribergæ 1686. (Vid. Morhofius Polyhiſt. Liter. lib. I.

Scriptores Bibliothecæ Medicæ.

lib. I. c. 18. pag. 212. Voglerus Introd. in notit. Script. p. 47. Meibomius in Addit. p. 189. & Collect. Act. Erud. Lipsienſ. Tom. V. 1686. menſ. Aug. p. 417. 418.) *Martinus Lipenius in Bibliotheca Medica Reali* Francof. ad Mœn. 1679. evulgatâ præſtantiſſimo, judice Meibomio l. c. labore & cum fructu inſigni conjuncto. *Cornelius Beughemius in Bibliographia Phyſico-Medica*, quæ prodiit 1680. in 12. qua teſte Morhofio l. c. catalogus continetur noviſſimorum Scriptorum Phyſicorum & Medicorum. *Hermannus Conringius Introductione in artem Medicam*, ad quam ſupplementum dedit Guntherus Chriſtophorus Schelhammerus quod tanquàm egregiè adornatum commendatur à Meibomio in Addit. Vogl. p. 190. Denique *Joh. Henr. Meibomius* in opere affecto de *Vitis & Scriptis Medicorum* à Nepote Hermanno Dieterico Meibomio Hiſtor. & Pöeſ. Prof. Helmſtad. ex promiſſo additamentis ad Voglerum Paternis adjecto, propediem conficiendo. Quibus addendus eſt *Daniel Clericus*, Med. Doct, in *Hiſtoria Medica* Autorum & dogmatum Medicorum per ſecula deducta atque diducta, gallicè conſcriptâ & Amſtelodami impreſſâ in 4. 1701. cujus contenta prolixiſimè refert Eccardus, Secretarius Hannoveranus Excerpt. Menſtr. Hannov. ed. 1701. m. Octobr. pag. 34. --- 94. Reliqui item illi quos juſtâ ſerie diſpoſitos debitaque cenſura dijudicatos exhibebit *Struvius* anteà memoratus in *Bibliotheca-Medica* cum DEO

&

Digitized by Google

& die producenda. Quid tandem ornamenti quid ſubſidii ab accurata optimorum librorum notitia exſpectandum habeant ii, quos Muſæ Philoſophicæ vel intra vel extra velum docuerunt Philoſophicum, quique vel intra vel extra illud edoceri cupiunt, colligere licet ex Scriptoribus illis, qui de Philoſophis eorumq; monumentis vel generatim vel ſpeciatim commentati ſunt, quales ſunt: *Johannes Jacobus Friſius in Bibliotheca Philoſophorum Claſſicorum Chronologica*, quæ primùm Tiguri prodiit 1592. in 4. poſt libro ſecundo Chronici Chronicorum Eccleſiaſtici Jani Gualteri ſeu Jani Grüteri inſerta Francof. 1614. in 8. p. 820. ſqq. *Iſraël Spachius*, cujus *Nomenclator ſcriptorum Philoſophicorum* prodiit Argentorati 1598. in 8. qui nullâ Chronologiæ ratione habitâ realem eſſe voluit catalogum ſuum de Scriptoribus Logicis, Phyſicis & ſimilibus ſeparatim agens. *Georgius Draudius Bibliotheca Claſſica*, quâ Francof. 1611. in. 4, in lucem protracta, præter reliquas diſciplinas etiam Philoſophicos Scriptores percenſet. Sed quæ, judice Struvio, ex catalogis Francofurtenſibus conſarcinata nec ſatis fidei habent. *Paulus Bolduanus Bibliotheca Philoſophica* Jenæ excusa 1619. in 4to qua Scriptores æquè pro ordine materiarum indicantur ſed nuda titulorum recenſione. *Martinus Lipenius Bibliotheca reali Philoſophica* Francof. ad Moen. edita 1682. fol. in duos Tomos diſpertita; Philoſophiæ voce tàm latè capta, ut

Scriptores Bibliothecæ Philoſophicæ.

ut omnem etiam linguarum, antiquitatum ac ſententiarum notitiam, omnem item veterum ac recentiorum criticam, omnem hiſtoriam, Philologiam, Oratoriam, Poëticam, & quicquid πολυμαθείας aut πανσοφίας nomine venit, includat. Laudem habet in eo ut de quâvis materia, ſpeciali etiam, qui ſcripſerint, habeamus ſub quovis titulo digeſtos, ſi modò meliori cum ſelectu id factum & non quisquiliæ ſæpè ſcriptorum intermixtæ. Imò referuntur nonnunquam ſub titulis qui ad alios planè ſpectarent, ut facilè appareat libris non inſpectis titulo ſæpius deceptum fuiſſe Lipenium. His addendus denique Præcellentiſſimus Jenenſium πολυμαθὴς *Burcardus Gotthelff Struvius, in Bibliothecâ Philoſophicâ*, in ſuas Claſſes diſtributâ, quæ lucem vidit Jenæ 1704. in 8. quæque novem abſolvitur capitibus ſeu Sectionibus. Primum Caput agit de Scriptoribus qui Bibliothecam Philoſophorum & vitas eorum ſcripſerunt. Secundum de Philoſophiæ fontibus tàm antiquioribus quàm recentioribus. Tertium de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ Methodologicis atque Eriſticis. Quartum de Scriptoribus Philoſophiæ inſtrumentalis, Logicis, Metaphyſicis & Hermeneuticis. Quintum de Scriptoribus Philoſophiæ Theoreticæ Phyſicis, Pnevmaticis & Thelogiæ naturalis. Sextum de Scriptoribus Ethicis. Septimum de Scriptoribus Politicis. Octavum de Scriptoribus Juris Naturalis & Gentium. Nonum de

de Lexicographis, atque Miscellaneis. In singulis Scriptores non solùm secundùm sectas suas sed etiam tractandi Methodum fuerunt distincti non generalium solùm sed etiam potiorum materiarum specialium in quâvis Classe habitâ ratione. Judicia quoque plerisque Scriptoribus & scriptis subjecta sunt pro qualitatum atque operum meritis. Tot igitur tantorumque Virorum & nominibus & ominibus excitatus atque invitatus, licet maximè impari nomine omineque maximè impari, specimen exhibeo Apparatus Historico Literarii ad Politicum atque Heraldicum studiorum genus, ostensurus in eodem, si non verbis, tamen exemplis dignitatem & utilitatem Notitiæ literariæ atque librariæ longè amplissimam. Id quod dum facio nihil magis in votis habeo quàm ut Apparatus hic leviſſimus si non omni ex parte (quod vix per amplitudinem & difficultatem horum studiorum sperandum) aliqua saltem ex parte, Benignissimis, si qui eundem lectione dignabuntur, lectoribus satisfaciat.

Habebit autem Apparatus noster tria momenta cardinalia.

I. Fontem, ex quo haustus sit & unde in formam præsentem assurrexerit.

II. Ordinem, quo scriptores Politico Heraldici recensendi sese in vicem excipiunt.

III. Materiem seu Recensum scriptorum illorum quoad Nomina, Scripta huc pertinentia, Memorabilia selecta & Doctorum accuratiorum de iisdem judicia. *Pri-*

Primum momentum Cardinale continens APPARATUS FONTEM.

§. I.

Apparatus Fons.

FONTEM constituunt partim Methodologici atque Isagogici Universales h. e. Scriptores qui vel præscripserunt ipsi Methodos in omni studiorum genere aut introductiones in omnes singulasque scientias vel præscriptas ab aliis in unum corpus collegerunt; partim Methodologici atque Isagogici particulares h. e. qui vel scripserunt vel collegerunt peculiarem in peculiari studiorum genere Methodum aut particularem ad particulare studium, Politicum scil. atque Heraldicum, introductionem.

Methodologici Universales.

§. II. Ex longissima *Methodologicorum atque Isagogicorum Universalium* serie (quam ex instituto recensent Dan. Georg. Morhofius Polyhist. Liter. lib. II. cap. 2. 328. p. sqq. & Burcardus Gotthelff Struvius in præfatione de formandorum studiorum scriptoribus, præmissa Baptistæ Guarini Veronensis de ordine docendi & studendi libello ex MSC. emendato, Jenæ M, DCCIV.

Digitized by Google

M DCC IV. divulgato, enarratoque à collect. Nov. Liter Germ. Tom. II. 1704. m. April. pag. 14. 150.) unicum eumque excellentissimum pariter ac novissimum brevitatis ergo hoc tantum loco repetimus, THOMAM CRENIUM, Ungarum illum Doctissimum. Is ipse, quemadmodum elegantissimis suis operibus jamdudum de Republica literaria præclarissimè meritus est ac quotidiè meretur, ita & obstrictissimam sibi eandem tenet Tomis Methodorum exquisitissimis è quibus tres, quandum constat, lucem aspexerunt publicam. Primus Tomus exiit Roterodami 1692. in 4. sub titulo; *Consilia & Methodi aureæ studiorum optimè instituendorum, quæ Thomas Crenius collegit, recensuit, emendavit & notis suis accuratoque indice adauxit.* Continet autem hic Tomus scripta viginti tria quæ hic adduxisse sufficiat. Sunt verò hæc, (I) Joachimi Fortii Ringelbergii liber de ratione studii cum illius ipsius adnotationibus. (II) Des. Erasmi de ratione studii Tractatus. (III) & (IV) Joh. Ludovici Vivis de studii puerilis ratione dissertationes epistolicæ. (V) Johannis Caselii de lingua latina addiscenda dissertatio. (VI) Johannis Sturmii de literarum ludis rectè aperiendis liber. (VII) Ejusdem Nobilitas literata. (VIII) Casparis Sciopii consultationes de Scholarum & studiorum ratione deque prudentiæ & eloquentiæ comparandæ modis. (IX) Olai Borrichii cogitationes de variis linguæ latinæ ætatibus. (X)

Methodorum Crenianarum.

Tomus primus ejusque contenta.

Paſcaſii Groſippi i, e. Caſp. Scioppii de Rhetoricarum Exercitationum generibus diſſertatio. (XI) Ejusdem Pædia Politices cum notis & animadverſionibus Hermanni Conringii. (XII) Leonardus Aretinus de ſtudiis & literis; (XIII) Gabrielis Naudæi Bibliographia Politica. (XIV) Ejusdem Syntagma de ſtudio liberali. (XV) Hugonis Grotii Epiſtola de ſtudiis benè inſtituendis. (XVI) Gerh. Joh. Voſſius de cognitione ſui, (XVII) Ejusdem de ſtudiorum ratione opuſcula. (XVIII) Ejusdem de ratione & ordine univerſam legendi Hiſtoriam diſſertatio. (XIX) Idem de ſtudiis inſtituendis. (XX) Idem de ratione, quâ, præiri ad eloquentiam aliaque ſtudia debeat juventuti. (XXI) Franciſci Junii Paræneſis. (XXII) Gerh. Joh. Voſſii Introductio in Chronologiam. (XXIII) Ejusdem de Imitatione cùm Oratoria tùm præcipuè Poëticâ liber. Ad *ſingulos Tractatus*, notas adjecit eruditiſſimas quibus plerumque ſcriptorum, qui allegantur, editiones recentiores atque optimas indicat variaque Singularia ex Philoſophicis atque Philologicis aſpergit: quin & rerum, quæ in his opuſculis continentur, indicem accuratum ſubjecit. (conf. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. T. XI. 1692. m. Julii pag. 343. 344. & W. E. Tentzelius Colloqu. Menſtr. d. an. 1692. pag. 183. ſeqq.)

Tomus ſecundus ejusque contenta

Secundus Tomus exiit Lugd. Batav. 1696. in 4. inſcriptus: *De Philologia, ſtudiis liberalis doctrinæ, informatione & educatione literaria generoſorum Adoleſcentum, comparanda prudenti-*

dentiâ juxtâ & eloquentiâ civili, libris & Scriptoribus ad eam rem maximè aptis, quoque ordine Scriptorum Historiæ Romanæ monumenta sint legenda Tractatus; quos Thomas Crenius collegit; retenſuit, emendavit, in commata diſtinxit & notis ſuis ac locis Autorum, ubi è re fuit, additis, accuratoque indice auxit. Accedunt Juſti Lipſii ſuis de Politicorum libris ut & Ammiano Marcellino ac Aurelio Victore duæ, tertiaque Joachimi Paſtorii, hactenus inéditæ epiſtolæ. Continentur in eo decem ſcripta, quæ ordine ſequenti ſunt diſpoſita. (I) Guilielmi Budæi libellus de ſtudio literario rectè & commodè inſtituendo ad Franciſcum Galliæ Regem conſcriptus. (II) Ejusdem de Philologiâ libri duo ad Henricum Aurelienſem & Carolum Angolismenſem, Regis filios utrosque conſcripti & quidem in forma dialogi inter ipſos atque Budæum. (III) Thomæ Campanellæ de libris propriis & recta ratione ſtudendi Syntagma ad Gabrielem Naudæum conſcriptum. (IV) Joachimi Paſtorii ab Hirtenberg de juventutis inſtituendæ ratione diatribe. (V) Ejusdem Epiſtola de rectè inſtituendâ Eloquentiæ Romanæ ſtudio ad Sigismundum de Linda Burggrabii & Præ-Conſulis Dantiſcani Filium. (VI) Ejusdem Palæſtra Nobilium ſeu Conſilium de Generoſorum Adoleſcentum educatione in gratiam quorundam Illuſtrium Patronorum conſcriptum. (VII) Johannis Andreæ Boſii de comparanda Prudentia civili deque libris & Scriptoribus

ad eam rem maximè aptis Dissertatio Isagogica. (VIII) Ejusdem Dissertatio Isagogica de comparanda eloquentia civili deque iis quæ huc inprimis faciunt. (IX) Johannis Schefferi de Generosi Nobilisque Informatione literaria dissertatio. (X) Petri Angeli Bargæi quo ordine Scriptorum Historiæ Romanæ monumenta sint legenda libellus. Tertius Tomus exiit Lugd. Bat. 1699. in 4to. inscriptus. *De Eruditione comparanda in humanioribus, vita, studio Politico, cognitione Auctorum Ecclesiasticorum, Historicorum, Politicorum ac Militarium item peregrinatione Tractatus, quos Thomas Crenius conlegit, recensuit, emendavit in incisa sive commata distinxit, & notis suis ac locis Auctorum, ubi ò re fuit, additis, accuratoque indice auxit.* Continentur in eo scripta XXII. quorum series hæc est. (I) Joachimi Camerarii Præcepta morum ac vitæ, accommodata ætati puerili, soluta Oratione & versibus quoque exposita. (II) Ejusdem Dialogus de Gymnasiis. (III) Ejusdem Ludus septem sapientum seu Præcepta vitæ. (IV) Ejusdem Expositio versuum Solonis & aliorum quorundam veterum latina & commentatio de his. (V) Solonis elegia citata à Demosthene, de causis quæ afferunt exitium regnis & magnis civitatibus, carmina Tyrtæi ex libris ejus de fortitudine & contemnenda morte excerpta, carmina Callinoi & cohortatio ad pugnam Hectoris in latinum idioma translata commentario latino exposita. (VI) Ejusdem

Tomus tertius ejusque contenta

enu-

enumeratio eorum, quæ in docendo seu institutione præcipuè sequenda esse videantur, conversa è Græca ipsius in Latinam. (VII) Johannis Fungeri liber de puerorum disciplina & rectâ educatione. (VIII) Arnoldi Clapmarii Nobilis Adolescentis Triennium. (IX) Christophori Coleri de studio Politico ordinando Epistola. (X) Excerpta ex Johannis Caselii NEn. (XI) Ignatii Hanielis Epistola ad Johannem Witten Consiliarium Megapolitanum. (XII) Ægidii à Lanken Epistola ad Joh. Christenium I. C. de educatione Nobilium. (XIII) Joh. Andr. Bosii Schediasma de comparanda notitia Scriptorum Ecclesiasticorum. (XIV) Gabrielis Naudæi Bibliographia militaris. (XV) Lucæ Antonii Thomasoni de re militari Tractatus. (XVI) Præcepta quædam & exempla ad rem militarem & imperatoriam artem pertinentia à Nobili Veneto collecta. (XVII) An literarum studia militiam enervent? (XVIII) Henrici Rantzovii Methodus Apodemica seu peregrinandi perlustrandique regiones, urbes & arces, ratio. (XIX) Epistola Joh. Henr. Alstedii ad Josuam von der Tann. (XX) Matthias Berneggerus Quæst. CLXXIII in Agricol. Taciti, an hominibus illustribus & quomodo peregrinandum? (XXI) Justi Lipsii Epistola de Peregrinatione. (XXII) Georgii Richteri Epistola de Peregrinatione.

§. III. Methodologicos atque Isagogicos Particulares quod attinet, in duplici illi positi sunt Classe. Alii enim per modum e-

Methodologici particulares.

pistolarum de instituendo studio Politico informârunt; Alii per modum Methodologicorum ac Isagogicorum Scriptorum.

Epistolici selectiores.

§. IV. Ex Epistolicis selectiores occurrunt numero novem.

Grotius.

I. *Hugonis Grotii Epistola ad Benjaminum Auberium Maurerium, illustrem Regis Galliæ ad fœderatas inferioris Germaniæ provincias Legatum ordinarium, de adornandâ ratione studiorum*, quæ opere Epistolarum Grotianarum majori LIV. constituit; in minore verò editione epistolarum ad solos Gallos XVI. facit; quæ tamen cum in epistolæ finem omnia coarctari non possint, nimis brevis est, aliàs omnes studiorum partes complectens. Edita est (α) in H. Grotii & aliorum dissertationibus de studiis instituendis Amstelod. ex Officinâ Elzeviriana. 1645. in 12. statim in fronte. (β) Operâ Joachimi Morsii 1636. in 4. cum similibus Hannielis & Alstedii Epistolis. (γ) ab Herm. Conringio junctim cum Scioppii, Naudæi, & Cöleri similibus opusculis Helmstadii in 4. M. DC. LXIII. pag. 117. sq. (δ) ab Excell. Crenio in Tomo Methodorum I. Num. XV. pag. 651. sqq. cum notis Historico-Philologicis.

Cölerus.

II. *Christophori Cöleri de studio Politico adornando Epistola ad Generosum Juvenem Stanislaum Zelenium Vitellium de Zelanka* quam primus fortè Witteberga M. DC. IV. in 8. evulgavit suoque de studio Politico scripto Bornitius adjecit; secundus Grotius in

Disser-

Dissertat. de studiis instituendis p. 171. seqq. tertius Conringius cum similibus aliorum monumentis Helmstadii in 4. 1663. p. 125. sqq. quartus & ultimus, Eruditissimus Crenius Tomo Methodorum tertio Num. IX. p. 369. sqq. cum annotationibus selectis. Est hæc epistola elegantissima quippe Politicum ducens ad ea quæ maximè scitu necessaria. Dum scriptores commendat, in præcipuis legendos, judicio utitur accuratissimo, ita ut & inter eos de historiæ Romanæ Scriptoribus quàm doctissimè agat.

III. *Johannis Caselii Epistola de studio liberalis doctrinæ*, decente Equestri loco natos, continens aliqua de peregrinatione nobili nonnulla de oratione civili perspicua, ad Generosum Juvenem Ernestum à Steinberg in Bodenburg peregrinationi accinctum elegantissimè perscripta, quam reperire hactenus licuit tantùm in H. Grotii Dissertationibus de rationibus studiorum pag. 620. sqq. Caselius.

IV. *Johannis Henrici Alstedii* Philos. ac Theol. D. ac. Prof. Herbornens. *Epistola* ad Nobilissimum atque literatissimum Juvenem Josuam von der Tann. 1618. d. 21. Martii perscripta, quæ cum Epistola Grotii & Hannielis uno volumine prodiit inscripto: Consilia trium Celeberrimorum seculi nostri virorum H. Grotii, Ignatii Hannielis & Joh. Henr. Alstedii de studiio Politico instituendo, edita è Museo Joachimi Morsii, literis exscripta 1636. in 4. Comparet etiam Tomo III Metho- Alstedius.

dorum Creniano num. XIX. p. 572. sqq. Perbrevis est et hinc supplemento indiga, quod desumi potest ex ejusdem Alstedii Tr. de Mnemonica Lib. II. Cap. 37. pag. 719. sqq.

Hanniel. V. *Ignatii Hannielis JCti*, Polyhistoris & Professoris olim illustris in Academiâ Rostochiensi, *Epistola* ad Amplissimum & Præstantissimum Virum, Dn. Johannem â Witt, Consiliarium Megapolitanum eruditissimè conscripta Rostochii 1607. d. 18. Jan. quam præter Morsium in volumine insinuato, tertio Methodorum Tomo inseruit Æstimatissimus ille Crenius Num. XI pag. 399. sqq. & quidem judiciis de Hanniele ingeniosissimorum Criticorum Gasp. Scioppii & Scipionis Gentilis, notatis item Philologico-Historicis peregregiè illustratam.

Lanckenius. VI. *Ægidii a Lancken*, Præfecti olim Arcis Goltorpiensis & Consiliarii Illustrissimæ Holsatiæ Principis primarii, ad Virum præstantissimum Dn. Johannem Christenium JCtum *de educatione Nobilium Epistola* exarata Gottorpii d. 20. Nov. 1627. interposita Tractatibus Tomo Methodorum tertio Desideratissimi Crenii contentis, num. XII. pag. 406. sqq. admodum brevis & minus sufficiens.

Boeclerus. VII. *Johannis Heinrici Boecleri Dissertatio Epistolica, posthuma de studio Politico bene instituendo*, præmissâ Bibliographiæ Historico Politico-Philologicæ Curiosæ, Germanopoli-M. DC. LXXVII. impressæ, quæ nomen Boecleri præfert per initiales literas subscriptas: I. H. B.

I. H. B. quæquè more ac modo Bœcleriano h. e. nervoſo atque ſolido eſt compoſita.

VIII. *Johannis Georgii Sulpicii ſive potius Kulpiſii Epiſtola de ſtudiis Academicis Juvenis Nobilis rectè inſtituendis*, quæ ſubjuncta legitur Diſſertationi de ſtudio Juris publici rectè inſtituendo & de Scriptoribus eò pertinentibus; cujus editio prima procurata eſt 1688. in 8. ſecunda recognita 1700. in 8. Agit in Epiſtolâ celebérrimus Vir de Scriptoribus Claſſicis aliiſque juvenibus neceſſariis, quemadmodum in diſſertatione, de ſcriptoribus compendiorum & Syſtematum Juris publici, actorum item publicorum, & de ſingulis judicat accuratè. Kulpiſius

IX. *Pauli L. de Fuchs*, Conſiliarii quondam Regis Pruſſici in ſenatu ſanctiori, Cancellarii in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, nec non Conſiſtorii ſupremi Berolinenſis Præſidis longè eminentiſſimi, *Epiſtola de ſtudio Juris doctiſſima*, ad illuſtriſſimum, Baronem Suerinium conſcripta, quâ immortalem ſibi nominis comparavit famam. Vid. Collect. Nov. Liter. Germ. Hamburg. Tom. II. d. an. 1704. m. Septembr. pag. 322. ſqq. ubi vitam & ſcripta illuſtriſſimi hujus Viri recenſent. Fuchſius

§. V. Ex Methodologicis atque Iſagogicis particularibus præ ceteris excellunt. Iſagogici particulares & quidem ſelecti.

I. *Gabrielis Naudæi Bibliographia Politica* quæ primum Venetiis 1634. prodiit, ſed quam Auguſtus poſteà Buchnerus ſuaſu Henrici, Baronis Friſii, edi curavit Wittebergæ 1641. Naudæus

in 12. post Francofurti 1673. in 12. recusam; & Herm. Conringius Helmstadii 1663. in 4. cum aliis ejusdem argumenti opusculis. Quam inseruit Dissertationibus de ratione studiorum Magnus ille Grotius pag. 7. sqq. ed. in 12. Amstel. 1645 & Amplissimus Crenius Tomo Methodorum primo, Num. XIII. pag. 496. sqq. Quem laborem etiam auctiorem se reddidisse & judicia sinceriora adjecisse, quorum pleraque ipse Naudæus aut præterierit, aut certe nec viderit, testatur inter edenda sua Velschius n. LX. Ex ea verò studiorum non solum ratio, quæ habenda sed & Scriptores in qualibet disciplina præstantiores optimè discuntur. Nam non de singulis sed de delectu saltem scriptorum Politicorum præsertim & Ethicorum differit & quid in singulis sit præcipuum monet. Sanè elegantissima sunt ejusdem omnia atque ad Rei literariæ studia haud parum conducunt, illud tamen dolendum, quod partium studiis atque religionis odiis nimium dederit, quod jam pridem in eo notarunt Eruditi & inter eos Joh. Henr. Bœclerus in Bibliothec. Polit. Contr. vel quisquis Auctor edit. in 8. Germanopol. 1677. §. LXXXV. Verba sunt: *In Naudæo observare licet eum interdum studio partium odioque nationis aut religionis quibusdam iniquiorem esse, multos etiam egregios Autores ob easdem causas planè præterire. Exemplo esse possunt quæ de Clapmario p. 53. de Grütero & Forstnero p. 142. de Scipione Gentili p. 255. & quibusdam aliis satis frigide aut etiam malignè scripsit.*

II.

II. *Caſparis Barlæi Methodus ſtudiorum* Ducibus Megapolenſibus & alia *Methodus morum*, Ducibus Luneburgenſibus præſcripta, quam Grotius inſperſit Diſſertationibus de ratione ſtudiorum pag. 340. ſqq. Utraque brevis eſt nec propoſitam Materiam pro dignitate adæquat. Barlæus.

III. *Arnoldi Clapmarii Triennium Nobilis* adoleſcentis quod partim offendimus in Diſſertationibus ſtudiorum Grotianis p. 141. ſq. partim in Tomo Methodorum III. Creniano num. VIII. p. m. 317. ſqq. obſervationibus elegantiſſimis exornatum. Traduntur in eo præcepta ad humaniores literas triennio perdiſcendas, eaque per menſes & quantum ad ſingulos dies, per horas diſpertita; ad uſum verò parum facit. Clapmarius.

IV. *Hermanni Conringii Diſſertationes Politicæ de Philoſophia civili ejusque optimis ac præcipuis Scriptoribus* Helmſtadii 1673. in 4. ubi de antiquioribus præſertim Politicis erudite agit. Conringius.

V. *Cornelii Beughemii Bibliographia Politica & Juridica* Amſtelodami 1680. in 12. ex cuſa, quæ ordine Alphabetico compoſita ea ſaltem ſcripta continet, quæ â quinquaginta retrò annis fuerunt edita ſed in nuda tantum titulorum recenſione conſiſtit. Beughemius.

VI. *Joachimi Paſtorii.* Med. Doct. *Palæſtra Nobilium* ſeu Conſilium de Generoſorum Adoleſcentum educatione in gratiam quorundam illuſtrium Polonorum conſcri- paſtorius.

ptum, selectissimis amplificatum animadversionibus Historico-Philologicis Tomoque Methodorum II. Num. VI. p. m. 272. sqq. à Clarissimo Crenio insertum. Egregia est hæc. Palæstra & quibus artibus illustri loco nati adolescentes imbuendi sint, docet, inter quæ præcipuè commendat facilem dicendi facultatem, historiam cum adjunctis, atque Politicam, &, quod hoc in scripto egregium, singula illustrat exemplis, quæ ad propositum optimè faciunt, ita ut ex ipsa praxi quam adjecit, regulæ, quâ ratione adhibendæ, pateat.

Schefferus. VII. *Johannis Schefferi* Argentoratensis de *Generosi Nobilisque informatione literaria dissertatio*, quæ seorsim prodiit Hamburgi an. 1683. in 8. & conjunctim cum scholiis exquisitissimis Accuratissimi Crenii Tomo scil. secundo Methodorum num. IX. p. m. 440. sqq. Brevis est, æque tamen ac Palæstra Pastorii laudanda, licet Pastorius, ubique præferendus.

Schurtzfleischius VIII. *Eubuli Theosdoti Sarckmasii* seu *Conradi Samuelis Schurzfleischii judicia de novissimis Prudentia civilis Scriptoribus* Witteberg. 1669. in 4. edita, quæ etsi multis bilem moverint, digna tamen semper, quæ á studiosis legerentur, judicavit judiciosissimus Crenius in Tomo Methodorum secundo pag. 411.

Judicium de eo Struvii. Prodibant aliquando (*inquit B. G. Struvius in Introduct. ad notitiam rei literariæ Cap. XV. §. XVI. p. m. 179. 180.*) *judicia de novissimis prudentiæ civilis Scriptoribus ex Parnasso cum Eubulo Theosdato Sarcmasio in secessu Albipolita-*

no

no ingenue communicata, Martismonti 1669. in 4. Hæc judicia concernunt Viros pragmaticos celeberrimos, isso tempore adhuc vivos, Conringium, Boeclerum, Montzambano, Burgoldensem, Lentulum, Rachelium, Martini, Puffendorffium, Sprengerum, Le Bleu, Hornium, Spenerum, Poppingium, Relfendso. Hæc tamen censura nimio sale mixta movit quam plures qui in eandem calamum stringerent, inter quos præcipuum est [Anonymi (qui tamen ab Optimis Obrechti propinquis ac amicis, *Ulricus* prædicatur *OBRECHTUS*, Boecleri gener, ejus in Prof. Histor. ac Eloq. successor, tùm Juris Professor, mox Reip. Consiliarius, postremò Prætor Reip. Regius & ad negotium Aurelianense Francofurtum Legatus, an. 1702. è vivis surreptus:) Scriptum sub tit. *Canis sub fustem missus sive correptio Sycophantæ maximi Eubuli Theosdati Sarckmasii. M. DC. LXIX. Conf. Wilh. Ernest. Tentzelii Colloq. Menstr. d. an. 1692. pag. 553. 554.* ubi ludicrum occasione hujus scripti fatum recensetur.] *Petri Nasturcii judicium de judiciis quæ in novissimos civilis prudentiæ scriptores exercere voluit, Sarckmasius, Coloniæ 1669. in* 4. In quo Autor detegitur, quod sit Celeberrimus Vir, Conradus Samuel Schurtzfleischius. Eandem tamen ille censuram expertus fuit, quam licet in alios ediderat, non tam acutè ac Schurtzfleischius fecerat. Sic etiam contra eandem prodiit *Labrouis à Verasia*

sa-

Satura Sarckmasiana Teutoburgi 1669. in 4. „
ὑπερασπισμὸς pro scriptis Cyriaci Lentuli „
adversus Novum Criticum Marpurgi. 1669. in „
4. Defendit se tamen contra horum injuria- „
rias Schurtzfleischius sub nomine *Xaverii* „
Parani in initiis vindiciarum pro Sarckmasio „
Leovandiæ 1669. in 4. Editum quoque *col-* „
loquium occasione tumultuantis Verasii in „
Parnasso inter Apollinem, Mercurium, La- „
tronem à Verasio & Sarckmasium habitum „
de judiciis Sarckmasianis eruditis, bona mente „
communicatum ab Augusto Florido de Mon- „
talbano Irenopoli 1669. in 4. Quod ab alia „
quidem manu profectum pro Schurtzflei- „
schio tamen est. Comparatio verò Con- „
stantini Germanici & Sarckmasii Ironica est. „

Et Vo- gleri. *Vulgata sunt nuper* admodum (*inquit Val.* „
Henr. Voglerus Introd. Universi. in notit. „
Script. Cap. X. p. m. 60.) *Judicia* de novis- „
simis Prudentiæ Civilis Scriptoribus nomi- „
ne Sarckmasii, novo & Satyrico modo „
pronunciata. Quæ ut Scriptoris sui non- „
nullam & ingenii & latinè scribendi facultatem ostendunt: ita simul manifestò produnt, eum è clarissimorum Virorum insultatione gloriam captare; in censura verò, „
qua tamen nimiopere sibi placet, ipsum- „
met animadversionem quàm maximè com- „
mereri. Nam & licentiâ audacter sibi sum- „
ta mores atque actiones eorum, quos in Sa- „
tyra ista traducit, pro libidine ac quasi arca- „
narum animi deliberationum conscius esset, „
no-

notat, quod tamen ad rem ipsam nihil pertinet, & Apolline usus est corrupto, & præter alios errores, historica, moralia, Juridica cum Politicis scriptis *confundit.*

§. IX. *Bibliotheca Politica contracta* item *de Libris & Scriptoribus ad civilem prudentiam comparandam maximè aptis Dissertatio Isagogica.* Duplex de illa circumfertur Eruditorum sententia, altera eorum, qui Boëclero adsignant, altera eorum qui Bosio. Bosio adjudicat (1.) *Thomas Crenius in Tomo Meithodorum secundo num. VII. pag. 350. seqq* sistens Joh. Andr. Bosii de Prudentia Civili deque libris & Scriptoribus ad eam rem maximè aptis Dissertationem Isagogicam, propositâ vitâ Bosii è Programmate, in sepultura ejus, Jenæ à Rectore Universitatis, Ernesto Friderico Schrödtero JCto & Antecessore, publicè adfixô, petita & à Paulo Frehero in pag. 1557. Theatri Virorum Eruditione clarorum repetita: & suppositis annotationibus Historico-Philosophicis, iisdemque longè desideratissimis; In præfatione verò ad Lectorem p. 355. Auctorem Bosium designans his verbis: *Hac igitur fini* (scil. ut ad Sacra Politica non ineptis ingeniis via muniretur) *sunt nati Bosiani libelli* (pag. 350. laudati scil. De Prudentia juxta & Eloquentia civili deque libris & Scriptoribus ad eam rem maximè aptis dissertationes Isagogicæ:) *ad privatæ Scholæ usum, non eô conceptu, ut in lucem mitterentur, satis felices cum votis destinatisque Parentis satisfa-*

Auctor Bibliothecæ Politicæ contractæ. Qui Bosius est Grenio.

Digitized by Google

feciſſent. Nuper autem infeliciſſimi nominis Criticus exſtitit, qui neſcio quam gratiam importunâ ſedulitate à ſtudioſa juventute inire geſtiens, priorem de comparandâ prudentiâ civili diſſertationem non ignarâ modò vidua hærede invitaque evulgavit, ſed ita corruptam ac mendis informem, ut nulla pænè periodus integra ſibi conſtaret verbaque ac ſenſa Auctoris bona fide referret. Multa negligenter omiſſa, multa otiosè & intempeſtivè inſperſa, nomina Scriptorum detorta, depravata: prout nimirum fieri conſuevit in his, quæ feſtinante calamo ab Auditoribus vel indoctis vel oſcitantibus & aliis ſæpè intentis excipiuntur. Neque ſufficiebat impudentiſſimo homini laborem Boſianum in publico ſic deturpaſſe, ignavum etiam ingenium advocavit, cenſoris partes invaſit & nota marginali ſtuporem ſuum ac barbariem ſatis detexit. Quis celeberrimum Arniſæi nomen inter Julei Doctores fuiſſe ignorat? Solus videlicet Criticus iſte eſt, qui Jenæ Arniſæum docuiſſe & Bibliothecam Academiæ legaſſe poſteritati narrat. Sed edenda erant hæc monſtra ex propria cenſoris doctrina, qua doctiſſimum Virum rerum in patria non ſatis fuiſſe peritum publico mendacio oſtenderet. Non vocamus ad partes alia, quæ paſſim obveniunt, ſed Tuo, Humane Lector, judicio permittimus Tequè valere jubemus.

Atque Struvio. Adjudicat Boſio (2.) *Burcardus Gotthelff Struvius in Bibliotheca Philoſophica Cap. VII. §. I. p. 134. & præfatione de formandorum ſtudiorum ſcriptoribus præfixa Bapt. Guarini libel-*

bello de ordine docendi & ſtudendi pag. 23. 24. his verbis: *Johannes Andreas Boſius, Vir celeberrimus, uti omnis rei literariæ erat peritiſſimus, ita illud ſibi quàm maximè propoſuerat, ut facem Auditoribus præferret, cujus luce utentes ſtudiorum portum felici cum ſucceſſu attingerent. Quare inter alia quoque de comparanda civili prudentia aliqua prælegebat, quæ cum calamo excepta, poſt mortem Boſii, non ſine bile hæredum, edita, & Bibliographiæ Politicæ adnexa, ſed tàm mendosè atque depravatè, ut unicuique ſatis conſtare poſſit, laborem Viri Doctiſſimi, uti calami fugacitate corruptus, ex præcoci adfectu eſſe edi[illegible]m. Qua ratione mota vidua Boſiana, hunc [illegible]ti mariti laborem ex autographo emen[illegible]iorem edi curavit, opera ad id uſa Georgii Schubarti JCti & Polyhiſtoris apud nos celeberrimi. Bipartita autem eſt ea Tractatio, prior quidem diſſertatio, prudentia civilis, qua ratione comparanda, docet, quid Politices ſtudioſo maximè obſervandum, qui librorum ſelectus habendus, & qua ratione ii ad uſum ducendi; altera regulas ad parandam eloquentiam neceſſarias exhibet, & quid quilibet Scriptor Romanus ad latini ſermonis venuſtatem præſtare poſſit, judicat. Prodiêre binæ hæ Diſſertationes Iſagogicæ primùm Jenæ 1678. in 4. poſt curante eodem celeberrimo Schubarto iterum prodiere 1698. in 4. Qua editione nova altera diatribe auctior prodiit, ſub titulo: Ratio loquendi tradendique Hiſtoricos cui & acceſſit notitia Scri-*

ptu-

ptorum ætate, vita atque scriptis judicandi præbet exemplum. Boeclero adjudicat Bibliothecam Politicam & à Bosiana Dissertatione Isagogicâ distinctam esse judicat; (1.) Henricus Meibomius in Additamentis ad Vogl. Introd. Univers. in notit. Script. pag. 193. 194. his verbis: Pertinent huc (scil. ad Isagogicos Historicos) Bibliographia Curiosa & Bibliotheca Politica contracta editæ simul Germanopoli 1677. Quamvis enim de Scriptoribus in omni fere parte eruditionis in primo libro agatur, tamen de Historicis optima ibi habentur judicia & sunt Boecleriana. Non accepit quidem hic liber à Magno illo Viro ultimam manum (viri net posthuma de Scriptoribus græcis & latinis commentatio tribus annis ante edita.) & ex discursibus ejus à nonnemine congestus est: tamen propter multa judicia, quæ acumen & gravitatem Boecleri sapiunt, meritò æstimandus est. Neque minus Dissertatio ejusdem de utilitate ex historiæ universalis contextu capienda egregia quædam de Historicis judicia habet inserta. Et eorum, qui prudentiam imprimis civilem instruunt, catalogum magno judicio adornavit Lipsius ad Cap. IX. libri I. Polit. quò etiam respicit Bosius in Diatriba de comparanda Prudentia Civili. (2.) Abjudicat Bosio & Boeclero adjudicat Reverendissimus noster Johannes Fechtius, (quem amo, colo, veneror, si quem alium, ob divinum ingenium atque judicium, incomparabilem eruditionem & inusitatam virtutem, quibus secula nostra præ-

Bœclerus est

Meibomio.

Fechtio.

ci-

cipuè illuſtrat) *in Præfat. Iſagog. ad Hiſtor. Univerſ. priorum IV. à C. N. Seculorum J. H. Boecleri*, & quidem ſolidis quibusdam inductus argumentis quæ verbis ejus appoſitis ſubnotabimus. Verba autem ita habent: *Refertur quoque huc* (ſcil. ad Scripta Boecleriana) *me judice, haud immeritò libellus ab Anonymo Germanopoli Anno 1677. editus ſub nomine: Bibliographia Hiſtorico - Politico - Philologica curioſa, quid in quovis Scriptore laudem cenſuramve mereatur, exhibens. Cui præmittitur Diſſertatio Epiſtolica poſthuma de ſtudio Politico benè inſtituendo; ſubjicitur verò Bibliotheca Politica contracta h. e. recenſus & judicia de Scriptoribus Politicis & ad Politicam pertinentibus imprimis autem Hiſtoricis. Quamquam verò ſola illa Diſſertatio Epiſtolica Boecleri nomen per initiales literas: J. H. B. præferat, cætera verò opuſcula de Boeclero tanquàm de alio Scriptore loquantur, mihi tamen dubium nullum eſt, horum quoque eundem verum auctorem eſſe, quantumvis id occultare editor voluerit. Arguit & id* (NB. argumentum primum petitum è ſtylo) *ſtylus Boecleri extemporaneus (nam quæ prævia meditatione ſcripſit terſius nitidiusquè incedunt)* & (ſecundum argumentum è Methodo) *conſueta ipſi proponendi ratio*, & (tertium argumentum ab Elogio) *Scriptorum elogia ipſi familiaria. Sæpe* (argumentum quartum à frequentisſimo Suecorum & Argentoratenſium allegato) *meminit Bibliothecæ Suecicæ, cui quondam præfe-*

Et qui. dem ex ſtylo.

Metho. do.

Elogio.

Allegato

 ctus

Elus fuerat & codicum (rariorum, quos Regina sibi comparaverat. Sœpè Argentoratensium.

Genio.

Nec etiam (quintum argumentum ab opusculi genio) *quisquam præter ipsum tàm idoneus erat, qui tàm vastæ, perquc omne doctrinarum artiumque genus latè diffusæ eruditionis scriptum procudere posset. Vere enim admirandum est. Nonnunquam equidem nec nomina Scriptorum rectè expressa sunt, nec in rebus ipsis Auctoris sensum, qui excepit, semper est assecutus, quandoque mendosa comparet transpositio, aut aliquid quod necessarium fuerat, omittitur, sed hi defectus tanti non sunt, quin cæterorum inæstimabili utilitate compensentur. Nec enim quicquam simile in hoc Bibliographiæ genere, quodque majoris usus esset, ullibi occurrit. Non possunt Viri πολυμαθεῖς hoc libro carere. Et ne ex qualibuscunque nævis aliqua ad Boeclerum macula rediret, nomen Viri non expressit editor, cui de cætero ob hoc benè de re literariâ merendi studium, quicquid dicant, qui aliter sentiunt, multum debent universi.* Quo in judicio meritò acquievimus, imprimis cum profectum sit ab ingenuo Boecleri discipulo rerum Boeclerianarum optimè gnaro. Subscribit tantis Nominibus & ad unum ex iis provocat. (3) *Adolphus Clarmundus in Vitis Clarissimorum in re Literaria Virorum Part. II. n. XXVIII. pag. m. 260. 263. 264.* in vita Icil. Joh. Henr. Boecleri his verbis: Seine (des Hrn. Böcklers) Schrifften / welche er so wohl der Politischen als auch gelahr-

Clarmundo.

lahrten Nachwelt hinterlaſſen ſind ſo vortrefflich daß ſie ſeinen Nahmen und Ruhm zu den Sternen führen / und auff ewig erhalten werden. Die Vornehmſten darunter ſind folgende. (1.) *Commentarius in quædam Taciti ex libb. Hiſtor. & annal.* (2.) *Commentationes Plinianæ.* (3) *Æmilius Probus ſive Cornelius Nepos.* (4.) *Herodianus cum Notis & animadverſionibus.* (5) *Manilius cum notis Scaligeri & Bulialdi* (6.) *Annotationes in Terentium* (7.) *Diſſertationes in Suetonium.* (8.) *Annotationes & characteres Politici in Vellejum Paterculum.* (9.) *Bibligraphia Hiſtorico Politico-Philologica curioſa*, voran iſt gedruckt *Diſſertatio Epiſtolica de Studio Politico bene inſtituendo*, hinten an *Bibliotheca eontracta.* Sie wurden *edirt* zu Germanopel 1677. Es iſt ein unvollkommenes Werck. Der Hauptgelahrte *Henricus Meibomius* ſtellet ſein *judicium* hievon *in Addit. ad Vogl. Introd.*

&c. &c. &c.

Secundum Momentum Cardinale Comprehendens

Apparatus Ordo

APPARATUS ORDINEM.

Machiavellici.

ORDO ille, quo sese excipiunt Scriptores Politici atque Heraldici recensendi, in Apparatu nostro Historico-Literario duabus absolvitur Classibus Generalibus, ex quibus Prima

Monarchomachi.

est Pseudo-Politicorum, altera genuinorum Politicorum. Prima Generalis iterum continet Classem Specialem eamque duplicem scil. (I.) *Machiavelli* & *Machiavellistarum* (II.) *Monarchomachorum*. Secunda Classis Generalis in varias sese diffundit Classes Speciales numero scil. XVI. quarum

Dogmatici.

I. *Dogmaticorum* seu *Methodicorum* h. e. eorum qui scientiam Politicam justô ordine & justa Methodo digesserunt, idque vel breviori & compendiosa, ut Compendiarii, vel exactiori & aliquanto diffusiori, ut Systematici, tàm antiquiores quam recentiores & recentissimi.

Historici

II. *Historicorum* & quidem Veterum, Recentissimorum, non tantum illorum, qui res tra-

tradiderunt Politicas ſed & illorum qui Imperatorum Romano-Germanicorum Pontificum Romanorum aliorumque illuſtrium deſcripſere vitas atque res geſtas.

III. *Philologorum* h. e. eorum, qui ſcripſerunt vel epiſtolas Politicas vel orationes Civiles vel Poëmata Politica, tám ex Antiquis quàm Novis & Noviſſimis. Philologici.

IV. *Florilegiorum* h. e. eorum, qui collegerunt dicta, facta, monita & exempla Politica, Axiomata item & Apophtegmata. Florilegici.

V. *Diſcurſoriorum* h. e. illorum qui ſcripſerunt vel Obſervationes vel Diſputationes Politicas atque Hiſtorico-Politicas. Diſcurſorii.

VI. *Eriſticorum* h. e. eorum, qui controverſias ſcripſerunt Politicas & Problematicorum h. e. eorum, qui Qvæſtiones Politicas atque Problemata Politica compoſuerunt. Eriſtici.

VII. *Pædeuticorum* h. e. eorum, qui Principem juventutis formare docent idque vel inſtitutionibus paternis, ut Paræneticivel certis exemplis ut Paradigmatici vel formatione Status Principis ut Scholaſtici. Pædeuticí.

VIII. *Conſultatoriorum* h. e. eorum, qui collegerunt Conſilia, Reſcripta, Mandata Politica, Inſtructiones, Relegationes Politicas & ſimilia. Conſultatorii.

IX. *Statiſticorum* h. e. qui ſcripſerunt de Ratione Status. Statiſtici

X. *Symbolicorum* h. e. eorum, qui ſub certis Symbolis & hieroglyphicis ſchematibus Politiæ ſtatum adumbrarunt. Symbolici.

Ethici & pathetici. XI. *Ethicorum & Patheticorum* h. e. eorum, qui de moribus & affectibus vel hominum in genere vel in specie certarum nationum commentarios ediderunt.

Juridici. XII. *Juridicorum* h. e. eorum, qui exposuerunt vel Jus Divinum vel Jus humanum atque iterum ex jure humano vel ius Naturæ ac Gentium vel jus Civile seu privatum vel Jus Publicum seu Statisticum.

Geographico-politici. XIII. *Geographico-Politicorum* h. e. illorum, qui vel fictis titulis atque tectis Res publicas descripserunt & quoad Geographiam h. e. situm & quoad Politicam h. e. statum seu Regiminis formam; vel qui veris & apertis id egerunt titulis.

Strategici. XIV. *Strategicorum* sive Militarium h. e. eorum, qui scripserunt de Re militari atque bellico statu, tàm antiquiori quàm recentiori ætate.

Apodemici. XV. *Apodemicorum* h. e. eorum, qui de Arte peregrinandi consilia atque Commentaria integra exquisita cum industriâ in medium protulerunt.

Genealogici atque Heraldici. XVI. *Genealogiorum* atque *Heraldicorum* h. e. illorum, qui stemmata familiarum & insignia Dignitatum illustrium commentariis peculiaribus illustrarunt. Ex quibus Heraldicos recensebimus recensu partim confuso & inordinato, partim ordinato & secundum patriam distincto. In ordinato atque distincto occurrunt (1) *Germani* quos inter eminent, Speuerus, Hœpingkius, Inchofius, Weigelius,

Digitized by Google

lius, Weberus, Buſſingius, Sibmacherus, Rudolphi, Schumacherus & Gottſchlingius. (2) *Angli* quos inter excellunt Uptonus, Bado, Speelmannus, Biſſæus Gibbon, Dugdalius, Philippot & Gore. (3) *Galli*, quos inter emicant Fanynus, Laboreurius, & Meneſtrerius. (4) *Itali*, quos inter palmam obtinet, Campanille, Petraſancta & Catari.

Tertium Momentum Cardinale complectens

Apparatus materies.

APPARATUS MATERIEM.

Classis I. Generalis.

CLASSIS PRIMÆ GENERALIS

Pseudo-Politici ad Politicam Apparatus

Classis I. Specialis

CLASSIS I. SPECIALIS

PSEUDO-POLITICORUM MACHIAVELLISTARUM

Quorum Dux & Fax

Machiavellici.

NICOLAUS MACHIAVELLUS.

De quo memorabilia observamus septem Momenta

I.

MACHIAVELLI VITA.

1. Machiavelli Vita.

DE Vitâ atque obitu Machiavelli, (*inquit* INNOCENTIUS GENTILETUS *in Anti-Machiavello Præf. p. 6.*) nec quicquam certi habeo, quod dicam nec vestigare libuit; quando fœdi homi-

minis memoriam æternâ oblivione ſepeliri,, præſtat quàm revocari ullâ mentione vel lite-,, ris prodi. Quantum igitur conſtat Nicolaus,, Machiavellus floruit Caroli VIII, & Ludovici XII. Galliæ Regum ætate, Romanam ſedem tenentibus Alexandro VI. & Julio II. Fuit autem Cæſari Borgiæ Alexandri VI. Papæ nepoti, valdé acceptus & à ſecretisſimis conſiliis nobiliſſimæ & per Italiam tum potentisſimæ Florentinæ Reipublicæ atque ad illius res maximas admotus. Homo per totam vitam irreligioſiſſimus, DEI & religionis contemtor, adeò, ut ne quidem conſcientiæ morſu ſub finem vitæ tactus, referentibus ſummis Viris (Magnif. Fechtio in Prælect. MSC. in Hiſt. Sec. XVI. cap. XLV. §. 2. B. Siricio præf. diſquiſ. de Simone Mago, Carpzovio ad Jus Regium Schickardi pag. 226. Spizelio in Scrutinio Atheiſmi pag. 132. Laſſenio in Atheiſmo devicto pag. m. 121. Feuſtkingio in ſchediaſm. de Achitophel. Michiav. §. III. Marchantio in Hort. Paſt. Tr. I. lect. 6. propoſ. 2.) magnâ cum Blaſphemiâ dixerit: *Malo in infernum deſcendere cum Magnis illis & illuſtribus Viris* (Ariſtotele, Platone &c. (*quàm cum infimis iſtis* (Prophetis & Apoſtolis) *& vilis conditionis Hominibus in cœlo degere*; ultimum item Pontificiorum ſacramentum, ultimam ſcil. unctionem ante agonem acceptiſaturus reſponderit: *Fruar illa, iter enim facientes perlinire ſolent ocreas, Cornelius Tollius in appendice ad Pierii Valeriani de Literatorum in-*

Infelix ejus obitus.

felicitate Librum Amstel. 1647. in 12. ed. pag. 24. 25. hæc habet de infelici Machiavelli exitu. Quis Politices paulò amantior, vicem non doleat Nicolai Machiavelli, Principis optimi Constitutoris? Quo in Viro mirandum, tantum valuisse naturam, ut vix ullâ aut saltem perexiguâ latinæ Linguæ cognitione, ad justam scribendi facultatem pervenerit. Constat autem, sicut ipse fatebatur à Marcello Virgilio Florentino, cujus notarius & muneris publici assecla fuit, utriusque linguæ flores accepisse quos scriptis suis immisceret. Cæterum ejecto à Mediceis Soderino, ipse quoque Machiavellus conjurationis conscius putabatur. Quapropter in quæstione immaniter tortus, cum innocentem se ostendisset, leniendo dolori annuam scribendæ historiæ mercedem promeruit. Ægre tamen compresso odio, ac dicendo, scribendoque Brutos & Cassios vehementer extollens vel reus vel delicti fautor creditus est. Ademto proinde stipendio, vixit miserrimus; fatoque functus est cum accepto temeré pharmaco, quo se adversus morbos præmuniret, vitæ suæ jocabundus illusisset.

II.

MACHIAVELLI DOCTRINA.

II. Machiavelli Doctrina.

HAnc Jeremias Drexelius Orb. Phaet. c. 21. Op. T. 1. p. 973. decem & Joh. Henr. Al-

Alstedius in Encyclop. Philosoph. p. m. 2314. Octo Aphorismis complectitur ibi relegendis. Sufficit nobis h. l. monitum Autoris Observ. Halens. T. VI. Obs. I. §. 1. p. 2. Doctrinam Machiavellicam Rebuspublicis valdè esse periculosam & damnosam, quippe cujus primum principium: Imperantibus pro supremo fine propositum esse debere commodum privatum h. e. Imperantium tametsi illud cum bono publico subditorum minimè sit conjunctum. Cœpit verò post Sanbartholomæam carnificinam, quam Machiavellisticis inspirationibus acceptam ferendam, vix dubitabit, qui expenderit, quæ de Ponceti Equitis consilio memoriæ mandavit Thuanus Histor. lib. LVII. fol. 50. sub an. 1574. nefariæ hujus doctrinæ immanitatem execrari orbis, neque in prelis Typographorum quicquam aliquot post illam lanienam annis fervidius actum est, quàm ut artes conscelleratæ Doctoris Hetrusci refellerentur. Vid. Jacobus Thomasius Præfat. XXIX.

III.

MACHIAVELLI SCRIPTA.

Hi. machiavelli scripta.

SCripta Machiavelli, quorum quædam in linguam Anglicam translata ab Eduardo Dacres & in Gallicam ab Ameloto, quorumve de æstimio, quamobrem & ex quo tempo-

re

re in Galliâ florere cœperit, legi poteſt Anti-Machiavellus Præf. pag. 9. ſqq. Alia ſunt Politica alia Hiſtorica. Inter Politica eminent quatuor.

politica.

Diſcurſus,

I. Diſcurſus Politici inſcripti : *Nicolai Machiavelli, Florentini, Diſputationum de Republicâ, quas diſcurſus nuncupavit, Libri tres* (in Livii ſcil. Hiſtoriam:) *quomodo in Rep. ad antiquorum Romanorum imitationem actiones omnes benè malevè inſtituantur. Ex Italico latinè facti. Urſellis ex officinâ Typographica Cornelii Sutorii M. D. XCIX. in 12 Maj.* Exceptus hic liber olim cum applauſu & dignus habitus poſteà â Viris non ineruditis qui non in Latinum tantum allegato ſub titulo ſed Gallicum etiam atque Anglicum ſermonem transfunderetur. Obſervandum interim de eo probè eſt judicium *Chriſt. Coleri Epiſt. de ſtud. Polit. apud Excell. CRENIUM Tom. III. Method. n. IX. p. m. 394.* Machiavellus in decem libros priores T. Livii facundus eſt, &, ut ſolet, acutus; ſed eſt ibi quoque ubi ad malum iſtud ἦθος redit. Acuendi igitur Tibi ſunt oculi, ut nævi impietatis & improbitatis appareant. Aliàs Te non tantùm multis modis actuat ſed veterem hiſtoriam legentem ducat velut manu. Add. Colleƈt. Aƈt. Erud. Lipſienſ. T. XI. 1692. m. Jan, pag. m. 39.

militia.

II. Liber de Arte Militari qui Florentiæ in 4. 1551. typis impreſſus,

III.

Digitized by Google

III. Liber de Republica, allegatus â Joh. Frid. Reinhardo Theatr. Prud. eleg. ex Polit. Lipſ. erect. p, m. 29. Respublica.

IV. Liber de Principe inſcriptus: *Nicolai Machiavelli Florentini Princeps ex Sylveſtri Telii Fulginatis traductione diligenter emendatus. Adjecta ſunt ejusdem argumenti aliorum quorundam contra Machiavellum ſcripta, de poteſtate & officio Principum contra Tyrannos. Quibus denuò acceſſit Antonii Poſſevini judicium de Nicolai Machiavelli & Johannis Bodini ſcriptis. Urſellis M. DC. apud Cornelium Sutorium in 12. maj.* Princeps.

Vertit hunc Librum in Idioma Gallicum Amelotus excuſum Amſtelod. in 8. 1684. Habemus etiam recuſum cum animadverſionibus perpetuis Hermanni Conringii & quidem Politicis iisque longè doctiſſimis Helmſtadii 1660. in 4. it. 1686 in 4. Introducit autem Machiavellus in hoc libro ex plurimorum, ipſius quoque Conringii judicio, novam rationem ſtatus quæ nullis aut fidei publicæ aut honeſtatis incluſa repagulis, omnia pro utilitate & commodo ſolius Imperantis conſtituit, ſive ille juſtam ſive injuſtam habeat dominandi cauſam. Unde & Politicorum Anteſignanus â quibusdam vocari ſolet. Inter Hiſtorica ejus Scripta eminent. Verſio ejus. Commentarius. Summa. Hiſtoria.

I. *Hiſtoria Florentina* per Hieronymum Turlerum latinè facta & inſcripta: *Nicolai Machiavelli Florentini Libri octo. Lugd-Batav. apud Hieronymum de Vogel. 1645. in 12.* Hiſtoria Florentina.

De

De ea judicium Boecleri.

De quâ notandum est judicium *Joh. Henr. Bœcleri Bibl. Polit. Contr. vel cujuscunque Collectoris ac editoris ed. in 8. §. XLII.* Nicolaus Machiavellus octo libris Historiæ Florentinæ migrationes populorum septentrionalium, ruinam Imperii Romani, incrementaque Romanorum Pontificum & Florentinæ Urbis origines ac progessus totiusque Italiæ statum ab anno Christi cIↃ. CCXV. usque ad cIↃ. CCCC. XCIV. persecutus est. Quod Opusculum etsi parvum satis tamen ingeniosum & auctore suo dignum prudentium Virorum judicio censetur. Addit calculum suum Nobil. *CRENIUS Tom. II. Method. pag. 369. his verbis*: Ruinam Imperii Romani ad modùm eleganter & succinctè ostendit Machiavellus in libris illis Historiæ Florentinæ, per annos mille ex Ruffino, Socrate, Evagrio, Cassiodoro, Procogno, Marcellino, Jornande, Platina, Sabellico, Blondo, Volaterano, ac probatis Autoribus aliis.

& Crenii.

Vita Castrucci.

II. *Vita Castruccii Castracani Lucensis* descripta à Nic. Machiavello ad summos amicos suos Zanobium Buondelmontium & Ludovicum Almannum Florentiæ in 4. M. D. LV. edita recusa denuó & adjecta Herm. Conringii Principi Machiavellico ed. Helmst. 1686. in 4. pag 283. sqq.

Vita Manuccii.

III. *Vita Aldi Manuccii*, quæ typis est excusa Romæ M.D. XC. in 4. allegata Joh. Fried. Reinhardo Theatr. Polit. Lipsiens. erect. pag. 29.

IV.

Digitized by Google

IV. *Modus quo* usus est *Dux Valentinus in necando Vitellotio Vitellio*, Liverotto Firmano, Domino Paulo & Duæ Gravinæ Ursinis descriptus â Nic. Machiavello & subjunctus Principi Machiavellico ex edit. Conring. d. a. 1686. in 4. Helmstad. pag. 319. sqq. Mors Vitellii.

V. *Historia Reformationis Reip. Florentinæ*, quam jussu Pontificis Leonis X. concinnavit Machiavellus, quamque MSCam in Bibliothecâ Gaddiana superesse testatur Jacobus Gaddus, teste Herm. Conringio in Epist. dedicat. ad Gebhardum ad Alvenslepen præfixâ Principi Machiavell. ed. Helmst. in 4. non procul ab initio. Hist. Reformat. Florent.

IV.

MACHIAVELLICA

JUDICIA.

IV. Machiavellica Judicia.

JUdicia Eruditorum de Machiavello quod attinet, ita sunt comparata, ut alia possimus vocare Excessiva alia Defectiva alia denique Media.

EXCESSIVA eorum qui Machiavellum omnibus modis extollunt & principia ejus pessima excusant, quos inter eminent *Albericus Gentilis* Lib. 3. de legat. cap. XI. *Val. Arithmæus* in Præf. discept. legal. & *Casp. Scioppius* occultus Machiavelli defensor salutatus à Conringio libr. de Civil. Prud. p. 7. & 364. in *Pædia Politices* ab Herm. Conringio edi- Excessiva Gentilis Arithmæi. Scioppi

edita Helmſtad. 1663. in 4. inſertâ item Tomo Methodorum I. Nobil. CRENII. n. XI. p. m. 419. ſqq. nec non in *Diſſertatione adverſus Paganinum Gaudentium*, & duobus illis libris, qui in Catalogo Operum ejus affectorum typis edito promittuntur, hoc titulo: *Cenſura in omnia Machiavelli opera Politica & Hiſtorica*, item *Machiavellica* h. e. Apologia duplex, quarum priore dura Eccleſiæ Romanæ decreta (Machiavelli enim ſcripta autoritate quorundam Pontificum fuerunt proſcripta etſi à nonnullis iterum approbata. Vid. Herman Conring. Animadv. ad Machiav. Princip. & notas ad Scioppii Pæd. Polit.) pro Machiavelli libris defenduntur: poſteriore innocentia ejusdem adverſus Calviniſtas, præcipuè Italici nominis ſortes, propugnantur. Cenſuræ uſus eſt, ut nemo, niſi volens & ſponte ſua improbus, Librorum Machiavellicorum lectione ad nequitiam & Pſeudo-Politicorum impoſturas abduci poſſit. Quibus ſubſcribere videntur *Jacobus Speidelius* ſpeculo variarum Juridico-Philol. Hiſt. Polit. Obſervat. p. 820. tit. Machiavelliſta. *Johann Chriſtoph. Becmannus* in Med. Polit. cap. I. §. 6. 7. 8. p. 7. ed. in 8. 1693. Francof. Viadr. qui tamen excuſationem Machiavellicam reſtringit in Volum. I. Diſſert. Acad. Num. VII. de Non abutendo nomine Principum ſeu ſuſpectâ doctrinâ de Tyrannide Cap. III. §. III. p. m. 45. & *Amelotus de la Houſſaie* in præfatione Principis Machiavellici Gallicâ.

Speidelii.

Ameloti.

DE-

DEFECTIVA eorum, qui nimium detrahunt Machiavello, extenuando ejus dona naturalia, & præcepta politica per omnia omnibus modis vituperando; quos inter eminent, *Ambrosius Catharinus*, *Antonius Possevinus*, *Innocentius Gentilettus*, JCtus Delphinensis, Autor Libri *ANTIMACHIAVELLUS* inscripti, qui Machiavellum prorsus ἀγεώμετρον pronunciat, imò nec unicam quidem judicii naturalis firmi ac solidi habuisse & Politicæ planè rudem extitisse pag. 6. 7. Anti-Machiav. Quod tamen assertum calumniæ culpâ non carere affirmat Herman. Contingius Animadv. Politic. ad Machiav. Princip. p. 9. Reliqui item illi qui Machiavellum non magis sciviſſe Civilia atque Secularia quam Asinam Bileami Hebraica, falsò asserunt. Quibus accensendi veniunt Oppugnatores illi, quos concisè adducunt Georgius Paschius in Tr. de Inventis Novantiquis pag. 187. ed. in 4. 1700. Kilon. Joh. Fried. Reinhardus Theatr. eleg. Prud. ex Pol. Lipſ. erect. p. 31. & Burc. Gotth. Struvius Biblioth. Philoſ. Cap. 7. §. 9. pag. 146. 147. *Franciscus Hoffmannus*, qui Autor habetur Commentationum de regno aut quovis Principatu rectè & tranquillè administrando 1677. in 8. quibus multâ doctrinâ Politicâ sunt referti. *Petrus Ribadeneira*, qui Principem Christianum scripsit adversus Machiavellum Moguntiæ 1604. in 8. sed Jesuiticis superstructum principiis. *Thomas Bozius*, in cujus libris duobus de Imperio

Defectiva.

Gentiletti.

Hoffmanni.

Ribadeneira.

Virtutis sive Imperia pendere à veris virtutibus non à simulatis Colon. M. D. XCIV. in 8. libro uno de robore bellico ibid. eod. anno & eâdem formâ evulgato, & quatuor de Italiæ statu antiquo & novo libris, omnibus adversus Machiavellum scriptis ibid. M. D. XCV. in 8. multa lectu non indigna occurrere, adhibendum tamen in iis esse judicium, observat Amplissimus GRENIUS in Tomo Method. tertio pag. 380. denique *Johannes Laurentius Lucchesinius*, S. J. Scrutinio stultitiæ Machiavelli Romæ 1697. in 4. publicato, recensitoque ab Act. Erud. Collect. Lipsiens. d. an. 1698. pag. 352. sqq. cujus institutum eò tendit, ut demonstret, quod Machiavelli doctrina noxia sit per omnia atque privatum cujusque Principis commodum (quod interesse vocant) evertat.

Lucchesinii.

media.

MEDIA eorum, qui Machiavellum à nobili doctrina, ab ingenio, judicio, exquisitissimaque Historiarum ac Politicæ cognitione laudant, à Religione tamen vitâ & à consiliis plus quàm Achitophelicis vituperant, quibus cum suos tum alios informavit. Tale est judicium *FECHTII* nostri τῦ θαυμασίου *in Prælect. MSC. ad Hist. Secul. XVI. Cap. XLV. §. 2.* quod his verbis expresit: Nicolaus Machiavellus, Florentinus, Leonis X. tempore vixit, vaferrimum Atheisticarum & Pseudo-Politicarum artium Doctorem omnes propemodum faciunt. Nec id, ut puto, injuria. Quanquam enim excusare eundem nonnulli fuerint adnisi, quod non docuerit

Fechtii.

rit

rit, quid Princeps agere debeat, sed ostendere voluerit, quid actu agat Princeps Tyrannus: rectius tamen de eo Herman. Conringius Introd. in Polit. Arist. judicavit, sua omnia, inquiens, vaferrimus hic nequitiæ doctor dissimulato plagio ex Aristotele fortasse transcripsit, eo tamen discrimine quod hic impiè ac imprudenter omni Principi commendet, quod nonnisi Dominis ac Tyrannis convenire longè rectius ac prudentius scripserat ante Aristoteles. *Prælect. MSC. in Ad. Rech. summ. Hist. Eccles. Sec. XVI. §. 36.* Nicolaum Machiavellum Pseudo-Politicorum & Atheorum Principem nonnulli excusare aggressi sunt, contra quos vid. Herman. Conringius. *& Prælect. MSC. Anti-Breneysen. sive Anti-Indifferentist. Cap. II. §. IV.* Nomen sortitur Indifferentismus à præcipuis Patronis qui illum aliquando fuerunt complexi. Dicitur enim RELIGIO MACHIAVELLISTICA, quia constat, Machiavellum Religionem omnem Imperantium voluntati subjecisse, neque in se vinculum quoddam obligandi ad certarum doctrinarum fidem agnovisse. Qua tamen in re Machiavellum quidam excusant ceu ex iis constat, quæ ad Machiavelli Principem prolixè disputat Herm. Conringius. Est & tale judicium *Dan. Clasenii in Libr. de Relig. Polit.* Calend. *cap. IX. §. 7. pag. 161. seqq.* ubi farraginem judiciorum exhibet, quam deprehendes etiam in Tomis Methodorum CRENIANIS & quidem Tom. I. pag. 420. seqq. 528.

548. 568. 571. seq. Tom. II. pag. 193. seqq. quibus pag. judicium integrum Keckermanni repetiit, p. 198. 137. 369. 395. Tom. III. pag 380. 394. 402. 519. 520. Est tale judicium *Johan. Henrici Feustkingii in Schediasm. de Achitophel. Machiav. §. II. & X.* & qui ab eo allegantur, Joh. Andr. Quenstedii in Dial. illustr. Virot. p. m. 314. atque Aug. Pfeifferi in Anti-Chiliasmo p. 354. Est *Georg. Paschii Tr. de Inventis Novantiquis ed. in 4. Kil. d. an. 1700. pag. 186. 187.* Est tale judicium *Collectorum Act. Erud. Lipsienſ. d. an. 1692. T. XI. p. m. 39. his verbis conceptum*: Nicolaus Machiavellus, Vir famosus & qui in Librorum prohibitorum & expurgandorum Indicibus, quales in Romana Ecclesia vulgari consueverunt, non alio, quam Athei & Pseudo-Politici elogio mactatur: sed quem in suis ad primam Livii Decadem quâ Rom. Reip. veteris origo atque incrementa enarrantur, commentationibus profundam prodidisse Politices scientiam nemo facile negaverit. Est denique *Johan. Fried. Reinhardi, Consiliarii Regii atque Electoris Saxonici Illustrissimi, in Theatr. eleg. Prud. ex Lipſ. Polit. erect. Witteb. ed. 1702. in 4. ad verba Lipſii in Præf. II.* Unius Machiavelli ingenium non contemno, acre, subtile, igneum; & qui utinam Principem suum recta duxisset ad templum illud virtutis & honoris! Sed nimis sæpè deflexit & dum commodi illas semitas intentè sequitur aberravit à regia hac via; *inter alia hæc adnotans pag. 32.* In eojusta est Ma-

Feustkingii. Paschii. Collect. Lipsienſ. Reinhardi.

Machiavelli accusatio quod sacrorum nostrorum obtrectator fuerit. Passim enim ille denudat hunc suum animum impium, quantumvis non nunquam simulet aliud, aut verò coactus sanctimoniâ religionis nostræ, quæ ipsi impietati oculos perstringit & dat illam in ruborem, alia docuerit. Forsitan etiam sive de industria venenum salubribus herbis temperavit sive præ fluctibus rapidi ingenij ab utilibus noxia distinguere non valuit, lectoribus certè pessimè consultum ivit. Quorum alii imprudentes una cum cibo aconitum deglutierunt, aliis præcorrupto stomacho sola, quæ morbum pascerent augerentque, sapuerunt. Imò verò & divinæ circa humanas res providentiæ aliquam quidem, ex sola eventuum civilium observatione natam, perexiguam tamen cognitionem homini fuisse, nimium quantum est manifestum vel ex illis, quæ vicesimo quinto Principis capite differuntur, ne alia nunc tangam. Et hactenus profectò nemo pius non hominem illum damnaverit. H. Conring. in epist. ad Gerhard. ab Alvensleben Machiav. Princip. præmiss. Jamdiu etiam Atheismi reum peregerunt Machiavellum Paulus Jovius in Elog. fol. 163. Albericus Gentilis cap. 22. de Act. fab. fol. 115. Theophilus Raynaudus Erotem. de malis ac bonis libris, fol. 27. Petrus Gregorius Tholosanus de Rep. Libr. XIII. cap. 12. n. 21. fol. 936. & alii. Hinc in Librorum prohibitorum ex expurgandorum Indicibus, quales vulgari in Romana Ecclesia consueverunt,

non alio quàm Athei & Pseudo-Politici nomine mactatur: quemadmodum etiam Jovius Irrisorem & Atheum aliique Achitophelem Florentinum nuncupant. *Et pag. 30. ib.* Sumsit Machiavellus sua principia in Politicis ex Aristotele & τὸ utile, omisso pio & honesto Principi suo tantum proposuit. Quasi ad prudentiam civilem, quæ semper id, cujus interest, attendere debet, parùm pertineret, honestum simul, quod lege & jure determinatur, respicere. Ob hanc causam verè de eo Amelotus, Machiavellus, inquit, existimatur unus ex illis Politicis, quos Tacitus appellavit pravos dominationis Magistros. *Et pag. 29. ibid.* Ingenium Machiavelli acre, subtile, igneum usque sane adeò elucet, ut ipsemet Possevinus agnoverit, non defuisse Machiavello ingenium & acumen, in judicio de quatuor Scriptoribus Philippo de la Nove, Joh. Bodino, Phil. Mornæo & Nic. Machiavello. Asserit idem adversarius ejus Paulus Jovius in elog. fol. 162. qui dicit, habili eum fuisse ingenio, ac, ubi solertiam intenderet, planè mirabili. Sentit simile quoque de eo Joh. Leunclavius, in omni historia atque adeò Politicis etiam magni judicii & industriæ Vir, in præf. super Bellisarii Neretinorum Ducis de Principum educatione ad Jul. Comitem Salmensem.

MA-

V.

MACHIAVELLI
PRÆLUDIA.

V. Machiavelli Præludia.

MAchiavellum cum complicibus, evidenti typo in Sapientiâ insipientis facti *Achitophelis*, peculiari Schediasmate eoque doctissimo declaravit Joh Henr. Feustkingius M. DC. XCII. Lipsiæ publico Doctorum examini subjecto. Idem ibid. §. IV. monet: non heri demum aut nudius tertius monstrum illud Machiavellismi lucem vidisse, sed *Jeroboamum* daduchum veluti, facem prætulisse, quippe quem populum à vero DEI cultu abstrahere studuisse ostendat Sacra pagina 1. Reg. XII. conf. Dan. Fesselii Theatr. Theol. Polit. Hist. Cap. V. §. 94. Quinimò observat Autor Observ. de Hist. Sect. Machiavelli in Tom. VI. obs. Hal. d. a. 1702. obs. 1. §. 2. p. m. 2. præludorum Machiavelli *Nimrodum* his verbis: *Machiavelli Secta, certè si praxin inspicias non cum eo demum cœpit sed cum ipsis Tyrannis, quem primum Nimrodum quidam fuisse existimant.* Ex Lacedæmonum Historia in *Lysandro* Machiavellum ante Machiavellum eleganter deduxit Christ. Hoffmannus Disp. pecul. Jen. hab. 1668. ostendens Lysandrum Machiavello præripuisse, ne esset primus, Machiavellum Lysandro ne esset solus. *Aristotelis ævo Machiavellistas* fuisse, tùm in Theoriâ tùm in praxi, docetur ab Autore obs. de hist. Sect.

Achitophel.

Jeroboamus.

Nimrodus.

Lysander.

Tyranni apud Aristotelem.

Machiavel. Tom. VI. Obſ. Hal. n. l. §. 2. p. 2. & quidem quoad Theoriam è lib. 7. Polit. c. 2. quoad praxin è lib. IV. c. XI. ubi utriusque generis Tyrannorum & manifeſtorum & occultorum artes deteguntur, it. à celeb. Paſchio in Tr. de Inv. Novant. Cap. IV. §. 7. pag. 190. his verbis: *Obſervavit Ariſtoteles lib. 7. Polit. c. 2. eundem ſcopum, quo utile honeſto præferitur, jam tùm ſuo tempore quasdam ſibi præfixiſſe Reſpublicas quod arcanum nonnulli a Nimrodo arceſſunt.* Tacitus curioſè adeò deſcribens *Tiberii ac Neronis* actus omnes, ut & Auguſti extrema, non aliud quam vivam imaginem Principum ex Machiavelli ſcholâ prodeuntium exhibuit, annotante Conringio Præf. in Machiavelli Principem. *Machiavellus* nempe (verba ſunt Scioppii p. 21. de ſtylo hiſtorico:) *malè agendi præcepta ſeu Regulas, Tacitus exempla tradit. Saluſtium & Ammianum Marcellinum*, facta turpia & utilia defendentes, tanquam præluſores Machiavelliſticos producit laudatus anteà Paſchius Tr. de Invent. Novantiqu. Cap. IV. §. 7. p. 189. 190. ſeqq. verbis. Si Hiſtoriam inſpiciamus, apparebit Veteribus quoque uſurpata fuiſſe, quæ, hodie conſilia Machiavellica vocamus. Teſte, Saluſtio in Jugurth. C. Marius ceperat deditione Capſam validum Numidiæ oppidum. Miſere ibi graſſatum. Ædificia incenſa. Numidæ puberes interfecti, alii omnes venundati, præda militibus diviſa. Quod facinus licet contra jus belli admiſſum fateatur, defen-

Tacitus.

Saluſtius & Ammianus Marcellinus.

fendit tamen Sallustius: Quod locus Jugurthæ opportunus, Romanis aditu difficilis, genus hominum nobile, infidum, ante neque metu, neque beneficio coercendum fuerit. Quid autem hoc aliud est quam dicere: Turpe factum est, sed utile. Ita iidem Romani tempore Valentiani Saxones quoque, cum quibus gerebant bella, contra pactas inducias ad unum omnes ex insidiis prosternebant, quod funestum scelus defensorem nihilominus Ammianum Marcellinum invenit ita de illo differentem: Licet justus quidam arbiter rerum factum incusabit perfidum ac deforme: pensato tamen negotio non feret indigne, manum laborum exitialem tandem copia data captam. Patet itaque, adducta hæc ex Sallustio & Ammiano testimonia doctrinæ Machiavellicæ manifesta referre vel[illegible]a, quæ in multis Regibus & Principibus apparuerunt, quorum catalogum in Hypomnemat. Polit. Num. XVII. Cl. Forstnerus texuit.

VI.
MACHIAVELLI
CONSECTARIA.

IV. Machiavelli Consectaria. Sectatores domestici.

SEmina Machiavellistica post Machiavellum propagarunt ejus Sectatores, qui dicuntur uno nomine MACHIAVELLISTÆ suntque vel domestici vel extranei. *Domestici* sunt Filius Lucas Machiavellus & discipuli,

Extranei. Anonymus. Cæsar Borgias, Ludovicus Pfortias & Gabriel Naudæus, apud Feustking. Sched. de Achitoph. Machiav. §. V. *Extranei* præcipui sunt (I) *Autor lucifugæ* libelli: Homo Politicus, in quem stricturas edidit D. Christoph. Pellerus sub titulo: Politicus sceleratus.

Lipsius. Feustk. l. c. §. 2. (II) *Justus Lipsius*, qui quod jure culpat in Machiavello ejusdem non prorsus ipse expers est in Politicis suis. Dextrè hoc notavit Herm. Conringius in Præf. Principi Machiavelli præmissa ut & in animadvers. Polit. ad Machiav. Princ. fol. 157. & Civili Prudentiâ Cap. XIV. fol. 352. De quo etiam videndus est Johannes Loccenius Animadvers. Polit. in aliquot nævos Justi Lipsii fol. 256.

Naudæus. (III) *Gabriel Naudæus* in Considerationibus Politicis super arcana status, contra quem disp. pecul. de Prudentiâ Politicâ verâ conscripsit

Hobbesius. Johannes Cyprianus. (IV) *Thomas Hobbesius* in cive, suoque imprimis, ut vocat, Leviathane, de quo vid. inæstimabilis nostri etiam post fata SCHOMERI Programma ad disp. Inaug. Excell. Dn. Seligmanni de Libertinismo; elegantissimus item Paschius in Invent. Novant. Cap. IV. §. VIII. p. m. 190. sqq.

Richelius & Mazarinus. (V) *Richelius & Mazarinus* in Ministerio, de quo conf. libellus rarus & solis eruditioribus notus sub tit. Jacobi le Bleu D. & P. P. Juris Giess. Lilietum, ad illustrationem operis inscripti: Ministerium Card. Richelii & Mazarini constitum. Giessæ 1664. in 12.

Papistæ Curiales. *Papistæ Curiales*, de quibus leg. Ad. Rechenbergii disp. pecul. de

Ra-

Ratione Status & Religionis Papæ Lipſ. 1672. in 4. & reliqui quos longâ ſerie allegat B. Caſp. Thurmannus in Biblioth. Statiſt. n. XII. p. m. 16. (VII) *Jeſuitæ Probabiliſtæ*, de quibus conferendus eſt Samuel Rachelius, qui Montaltium (vero nomine Carolum Paſcatium vel ut alii Blaſium Paſcalem) cum Wendrockio, adjecto Probabiliſmi examine, recudi curavit. (VIII) *Autores Lanienæ Pariſienſis* & ſimilium perſecutionum, quas in ſpecies quaſi ſuas digeſtas recenſet FECHTIUS, omni laude ſuperior, in Commentatiuncula de ubertate Hiſt. Sec. XVI. Eccleſ. n. IIX. adjectis præcipuis momentis in prælect. ad eam MSC. cap. XLII. quarum item catalogum conciſum nectit B. Parens Joſua Arndius in Laniena Sabaudica ſive querela Manium innocentium in Pedemontio, Oratione apud Superos inſtitutâ & in celebri noſtrâ ad Varnum publicè recitata an. 1655. (IX) *Politici Indifferentiſmo vel Atheiſmo infecti*, quos peculiaribus Diſputationibus Theologicis inter alios quàm plurimos deſcripſerunt Summè Rev. Friedericus Erneſtus Kettnerus de Religione Prudentum & famigeratiſſimus noſter Joh. Petrus Grünenbergius de Atheorum Religione Prudentum. (X) *Monarchomachici*, de quibus dicendum aliquid reſtat in ſequenti Pſeudo-Politicorum Claſſe, ſecunda ſcil. Speciali.

Jeſuicæ probabiliſtæ.

Autores Lanienæ Pariſienſis.

politici Indifferentiſtæ.

Monarchomachici.

Vid. de his omnibus Doctiſſimus Feuſtking. in Sched. de Achitophel. Machiav. §. VI. & ſqq. & Autor Obſ. de Hiſt. Sect. Machiav. §. V. p. 5. T. VI. Obſ. Hal. n. 1. d. an. 1702. *Ma-*

Digitized by Google

VII.
MACHIAVELLICA PLAGIA.

VII. Machiavelli plagia Aristotelica ex Thomasio.

PLagiarium Aristotelis Machiavellum efficiunt (1) *Jacobus Thomasius Tract. de Plagio §. 502.* Nicolaus (inquiens) Machiavellus Cymbalum illud Politicarum artium nullum ferè dominatus arcanum consilium Principem suum potuit docere, quod non dudum ante ad Tyrannidem & dominatum conservandum facere, Aristoteli Lib. V. Polit. sit observatum.

Conringio. (2) *Herm. Conringius introd. in Polit. Arist. cap. III. & Epist. Dedicat. ad Gebh. Alvensleben Principi Machiavellico præfixa, ubi inter alia hæc leguntur;*

Nec quicquam Insolens habet Machiavelli doctrina, utpote quum artes tyrannicas quasque, quamvis pessimas longè etiam ipso locupletius & accuratius & apertius jam tùm olim præclarissimi Prudentiæ civilis Magistri quasi in vulgus publicaverint. Fecit hoc utique Princeps ipse Philosophorum Aristoteles quinto Politicorum Libro. Nec obscurè præcepta eadem tradidit Xenophon in Hierone & opusculo illo quo Athenienſium ſuorum Remp. perstringit. Plato item octavo de Rep. libro. Nihil sanè habet Machiavellus improbæ fraudis quod non dudum clara ab illis in luce sit collocatum. (3) *Joh. Henr. Bæclerus Biblioth. Contr. vel quisquis Collector & editor edit. in*

Boeclero.

8. §.

§. §. XV. monens: Arcana sive Sophismata, propter quæ Machiavellus potissimùm suspici solet, pleraque in IV. V. VI. Politicorum Libris indicasse Aristotelem. (4) *Georg. Paschius Tr. de Invent. Novantiqu. Cap. IV. §. 7. p. m. 189. in 4. d. an. 1700. Kil. pro certo affirmans*, transcripsisse Machiavellum multa ex libro V. Politicorum Aristotelis, ubi quomodo conservari possit Tyrannis & iniquus dominatus, docetur. *Plagiarium Bartoli, JCti, qui Seculo XIV. floruit, Machiavellum constituit Innocentius Gentiletus, quando lib. III. Comment. de Regno p. m. 287. ed. Ursell. 1599. in 12. maj. itascribit*: Sed paucis, si libet utrumque conferamus, ut indè liquidò appareat, quod Bartolus meritò ad injustitiam & malitiam Tyranni retulerat, idà Machiavello compilatum & ad justi Principis officium translatum esse, & pag. 288. Minimè dubium igitur est, quin Tyrannum informare cogitaverit (Machiavellus) sed ita, ut quæ ex Bartolo compilarat, multò ampliora auctioraque redderet.

Paschio.

Bartoliniana ex Gentiletо.

(o)

CLAS.

Classis I. General.

CLASSIS PRIMÆ GENERALIS

Classis II. Specialis.

CLASSIS SECUNDA SPECIALIS

PSEUDO - POLITICORUM MONARCHOMACHICORUM.

Ubi

Tria notanda veniunt Momenta.

I.

monarchomachi.

Monarchomachorum Incunabula.

I. Eorum Incunabula ex Thomasio.

PRoponimus hæc verbis B. *Jacobi Thomasii in Annot. ad Tabb. XXII. Philos. Pract. p. 44.* Monarchomachorum agmina imprimis eruperunt superiori seculo post truculentas illas nuptias Parisienses Anno 1572. cum Carolus Rex IX. Galliæ Machiavellicis consiliis seductus facinore se ad ævum omne infami polluisset. It. *Autoris Observ. de Hist.*

ſtor. Sect. Monarchom. in Tomo VI. Obſerv. Hal. n. I. §. VI. & VII. p. m. 5. 6. In apertam veluti ſectam Monarchomachorum res demum erupit poſt Pariſienſes nuptias. Etenim exacerbati illa crudelitate, tyrannide ac perfidiâ multorum animi & Gallorum quidem præcipuè, cum intelligerent, ſe non aliis quàm Machiavellicis artibus fuiſſe circumventos, Monarchomachicam ſectam, quæ videl. Machiavelliſmo & Regum ſceleribus obicem poneret, enixi ſunt. *Add. Cl. Weiſii Quæſt. Polit. Part. I. Cap. IV. qu. XI. XII. pag. 130. 131. ed. Dreſd. 1696.* & Autore Obſ. Halenſ.

II.

Monarchomachorum Exempla Practica.

CUm Machiavellus claſſicum quaſi pro Tyrannis cecinerit, alii in Democratico regimen prolapſi neſcio quas factiones, ſeditiones & Monarchomachias, quas variæ Regiones vario modo experti ſunt, & ipſis factis ſunt machinati. *In Gallia Franciſcus Ravaillacus & Johannes Caſtellus* parricidalem doctrinam pari felicitate imbiberunt, pari temeritate foverunt, & pari ſcelere in Rege Henrico IV. exequuti ſunt. Vid. J. C. Becmannus Hiſt. Orb. Geogr. & Polit. Part. II. Cap. III. p. m. 500, 501. 502. & fontes ibi alle-

II. Monarchomachorum exempla practica.

In Gallia Ravaillaci & Caſtelli.

legati, Thuanus, Grammondus, aliique. Add. Joh. Hübnerus in Quæſt. Hiſtor. Tom. II. Lib. 2. cap. V. qu. 3. pag. m. 666. & 675. *In Anglia Thomas Feurfaxius & Oliverius Cromvellius* Regem Carolum I. ut libertatis oppreſſorem, proditorem, ſeditioſum, infruni-o ore proclamatum, ſeditioſi ipſi, ſecuri carnificis, quo facinore ſol nihil unquam vidit iniquius, an. 1649. percuſſerunt. Conf. id. Becmannus Hiſt. Orb. Geogr. & Civil. Part. II. Cap. IV. §. XI. fontesque ibi adducti; Hübnerus l. c. Tom. II. Lib. 3. c. 3. qu. 6. pag. 966. ſqq. Autor Obſervationum Hiſtoricarum Hamburg. qui Clariſs. Struvio in Introd. ad Notit. Rei Liter. cap. III. §. 25. p. 115. & Biblioth. Hiſtor. cap. XXXI. §. 9. p. 787. ſalutatur. Petrus Ambroſius Lehmannus d. an. 1702. 10. Sept. pag. 73. ſeqq. & an. 1703. 30. Sept. p. 233. ſqq. & ipſe Struvius in Biblioth. Hiſtor. Cap. XVI. §. XV. p. m. 420. ſqq. *In Dania Corneficius Ulefeldius & Hannibal Seeſtadt*, quos Fridericus III. Rex adverſantes ſibi habuit & quorum uterque ob machinationes pernicioſas regno excedere debuit. Leg. Jacobi Wilh. Imhofii Notit. S. Rom. Imp. Proc. L. 4. cap. IX. §. 21. Anshelmi Ziegleri Theatrum temporis quotid. pag. 93. ſeqq. Hübneri Quæſt. Hiſtor. Tom. III. Lib. 2. Cap. I. Qu. 1. p. m. 847. it. Anonymi liber ſub tit. Machinationes Corneficii Ulefeldii primarii quondam Daniæ Miniſtri nec non Apologia ejusdem. Straleſundi, 1652. in 12. *Petrus Comes à Greiffenfeld*, alio no-

In Anglia Feurfaxii & Cromvellii.

In Dania Ulefeldii Seeſtadii.

& Greiffenfeldii.

nomine dictus *Petrus Schumacherus*, de cujus tamen Monarchomachiâ in Regem Christianum determinare vix quicquam audent in defectu Monumentorum Publicorum Scriptores Historico-Politici. Conf. Dn. Thom. Bartholini Gratulatio Dn. Petri, Com. in Greiffenfeld &c. Acad. nomine dicta Hafn. 1674. fol. & Dedicat. Act. Med. anno 1673. Hafn. 1675. in 4. Joh. Höpner. Paneg. ad. illustr. Dn. de Greiffenfeld Hafn. 1673. fol. B. de Puffendorff. Rerum Brandenb. Lib. XIV. §. 35. Christ. Weisii Orat. Polit. & quidem illustr. pag. 511. seqq. Conrad. Samuel. Schurtzfleischii in Epistol. pag. 460. seqq. 487. seqq. 544. seqq. & Johann. Hübnerus in Quæst. Histor. I. c. pag. m. 879. 880. Plures dabunt D. Ad. Rechenbergius in Dissert. de Casibus Ministrorum in Rep. eminentium Tom. I. Dissert. Hist. Polit. num. 2. pag. 26. seqq. & B. D. Casp. Thurmannus in Biblioth. Statist. num. XXXVII. p. 50. seqq. edit. Hal. 1701. in 4.

III.

Monarchomachorum Doctrina & scripta Dogmatica.

III. Monarchomachorum Doctrina.

DOctrina Monarchomachorum, à quo nomen ipsi sortiti sunt, exitium præcipue minatur Monarchis. Quemadmodum enim primum Machiavellismi principium est, si-

Comparatio Machiavellismi & Monarchomachiæ.

nem ultimum Reip. non debere esse beatitudinem eam, quam ex virtutum exercitiis metimur, sed Imperantium potentiam & commodum privatum quantum potest esse maximum h. e. non Honestum sed Utile, unde ad hunc finem per fas & nefas nullo discrimine contendere docent; ita Monarchomachiæ principium ultimum est ubique & sine exceptione summam potestatem esse populi, ita ut ei Reges, quoties imperio suo malè utuntur, & coërcere & punire liceat, quibus ipsis verbis hac in re utitur Summus ille Grotius lib. I. de I. B. & P. Cap. III. num. VIII. ubi hoc principium rectè convellit. Quemadmodum igitur Machiavellismus aperit fenestram Atheismo; ita Monarchomachia Polytheismo seu confusioni Religionum: quemadmodum Machiavellismus Reges facit Tyrannos; ita Monarchomachia populum Regicidam; quemadmodum Machiavellistæ supparasitantur Regibus, ita Monarchomachi populo; quemadmodum Machiavellistæ tollunt Reip. divisionem moralem in rectam & aberrantem, ita Monarchomachi numericam in Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam; quemadmodum Machiavellismus è Subditis ita Monarchomachia è Regibus facit mancipia; quemadmodum Machiavellismus civibus servitutem parit, ita Monarchomachia omnium rerum licentiam introducit; denique quemadmodum Venenum Machiavellistarum crassius, ita Monarchomachorum subtilius.

Ut

Ut autem eò felicius venenum istud aliis propinent, discrimen prætendunt Hottomanus, Dannæus, Paræus, Henonius, Althusius, Kirchnerus, Besoldus, Grotius, Brutus, Miltonus aliique Monarchomachi inter *Majestatem Personalem* h. e. Principis & *Realem* h. e. populi, quam abdicativè Principi communicat populus & ad quam defuncto Principe revertitur, idque discrimen esse oppositarum specierum acerrimè contendunt. Sed contradictorium est supremum esse & tamen esse sub altero vel alterum agnoscere superiorem, contradictorium est gubernari & tamen supra esse. Eligunt tamen, dices, & Homagium præstant subditi. Ast eligentes nihil aliud agunt, quàm ut producant Personam suo judicio dignam, cui à solo DEO (Nos Dei gratiâ qui & unus major sublimiorque est) axioma Regis confertur. Homagium quoque non facit Regem sed declarat & posterius quid est illo diademate. Nec redit ad populum, Rege mortuo, Majestas. Non habuere majestatem quid ergò redeat. Potestas eligendi redit, quæ ministerialis est & Regnum intereâ ἀκέφαλον est, redit potestas administrandi, ut in Vicariis Rom Imp. liquet, non majestas redit, idque regno electivo. In successivo nascuntur Reges & filius Principis, in Regno absoluto, Patris instituto non imperii, à mortè ejus Princeps est, ubi limitatum, ex antiquo Reip. judicio pactoque & lege fundamentali. Subordinetur ergò Majestas Realis Personali non

Monarchomachorum distinctio.

Rectificatur

non opponatur, ut illa vel legum ſit, muti illius Regis, vel modi in eſſendi diverſi non diverſæ rei. *Vid. Arniſæum Lib. I. de Maj. c. 3. Hundeshagen diſſ. I. Pol. de Maj. §. 24. Wendelerum Philoſ. Pract. l. 2. ſ. 2. T. 1. Grasvinckelium de Jur. maj. c. 2. & 7. Claſerium Comp. Polit. Lib. III. c. 2. §. 6. p. m. 281. ſeq.* qui ſimpliciter hanc diſtinctionem rejicit, quam tamen alii ſenſu inſinuato, ſano ſcil. & juſto admittunt, quos inter *Chriſt. Weiſius in Quæſt. Polit. Part. I. cap. IV. qu. XIV. p. 133.* provocans ad plerosque Juris Publici in Germania Scriptores, æternæ item memoriæ Theologus *I. C. SCHOMERUS in obſ. ad Grot. Libr. de I. B. & P. hactenus ineditis, obſ. XVIII. ad Lib. I. c. III.* cujus verba majoris diluciditatis ergò apponere non dubito: *Habet* (inquit) *Diſtinctio Majeſtatis, Realis & Perſonalis locum, ubicunque poteſtas imperantis ita reſtricta eſt, ut ſine populi procerumque conſenſu in gravioribus vel quibusdam vel plerisque nihil poſſit. Tunc enim poteſtatem laxare, legesque fundamentales Imperii corrigere, penes omnes conjunctim quibus aliquod jus in iis reſervatur, poſitum eſt. Sed quia ad talem conſenſum Imperans & Imperantes ipſi concurrunt, non poteſt in populo vel proceribus excluſivè illa Realis majeſtas eſſe, ſed incluſivè ſeu ut JCti loquuntur, non privativè ſed cumulativè ut etiam imperanti ipſi ex parte præcipuâ inſit, qui ſæpè partem alteram comitiorum facere dicitur. Perſonalis autem talis Majeſtas vocatur ſumma*

etiam ex Schomero.

ma Potestas tùm comparativè quod nemo i. e. nulla Persona singularis & nullus Status imò neque populus omnis sine Rege simul sumtus majorem habeat; tùm repræsentativè quod administratione & dignitate suâ Rex illam præ se ferat. Recenseremus nunc recensitâ breviter doctrinâ Scripta Monarchomachorum Dogmatica nisi hoc recensendi onere levasset, & quidem eâ diligentiâ, quæ notitiam nostram diligentiamque, siqua est, longissimè superat diligentissimus in recensendis eruditionis omnigenæ Scriptoribus *Burc. Gotth. Struvius in Bibliothec. Philosoph.* cap. VII. §. XXVII. pag. m. 175. seqq. --- 181. & *Biblioth. Histor.* cap. XVI. pag. m. 424. seqq. Ante Struvium quoad Scripta hujus commatis in genere, *Naaman Bensenius disp. de Subjecto Majestatis* habitâ sub præsidio Conringii ejusque defensione contra Figlorium. *B. Hulsemannus in Extens. Brev. pag. 422. Barclajus præf. Libb. contra Monarchomach. Arnisæus de Autoritate Principum pag. 2.* & qui hoc adducit *Autor Obs. de Historia Sectæ Monarchomach. T. VI. Obs. Hal. num. I. §. VII. VIII. pag. 6. 7.* quoad potiora Scil. occasione Regicidii Anglicani composita, *Johan. Burch. Majus Orat. de Scrib. Histor. Univers. Sec. XVII. eoque pertinentibus necessariis subsidiis Kiloni hab. & edit. 1663. in 4. pag. 31. 32. 33.* & *Thomas Crenius Animadvers. Histor. Philol. Part. II. 1696. Lugd. Batav. impr. Cap. III. §. VI. pag. m. 89. 90.* & quoad Scripta

Scripta Monarchomachorum Dogmatica.

de quæstione: An reformatæ Religioni imputandum sit studium evertendi Principes? Eristica quæ interceſſerunt inter Hect. Godofr. Masium Theologum Lutheranum & Johan. Christ. Becmannum Theologum Reformatum. Religiosissimus dioeceseos Kembergensis Superintendens *Johannes Henricus Feustkingius* (cujus vitam & Scripta exhibent Collect. Nov. Lit. German. T. II. d. an. 1704. mens. Januar. pag. m. 12.) *in Schediasm. de Achitophel. Machiavell. Witteb. 1692.*

CLAS-

CLASSIS SECUNDÆ GENERALIS

Genuini scil. ad Genuinam Politicam Apparatus

CLASSIS I. SPECIALIS

continens

SCRIPTORES DOGMATICOS

Dogmatici.

Tàm Compendiarios quàm Systematicos.

Tàm Antiquiores eosque Græcos & Latinos, quàm Recentiores & Recentissimos.

§. I.

COmpendia ex Antiquitate Politica vix ulla supersunt, nisi quis ita vocare velit *Plutarchi præcepta gerendæ Reipublicæ & Isocratis ad Demonicum & Nicodem libellos*, qui tamen totam doctrinam Politicam non per-

Cómpendiarii Antiquiores.

Classis I. General.

CLASSIS PRIMÆ GENERALIS

Classis II. Specialis.

CLASSIS SECUNDA SPECIALIS

PSEUDO - POLITICORUM MONARCHOMACHICORUM.

Ubi

Tria notanda veniunt Momenta.

I.

Monarchomachorum Incunabula.

monarchomachi.

I. Eorum Incunabula ex Thomasio.

PRoponimus hæc verbis B. *Jacobi Thomasii in Annot. ad Tabb. XXII. Philos. Pract. p. 44.* Monarchomachorum agmina imprimis eruperunt superiori seculo post truculentas illas nuptias Parisienses Anno 1572. cum Carolus Rex IX. Galliæ Machiavellicis consiliis seductus facinore se ad ævum omne infami polluisset. It. *Autoris Observ. de Hister.*

Digitized by Google

ſtor. Sect. Monarchom. in Tomo VI. Obſerv. Hal. n. I. §. VI. & VII. p. m. 5. 6. & Autore Obſ. Halenſ. In apertam veluti ſectam Monarchomachorum res demum erupit poſt Pariſienſes nuptias. Etenim exacerbati illa crudelitate, tyrannide ac perfidiâ multorum animi & Gallorum quidem præcipuè, cum intelligerent, ſe non aliis quàm Machiavellicis artibus fuiſſe circumventos, Monarchomachicam ſectam, quæ videl. Machiavelliſmo & Regum ſceleribus obicem poneret, enixi ſunt. *Add. Cl. Weiſii Quæſt. Polit. Part. I. Cap. IV. qu. XI. XII. pag. 130. 131. ed. Dreſd. 1696.*

II.

Monarchomachorum Exempla Practica.

II. Monarchomachorum exempla practica.

CUm Machiavellus claſſicum quaſi pro Tyrannis cecinerit, alii in Democratia cum regimen prolapſi neſcio quas factiones, ſeditiones & Monarchomachias, quas variæ Regiones vario modo experti ſunt, & ipſis factis ſunt machinati. *In Gallia Franciſcus Ravaillacus & Johannes Caſtellus* parricidalem doctrinam pari felicitate imbiberunt, pari temeritate foverunt, & pari ſcelere in Rege Henrico IV. exequuti ſunt. Vid. J. C. Becmannus Hiſt. Orb. Geogr. & Polit. Part. II. Cap. III. p. m. 500, 501. 502. & fontes ibi allegatos.

In Gallia Ravaillaci & Caſtelli.

legati, Thuanus, Grammondus, aliique. Add. Joh. Hübnerus in Quæſt. Hiſtor. Tom. II. Lib. 2. cap. V. qu. 3. pag. m. 666. & 675. *In Anglia Thomas Feurfaxius & Oliverius Cromvellius* Regem Carolum I. ut libertatis oppreſſorem, proditorem, ſeditioſum, infruniro ore proclamatum, ſeditioſi ipſi, ſecuri carnificis, quo facinore ſol nihil unquam vidit iniquius, an. 1649. percuſſerunt. Conf. id. Becmannus Hiſt. Orb. Geogr. & Civil. Part. II. Cap. IV. §. XI. fontesque ibi adducti; Hübnerus l. c. Tom. II. Lib. 3. c. 3. qu. 6. pag. 966. ſqq. Autor Obſervationum Hiſtoricarum Hamburg. qui Clariſs. Struvio in Introd. ad Notit. Rei Liter. cap. III. §. 25. p. 115. & Biblioth. Hiſtor. cap. XXXI. §. 9. p. 787. ſalutatur. Petrus Ambroſius Lehmannus d. an. 1702. 10. Sept. pag. 73. ſeqq. & an. 1703. 30. Sept. p. 233. ſqq. & ipſe Struvius in Biblioth. Hiſtor. Cap. XVI. §. XV. p. m. 420. ſqq. *In Dania Corneficius Ulefeldius & Hannibal Seeſtadt*, quos Fridericus III. Rex adverſantes ſibi habuit & quorum uterque ob machinationes pernicioſas regno excedere debuit. Leg. Jacobi Wilh. Imhofii Notit. S. Rom. Imp. Proc. L. 4. cap. IX. §. 21. Anshelmi Ziegleri Theatrum temporis quotid. pag. 93. ſeqq. Hübneri Quæſt. Hiſtor. Tom. III. Lib. 2. Cap. I. Qu. 1. p. m. 847. it. Anonymi liber ſub tit. Machinationes Corneficii Ulefeldii primarii quondam Daniæ Miniſtri nec non Apologia ejusdem. Straleſundi, 1652. in 12. *Petrus Comes à Greiffenfeld*, alio no-

In Angliâ Feurfaxii & Cromvellii.

In Daniâ Ulefeldii Seeſtadii.

& Greiffenfeldii.

nomine dictus *Petrus Schumacherus*, de cujus tamen Monarchomachiâ in Regem Christianum determinare vix quicquam audent in defectu Monumentorum Publicorum Scriptores Historico-Politici. Conf. Dn. Thom. Bartholini Gratulatio Dn. Petri, Com. in Greiffenfeld &c. Acad. nomine dicta Hafn. 1674. fol. & Dedicat. Act. Med. anno 1673. Hafn. 1675. in 4. Joh. Höpner. Paneg. ad. illustr. Dn. de Greiffenfeld Hafn. 1673. fol. B. de Puffendorff. Rerum Brandenb. Lib. XIV. §. 35. Christ. Weisii Orat. Polit. & quidem illustr. pag. 511. seqq. Conrad. Samuel. Schurtzfleischii in Epistol. pag. 460. seqq. 487. seqq. 544. seqq. & Johann. Hübnerus in Quæst. Histor. I. c. pag. m. 879. 880. Plures dabunt D. Ad. Rechenbergius in Dissert. de Casibus Ministrorum in Rep. eminentium Tom. I. Dissert. Hist. Polit. num. 2. pag. 28. seqq. & B. D. Gasp. Thurmannus in Biblioth. Statist. num. XXXVII. p. 50. seqq. edit. Hal. 1701. in 4.

III.

Monarchomachorum Doctrina & scripta Dogmatica.

III. Monarchomachorum Doctrina.

DOctrina Monarchomachorum, à quo nomen ipsi sortiti sunt, exitium præcipue minatur Monarchis. Quemadmodum enim primum Machiavellismi principium est, si-

Comparatio Machiavellismi & monarchomachiæ.

nem ultimum Reip. non debere esse beatitudinem eam, quam ex virtutum exercitiis metimur, sed Imperantium potentiam & commodum privatum quantum potest esse maximum h. e. non Honestum sed Utile, unde ad hunc finem per fas & nefas nullo discrimine contendere docent; ita Monarchomachiæ principium ultimum est ubique & sine exceptione summam potestatem esse populi, ita ut ei Reges, quoties imperio suo male utuntur, & coërcere & punire liceat, quibus ipsis verbis hac in re utitur Summus ille Grotius lib. I. de I. B. & P. Cap. III. num. VIII. ubi hoc principium rectè convellit. Quemadmodum igitur Machiavellismus aperit fenestram Atheismo; ita Monarchomachia Polytheismo seu confusioni Religionum: quemadmodum Machiavellismus Reges facit Tyrannos; ita Monarchomachia populum Regicidam: quemadmodum Machiavellistæ supparasitantur Regibus, ita Monarchomachi populo; quemadmodum Machiavellistæ tollunt Reip. divisionem moralem in rectam & aberrantem, ita Monarchomachi numericam in Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam; quemadmodum Machiavellismus è Subditis ita Monarchomachia è Regibus facit mancipia; quemadmodum Machiavellismus civibus servitutem parit, ita Monarchomachia omnium rerum licentiam introducit; denique quemadmodum Venenum Machiavellistarum crassius, ita Monarchomachorum subtilius.

Ut

Ut autem eò felicius venenum istud aliis propinent, discrimen prætendunt Hottomanus, Dannæus, Paræus, Henonius, Althusius, Kirchnerus, Besoldus, Grotius, Brutus, Miltonus aliique Monarchomachi inter *Majestatem Personalem* h. e. Principis & *Realem* h. e. populi, quam abdicativè Principi communicat populus & ad quam defuncto Principe revertitur, idque discrimen esse oppositarum specierum acerrimè contendunt. Sed contradictorium est supremum esse & tamen esse sub altero vel alterum agnoscere superiorem, contradictorium est gubernari & tamen supra esse. Eligunt tamen, dices, & Homagium præstant subditi. Ast eligentes nihil aliud agunt, quàm ut producant Personam suo judicio dignam, cui à solo DEO (Nos Dei gratiâ qui & unus major sublimiorque est) axioma Regis confertur. Homagium quoque non facit Regem sed declarat & posterius quid est illo diademate. Nec redit ad populum, Rege mortuo, Majestas. Non habuere majestatem quid ergò redeat. Potestas eligendi redit, quæ ministerialis est & Regnum intereà ἀκέφαλον est, redit potestas administrandi, ut in Vicariis Rom Imp. liquet, non majestas redit, idque regno electivo. In successivo nascuntur Reges & filius Principis, in Regno absoluto, Patris instituto non imperii, à mortè ejus Princeps est, ubi limitatum, ex antiquo Reip. judicio pactoque & lege fundamentali. Subordinetur ergò Majestas Realis Personali non

Monarchomachorum distinctio.

Rectificatur

non opponatur, ut illa vel legum sit, mutii illius Regis, vel modi in essendi diversi non diversæ rei. *Vid. Arnisæum Lib. I. de Maj. c. 3. Hundeshagen diss. I. Pol. de Maj. §. 24. Wendelerum Philos. Pract. l. 2. s. 2. T. 1. Graswinckelium de Jur. maj. c. 2. & 7. Claserium Comp. Polit. Lib. III. c. 2. §. 6. p. m. 281. seq.* qui simpliciter hanc distinctionem rejicit, quam tamen alii sensu insinuato, sano scil. & justo admittunt, quos inter *Christ. Weisius in Quæst. Polit. Part. I. cap. IV. qu. XIV. p. 133.* provocans ad plerosque Juris Publici in Germania Scriptores, æternæ item memoriæ Theologus *I. C. SCHOMERUS in obs. ad Grot. Libr. de I. B. & P. hactenus ineditis, obs. XVIII. ad Lib. I. c. III.* cujus verba majoris diluciditatis ergò apponere non dubito: *Habet* (inquit) *Distinctio Majestatis, Realis & Personalis locum, ubicunque potestas imperantis ita restricta est, ut sine populi procerumque consensu in gravioribus vel quibusdam vel plerisque nihil possit. Tunc enim potestatem laxare, legesque fundamentales Imperii corrigere, penes omnes conjunctim quibus aliquod jus in iis reservatur, positum est. Sed quia ad talem consensum Imperans & Imperantes ipsi concurrunt, non potest in populo vel proceribus exclusivè illa Realis majestas esse, sed inclusivè seu ut JCti loquuntur, non privativè sed cumulativè ut etiam imperanti ipsi ex parte præcipuâ insit, qui sæpè partem alteram comitiorum facere dicitur. Personalis autem talis Majestas vocatur summa*

etiam ex Schomero.

ma Potestas tùm comparativè quod nemo i. e. nulla Persona singularis & nullus Status imò neque populus omnis sine Rege simul sumtus majorem habeat; tùm repræsentativè quod administratione & dignitate suâ Rex illam præ se ferat. Recenseremus nunc recensitâ breviter doctrinâ Scripta Monarchomachorum Dogmatica nisi hoc recensendi onere levasset, & quidem eâ diligentiâ, quæ notitiam nostram diligentiamque, siqua est, longissimè superat diligentissimus in recensendis eruditionis omnigenæ Scriptoribus *Burc. Gotth. Struvius in Bibliotheç. Philosoph.* cap. VII. §. XXVII. pag. m. 175. seqq. --- 181. & *Biblioth. Histor.* cap. XVI. pag. m. 424. seqq. Ante Struvium quoad Scripta hujus commatis in genere, *Naaman Bensenius disp. de Subjecto Majestatis* habitâ sub præsidio Conringii ejusque defensione contra Figlorium. *B. Hulsemannus in Extens. Brev. pag. 422. Barclajus præf. Libb. contra Monarchomach. Arnisæus de Autoritate Principum pag. 2.* & qui hoc adducit *Autor Obs. de Historia Sectæ Monarchomach. T. VI. Obs. Hal. num. I. §. VII. VIII. pag. 6. 7.* quoad potiora Scil. occasione Regicidii Anglicani composita, *Johan. Burch. Majus Orat. de Scrib. Histor. Univers. Sec. XVII. eoque pertinentibus necessariis subsidiis Kiloni hab. & edit. 1663. in 4. pag. 31. 32. 33. & Thomas Crenius Animadvers. Histor. Philol. Part. II. 1696. Lugd. Batav. impr. Cap. III. §. VI. pag. m. 89. 90.* & quoad Scripta

Scripta Monarchomachorum Dogmatica.

de quæstione: An reformatæ Religioni imputandum sit studium evertendi Principes? Eristica quæ intercesserunt inter Hect. Godofr. Masium Theologum Lutheranum & Johan. Christ. Becmannum Theologum Reformatum. Religiosissimus dioeceseos Kembergensis Superintendens *Johannes Henricus Feustkingius* (cujus vitam & Scripta exhibent Collect. Nov. Lit. German. T. II. d. an. 1704. mens. Januar. pag. m. 12.) *in Schediasm. de Achitophel. Machiavell. Witteb. 1692.*

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS SECUNDÆ GENERALIS

Genuini scil. ad Genuinam Politicam Apparatus

CLASSIS I. SPECIALIS

continens

SCRIPTORES DOGMATICOS

Dogmatici.

Tàm Compendiarios quàm Systematicos.

Tàm Antiquiores eosque Græcos & Latinos, quàm Recentiores & Recentissimos.

§. I.

COmpendia ex Antiquitate Politica vix ulla supersunt, nisi quis ita vocare velit *Plutarchi præcepta gerendæ Reipublicæ & Isocratis ad Demonicum & Nicodem libellos*, qui tamen totam doctrinam Politicam non per-

Cómpendiarii Antiquiores.

pervadunt: *Agapeti* item *Schedam Regiam* & Imperatoris *Antonii libros de Vita sua*, quæ ad Ethicam potius spectant quàm Politicam, cum mores potissimum & Vitam Principis instruant. Unde rectius referemus hæc atque similia (e. g. Heraclidis fragmenta de Politicis) Veterum Monita ad Classem Pædeuticorum VIImam.

Ex Systematicis Antiquioribus & quidem Græcis selligitur PLATO: Commentatorum Apparatus specialis. Montecabinus. Foxius. Gariglianus.

§. II. Inter illos qui fusius & integros Commentarios doctrinæ Politicæ scripserunt ex Antiquis primum habemus *PLATONEM in Libris XII. de Legibus & X. de Republica, item in Libro de Regno.* Notamus de his ipsis partim Commentariorum apparatum, partim exquisitum Doctorum Judicium. *Commentariorum* quod attinet *apparatum* Gabriel Naudæus Bibliograph. Polit. edit. Grot. p. m. 27. edit. Buchn. p. 45. ed. Conring. p. m. 67. tres recensetin Platonis commentatores nempe (1) *Antonium Montecatinum*, cujus in Platonis Libros de Republ. & legibus commentarius prodiit ex emendatione Casauboni anno 1590 fol. (2) *Sebastianum Foxium Morzilium* cujus commentarius in Platonis Libros de Republ. exiit fol. Basil. 1556. (3) *Pompejum Gariglianum*, cujus tamen Commentarius tantæ rerum verborumque obscuritati involutus est, ut non tàm lucem Platoni afferre quam tenebras obducere voluisse videatur, & cui Card. Bellarminum, qui ab eo librum acceperat, respondisse ferunt, se quidem Platonis, si minus omnia, aliquid saltem intelligentia acci-

Digitized by Google

accipere, cùm verò ad ſua Commentaria ſe conferret, verbum prorſus nullum intelligere. Conf. *Janus Nicius Erythræus Pinacoth. Imag. illuſtr. Vir. Part. I. p. 69. 70. & Lipſ. d. anno 1692.* His addendi ſunt reliqui in Opera Platonis omnia Commentatores & quidem ſelectiores, quales ſunt; *Marcus Hopperus*, cujus operâ Opera Platonis Græcè edita 1555. Baſileæ apud Henricum Petri. *Marſilius Ficinus*, cujus in Platonis Scripta commentarius Græco Latinus variis in locis excuſus eſt etiam Francof. 1602. *Johannes Serranus*, cujus interpretatio & annotationes in Opera Platonis exierunt 1578. 2. vol. apud Henric. Stephani. *Ludovicus Moravillierius*, cujus Examen Philoſophiæ Platonicæ prodiit in 8. Mundavii 1650. *Autor Introductionis in Philoſophiam Platonis*, qui vulgò putatur *Alcinous*, quique varias inter editiones proſtat Gr. Lat. Oxonienſi 1667. (vid. Joh. Jonſius de Script. Hiſtor. Philoſ. L. 3. c. 1. p. 214. ſq. & Thomas Crenius Animadv. Hiſtor. Phil. Part. VIII. Cap. III. §. 1. p. m. 161. 162.) *Claudius Fleury*, diſſertatione de Platone & Platonicâ Philoſophiâ Tract. Gall. de ſelectu & Methodo ſtudiorum annexâ, cujus contenta exhibent Lipſ. Act. Erud. collect. d. anno 1688. m. Jul. p. m. 369. 370. ſequ. & noviſſimus *Andreas Dacerius*, qui Platonis Opera in linguam Gallicâm translata cum Notis, Vita Platonis & Expoſitione præcipuorum Philoſophiæ illius dogmatum Pariſiis emiſit apud Joh. Aniſ-

Commentatorum Apparatus generalis.

Hervagius.

Ficinus.

Serranus.

Moravillierius.

Alcinous

Dacerius.

ſon 1699. in 12. de quo conf. jamjam laudati laudatiſſimi A&. Erud. Collectores d. a. 1700. m. Febr. p. m. 49. ſqq. *Judicium* his apponimus de Platonis Scriptis Politicis *exquiſitum* & quidem quadruplex. (1) *Deſiderii Eraſmi in Dedicat. Apophthem. ed. pecul. Lugd. M. D LXXII. 12. pag. 3.* (quod accuratum appellat Accuratiſſimus CRENIUS Tomo II. Method. p. m. 193.) Sunt illa quidem ſcitu digniſſima, quæ Philoſophi de Republicâ adminiſtranda literis prodiderunt. Sed quotocuique vel privato tantum eſt ocii ut apud PLATONEM Socraticarum argutationum, Ironiarum & Iſagogarum ambages ac labyrinthos evolvere vacet. (2) *Johan. Andr. Boſii in diſſertat. Iſag. de Comp. Prud. Civil. apud Crenium in Tomo Method.* II. *p. m. 359. & Joh. Henr. Boecleri in Biblioth. Polit. contr. §. XLV.* *PLATONIS* quidem Libri de Legibus & Rep. ſuaves ſunt pleniqueconditæ eruditionis, ſed politicas res genere diſputandi non admodùm politico adeoque practica magis ſpeculativè quam uſus vitæ requirit aut patitur tractant. Plura tamen ad uſum Reip. habentur in Libris de Legibus, quamvis ibi non integra Prudentia Civilis ſed pars ejus tradatur. Scripſit & de Regno libellum exiguum non quidem magni momenti ſed lectu non indignum: itemque Politicum in quo naturam Hominis prudentis deſcripſit. Nemini vero legendus eſt Plato, qui non inſtructus imbutusque variis prudentiæ myſteriis, ut cenſo-

Judicium ſelectus. Eraſmi

Boeckeri

forem non minus quàm lectorem agere queat, (3) *Burcardi Gotthelff Struvii in Bi-* Struvii.
blioth. Philos. Cap. VII. §. 3. pag. 135. 136.
PLATO dialogis suis de legibus & libris de Republica Remp. præclarè instituit, licet non omnem prudentiam Civilem exhauriat, & multa quoquè ab usu civili aliena proponat. Scripsit etiam de Regno librum exiguum & parvi momenti. (4) *Herm. Conringii Libro de Ci-* Conring.
vil. Prud. Helmst. 1662. in 4. Cap. XIV. p. m. 347. gii.
384. 349. cujus initialia tantum adscribimus verba propter nimiam prolixitatem. Ita autem illa habent. Omnes ante se natos in Studio Politico libellos longo intervallo superavit Plato cum aliis aliquot dialogis conscriptis tùm maximè præclaris duobus istis operibus, quorum alteri de Rep. nomen est, alteri de legibus, quæ tara felicitate ad nos usque, ut Platonica alia pleraque, incorruptè pervenerunt &c. &c.

§. III. Secundum ex Antiquis Politicæ Scriptoribus & quidem Systematicis tenemus

ARISTOTELEM in Libris octo de Republica. Aristoteles.

QUibus addidit Cyriacus Strozza, Florentinus, Libros duos scil. IX. & X. qui supplementum præbent in Aristotelem & rari sunt, prodieruntque primùm græcè Florentiæ 1562. in 4. deindè 1573 in 4. & adjecti sunt Ari-

Digitized by Google

Ariſtotelis Libris per Guilielmum du Val & inſerti inter alias, editioni Opp. Ariſtot. Caſaub. in fol. Aurel. d. anno M. DC. V. Tom II. pag. 351. ſqq. Duo de his iterum obſervanda veniunt momenta ſcil. Commentatorum in Politicam Ariſtotelis apparatum & exquiſitum de eadem Doctorum judicium. *Commentatorum apparatum* egregiè inſtituit Maximè egregius Struvius in Biblioth. Philoſoph. Cap. VII. §§ 3. 4. pag. 136. 137. unde eum repetere nolumus ſed addimus tantum M. Dan. Wülfferi Synopſin Politicæ Ariſtotelicæ, quæ habetur Tom II. Diſpp. Acad. Joh. Mich. Dilheri n. XXI. p. m. 588. ſqq. *Exquiſitum Doctorum judicium* limatâ curâ exquiſivit & fuſe propoſuit Herm. Conringius Introductione in Politicam Ariſtotelis 1657. Helmſt. in 4. ed. & de Civil. Prud. libro Cap. XIV. pag. 353. ſeq. Nos ſequentia adjicimus non ubivis obvia. (1) *Deſ. Eraſmi in dedicat. Apophthegm. p. m. 4. ed. in 12. Lugd. d. a. 1572. quod accuratum vocat Excell. Crenius Tom. II. Method. p. 193. quodque ita habet.* Ariſtoteles copioſe quidem ſcripſit de moribus ſed Philoſophis ſcripſiſſe videtur non Principi. Dilucidiora ſunt quæ tradidit de Re Oeconomicâ & Politicâ, ſed is vir nunquam non requirit Lectorem & attentum & otioſum: ad hæc quoniam affectibus caret, non perindè retinet animum principalibus curis intentum. (2) *Joh. Andr. Boſii in Diſſ. Iſag. d. Comp. Civ. Prud. apud Crenium Tomo I. Method. p. m. 360. vel rectius Joh. Henr.*

Bœ-

Commentatorum Apparatus.

Judicierum ſelectus.

Eraſmi.

Boecleri.

Digitized by Google

Bœcleri in Biblioth. Polit. contract. §. XV. ARISTOTELES in aula natus, Magnorumque Principum, Philippi, Alexandri, Antipatri & Antiochi, Consiliarius & Comes, plenum perfectumque opus molitus, partem generalem civilis doctrinæ in Ethicis præsertim Nicomachicis facili profluentique stylo tractavit; Politica verò propriè dicta incomparabili gravitate, brevitate & arte conscripsit: ac non tantùm nihil eorum omisit, quæ ad integrum imperii corpus faciunt, sed etiam illa docuit, quæ ad singulas partes imperii requiruntur. Qui & arcana sive Sophismata, propter quæ Machiavellus potissimùm suspici solet, pleraque in IV. V. & VI. Politicorum libris indicavit. Hujus operis reliquiæ (aliquot enim libros hodiè deesse, quin & ordinem eorum, qui supersunt, immutatum docuit Conringius in Introd. ad Aristot. Polit.) sæpè volvendæ sed junctâ Introductione Conringii, modò laudata, Paraphrasi Dan. Heinsii, Analysi Joh. Feldeni & Commentario Mich. Piccarti. Qui sufficere possunt ad probè intelligendum Opus Aristotelicum. (3) *Adami Rechenbergii in libr. sing. de Stud. Acad. 1692. Lipsi. in 12. Sect. III. Cap. I. §. 9. pag. 60. 61.* Politica plerumque ex Aristotelis Opere Politico hauriri solet. Et fatendum est usum ejus aliquem esse, inprimis si Commentarii aliqui, ut Gifanii, Scheurlii, Piccarti, Mejeri & Conringii Introductio in Pol. Arist. junguntur. Enim verò, quia Aristoteles præ oculis cumprimis habuit

Rechenbergii.

Res-

Respubl. Græcas, quæ maximam partem fuerunt Democraticæ; non video, quomodo inde tanta utilitas hodie in nostris Rebusp. sperari queat, quanta vulgò prædicari solet; cum status Rerumpubl. quæ nunc in Europa vigent, maximam partem sit Monarchicus. Ne dicam Opus Aristotelis esse imperfectum & velut supplementum Platonis de Republ. & Legibus Librorum. (4) *Georgii Paschii in Tr. de Invent. Novantiqu. Cap. IV. §. XXV. edit. in 4. 1700. Kil. pag.* 244. Politica à Veteribus non minus quàm Recentioribus in Artis Systema redacta ac certo ordine pertractata est. Inter Antiquos PLATO & ARISTOTELES principatum tenent, qui cum Græcatum Rerump. quæ maximam partem Democraticæ fuerunt, habuerint rationem, hodierno in Europa statui, plerumque Monarchico, non adeò inserviunt, nisi forte ex Operis Politici Aristotelici Interpretibus & Explanatoribus, quos Gabriel Naudæus in Bibliogr. Polit. & Michael Piccartus in Comment. Proleg. recensent, fructum aliquem capere liceat. (5) *Burcard. Gotth. Struvii in Bibl. Philos. Cap. VII. §. III. p. m.* 136. A Platone pleraque mutuatus fuit Aristoteles, nisi quod facilius atque clarius hæc proponat. Habemus autem Aristotelis Politicorum Libros VIII. cum aliquot adhuc desint, de quibus dicere non veremur, optimum ejus inter ejus scripta. (Ita & Optimus CRENIUS in Exercit. de libris Scriptorum optimis Lugd. Bat. 1704. in 8. n. LVII. p.

Paschii.

Struvii.

m.

35. 36. Quod autem ad nostra tempora non ubique adplicari possint, ratio hæc est, quod status Regnorum atque Rerumpubl. nostri temporis planè diversus sit ab eo, quem descripsit Aristoteles & necesse omninò esset nova nunc colligi brocardica Politica.

§ IV. Inter Latinos antiquæ ætatis qui Compendium quoddam Politicum composuerit, vix deprehenditur quisquam alius præter

Ex Compendiariis Latinis antiquioribus.

Sallustius.

SALLUSTIUM in Dissertationibus duabus de Republica ordinanda.

ANnotamus de his iterum partim Commentariorum apparatum partim Eruditorum judicium. *Commentariorum* apparatus duplici ratione adornari & potest & debet, vel ratione illorum Commentatorum, qui in genere in Sallustium commentati sunt, aut qui Commentatores istos generales collegerunt vel ratione illorum qui in specie commentati sunt in Dissertationes allegatas. Ex prioribus eminent sequentes: (1) *Henricus Petri* qui anno 1564. in fol. Basil. prodire fecit cum integris notis Laur. Vallæ, Jod. Badii ascensii, Joh. Chrys. Soldi; Jac. Bononiensis, Omniboni Leoniceni, Barthol. Zanchii, Vinc. Castilionei. Joh. Rivii & Henr. Glareani omissis tamen omnibus Præfationibus. (2) *Janus Gruterus* qui anno 1607. in 8. publicavit quidem

Commentariorum Apparatus.

Generalis Petri.

Gruterus

dem Saluſtium cum integris notis ipſius Jani Gruteri, Henr. Glareani, Joh. Rivii, Aldi Manutii, Cypriani à Popma, Ludovici Carrionis, Jani Melleri Palmerii, Jani Douzæ, Petri Ciacconii, Fulvii Urſini & Heliæ Putſchii, conjungendis neceſſariò prioribus ab H. Petri evulgatis; Præfationes tamen Commentatorum horum pro more ſuo neglexit. (3) *Franciſcus Raphelengius*, qui Saluſtium anno M. D. LXXIX. in 8. exemplari illo Antwerpienſi exprimi curavit, quo ob emendatum & admodum nitidè productum auctorem, & quod caput eſt, præfationem Carrionis Hiſtoriarum Saluſtii fragmentis præmiſſam carere nullo modo poſſumus; cui ob præfationem Putſchii, Jani Douſæ elegiam elegantem, P. Scriverii eruditum Epigramma & Petri Ciacconii Epitaphium in fine libri poſitum adjungenda alia ejusdem Raphelengii editio. d. anno M. DC. II. in 8. (4) *Antonius Thyſius* JCtus, qui Saluſtii Opera cum ſelectiſſimis Variorum obſervationibus ut & propriis exornavit, exornataque Lugd. Batav. anno M. DC. XLIX. protraxit. (5) *Daniel Criſpinus*, qui Salluſtii Criſpi quæ extant, in uſum Delphini diligenter recenſuit & notulas addidit Pariſ. 1674. in 4. (6) *Chriſtophorus Adamus Rupertus*, cujus obſervationes Civiles, Morales & Grammatico-Philologicæ ad Saluſtium Norimbergæ impreſſæ anno M. DC. LXXI. in 8. valdè ſeſe probant probatiſſimo CRENIO in Animadv. Hiſtor. Philoſ. Part III. Cap. I. §. IV. p. m. 13. ubi vide

Raphelengius.

Thyſius.

Criſpinus.

Rupertus.

&

& adde Joh. Alb. Fabricii Bibliothecam Latinam ed. Hamb. d. anno 1697. in 8. p. m. 18. 19. Ex posterioribus h. e. illis qui in specie in Dissertationes Salustianas commentati sunt, eminent *Christophorus Colerus* qui Salustii Dissertationes II. ad Jul. Cæsarem de Rep. ordinanda illustratas emisit Ambergæ 1599. in 8. & *Johannes Loccenius*, qui notas in illas edidit, de quibus ita GRENIUS l. c. *Inter Hackianas Salustii editiones anni M. DC. LXXVII. in 8. est optima, cui facili negotio potuissent addere egregium Johannis Loccenii commentarium in duas Epistolas Salustii de Rep. ordinanda quem habes in pag. 235. sqq. Syntagmatis Politicarum Dissertationum Loccenii Amstelod. 1644. in. 12. Judicia Eruditorum de Salustio* & diss. Salust. colligimus sequenti tanquam *selectiora*: (1) *Justi Lipsii in Libris Polit. Lib. I. cap. IX. §. 9. in notis.* Si Libros haberemus Salustii omnino foret primus. Sed Historiarum corpus illud totum periit & ex his pauculis admirari eum magis libet quam anxiè judicare. Illud video Thucydidi simillimum esse. (2) *Christoph. Coleri Epistola de stud. Polit. apud CRENIUM Tom. III. Method. p. m. 384.* Duæ illæ Epistolæ Salustii de Republ. ordinandâ ad Cæsarem nonne cœlo delapsæ videntur? (3) *Joachi. Pastorii Palæstra Nobilium §. 28. in Tomo Method. II. CRENIANO pag. 336.* Cum illis qui Civilis doctrinæ corpus integrè sunt complexi, Autoribus corpus particularia, quæ uspiam à Magnis Viris de Republ.

Apparatus Specialis. Colerus & Loccenius. Judiciorum Selectus. Lipsii. Coleri Pastorii.

data sunt, conjungenda censeo & ex antiquis quidem SALUSTII inprimis consilium quod Cæsari dat de ordinanda Republ. *Addit his verbis sequentia in stricturis suis elegantissimis Elegantissimus CRENIUS:* Legendæ sunt hæ duæ Salustii (Si ipsius sunt de quo vid. Voss. l. de Latin. Histor. c. XV. p. m. 75. edit. Lugd. Batav. 1651.) ad Cæsarem Orationes, ut vocant, vel potius Epistolæ cum doctissimo Commentario Joh. Loccenii qui habetur in pag. 235. sqq. Synt. Diss. Polit. Amst. 1644. in 12. (4) *Joh. Henr. Bœcleri in Bibl. Polit. Contr. §. 116.* Neque negligendæ sunt duæ Salustii ad Jul. Cæsarem scriptæ de ordinanda Republ. Epistolæ (nam Epistolas non Orationes esse, dudum ab Eruditis observatum est) à Loccenio commentariis Politicis illustratæ.

Crenii.

Bœcleri.

Ex Systematicis Latinis antiquioribus selegitur Cicero.

§. V. Inter LATINOS antiquæ ætatis, qui Systema aliquod Politicum condere aggressi, primo loco esset *CICERO in Libris sex de Republica*, si modo adhuc extarent. Jacturam quodammodo supplent *Libri de Legibus*, de quibus pro more nostro observamus & necessarium Commentatorium apparatum & exquisitum Doctorum judicium.

Commentatorum Apparatus specialis.

Commentatorum apparatus iterum duplici ratione & potest & debet institui scil. vel ratione illorum, qui specialem composuerunt in Libros de Legibus Commentarium, quos inter Prænobilissimus Reg. & Elect. Sax. Consiliarius Joh. Fried. Rein-

Reinhardus Theatr. eleg. Prud. ex Polit. Lipſ. erect. 1702. in 4. p. 56. ed. allegat *Anton Goveanum.* Clariſſimus ille & de Hiſtoriâ Literariâ benè merentiſſimus Fabricius in Bibl. Latin. p. m. 13. *Adrian. Turnebum*; & Philologorum optimus idem & maximus CRENIUS in Anim. adv. Hiſt. Phil. Part. I. Cap. I. §. III. p. m. 21. *Joh. Schefferum* cujus notæ in Tullii libros de Legibus extant pag. 195. ſqq. lectionum Academicarum; vel ratione illorum, qui generalem in univerſa Ciceronis opera compoſuerunt Commentarium vel compoſitum ediderunt, quorum præcipui ſunt: *Petrus Victorius*, cui præ reliquis omnibus Cicero ſalutem debet 1539. in fol. Pariſ. Tom. II. apud Rob. Stephanum; *Aldus & Paulus Manutii* Venetiis in fol. 1583. VI. Volum. & alibi diverſis formis: *Johannes Hervagius* Baſileæ 1540. ex recenſione Joach. Camerarii; Rihelius anno eodem Argentorati ex recognitione Joh. Sturmii: *Carolus Stephanus* Pariſiis 1555. *Dionyſius Lambinus* ibid. 1566. (cujus editionem anno 1584. & 1606. repetivere Generales:) *Michael Brutus* Lugduni anno 1568. *Dionyſius Gottofredus* Genevæ 1616. *Janus Guilelmius & Janus Gruterus* Hamburgi 1618. Hos Duces poſtea ſecuti fuerunt, qui Genevæ, Baſileæ, Francofurti, Lugd. Bat. Amſteſodami aut alibi variis formis opera Ciceronis recuderunt; inter quos *Elzevirii* qui anno 1642. decem minoribus Tomis & *Blavii* qui 1657. totidem partibus & *Schrevelius* qui anno 1661. uno volumine cum variorum

Goveanus. Turnebus. Schefferus. Apparatus Generalis. Victorius. Manutii Aliique. Guilelmius. Gruterus. Elzevirii. Blavii Schrevelii.

Digitized by Google

rumnotis ea dederunt, utiliter operas suas collocasse typorum certè elegantia benè de Cicerone meruisse censendi sunt. *Londinenses* etiam Typi eosdem æmulati sunt anno 1681. & qui Basileam præ se ferunt *Genevensium* operæ an. 1687. quorum editiones Guilielmio Grüterianam ut matrem fideliter referre haut immeritò dicunt Lipsiens. Act. Erud. Collect. d. an. 1693. m. Mart. p. m. 137. 138 (Conf. D. Georg. Henr. Goetzii, Reverendissimi Lübecensium Præsulis Theologi & Polyhistoris multò celeberrimi, Fautoris nostri Desideratissimi, Dissertatio de Scriptorum Ciceronis lectione Lips. hab. M. DC. LXXIX) ubi & illos magnoperè laudant, qui ultimam Operibus Ciceronianis in Commentariis absolutis adhibuerunt manum, *Jacobum* scil. *Gronovium*, qui Ciceronis Opera, quæ extant, omnia cum integris notis Jani Grüteri, adjectis suis animadversionibus Lugd. Batav. 1692. edidit Tomis IV. in 4. & Tomis XI. in 12. & *Joh. Georg. Grævium*, qui universa Ciceronis opera in novum habitum nitidissimamque formam composuit & præstantissimo cultu instruxit. His Commentatoribus in Libros Legum Ciceronianos breviter indicatis quatuor eaque *selectiora* subjungimus *Eruditorum judicia*. (1.) *Gabrielis Naudæi in Bibliographia Politica edit. Grot. p. m. 20. Conring. p. m. 60.* Ciceronis sex Librorum de Republ. jactura æternum nobis lugenda est, utpote cum exstincta simul fuerint tot oracula, quæ ab homine eloquentissimo

Londinenses.

Genevenses.

Judiciorum Selectus.

Naudæi.

&

& sapientissimo, qui tamdiu Reip. Romanæ clavum gubernaverat, nonnisi verissima certissimaque poterant exspectari. Unde si Aristoteles in Libris de cœlo ad Hipparchum & Eudoxum Astronomos libenter provocat; si D. Augustinus Orosium laudat in Paganorum Historiis; si Origenes ad Huilium Hebræum recurrit in loci cujusdam Isaiæ explicatione; & summus Pontifex Hilarius contentionem de tempore Paschatis celebrandi uni Victorio Britannico terminandam proponit, eâ scil. lege, quod optimo cuique & in arte sua versatissimo credendum est; unusquisque jam per se satis existimare possit, quantum ab omnibus uni Tullio concedendum fuisset Politicas leges & Axiomata dictanti. Cum non equidem ut Aristoteles & Plato ac cæteri, qui de Republ. dixerunt, id tantúm quod probabilius esse videtur & rationi magis consentaneum sequutus fuerit, sed experientiâ ipsâ edoctus, nobis eleganter præceperit quid ex doctrina vel usu foret in publica rerum administratione. (2.) *Hermanni Conringii Libr. de Civil. Prud. cap. XIV. pag. 350.* Ad Platonis exemplum componens sese M. Tullius Cicero itidem alterum de Republ, alterum de Legibus volumen conscripserat, utrumque in usum Reip. optimæ. Hinc Atticum ita loquentem facit Lib. I. de LL. *Quoniam scriptum, est à TE de optimo Reipubl. statu, consequens est, ut scribas Tu idem de Legibus. Sic, enim feciſſe video Platonem illum.* Libr. 3. de LL. Connii. gii.

LL. ipsemet Cicero sic scribit: *Quoniam leges damus liberis populis, quæque de optima Republ. sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus, Reipubl. statum.* Verum primi nihil est reliquum præter fictum Scipionis somnium: Alterius tres superant Libri item mutili; eoque parùm juvant studia Politicæ prudentiæ; nec tamen aspernanda, cum sint frugifera. (3.) *Joh. Henr. Bœcleri in Biblioth. Polit. contr. §. XVII.* Optandum esset, superesse Ciceronis Libros sex de Republ. quos se composuisse, in Libro II. de Divinatione, ejusdemque πολιτικὰ quæ spissum & operosum opus vocat Lib. 2. ad Quintum Fratrem epist. XIII. Horum tamen jacturam quodammodo supplent Libri de Legibus; etsi non integram tractent Politicam, sed tantum de Legibus optimæ Reipubl. de vitiis & virtutibus Rerumpubl. & quibusdam aliis. (4.) *Joh. Fried. Reinhardi in Theatr. Prud. eleg. ex Polit. Lipsian. erect. p. 55. seqq. 58. edit. Witteb. 1702. in 4. ubi varia de vita & Scriptis Ciceronis Scriptorumque Commentatoribus memorabilia ex Re literaria congessit iisdemque hoc ad præsentem nostrum scopum directum judicium interposuit:* Cicero Vir prudentiâ & eloquentiâ inter Romanos extra controversiam Princeps, cujus omnis vita exercitatissima fuit cum causis grandis tùm muniis Reip. obeundis, quique non Academicorum solùm Peripatèticorum, Stoicorum, Epicureorum, sed omnium

Bœcleri.

Reinhardi.

mnium omninò Philosophorum monumenta persolvit & quo valebat exactissimo judicio expendit nihilque ferè ex omni Philosophiæ parte intactum reliquit, de quo non scriberet. Prudentiæ igitur Civilis latinæ eloquentiæ studiosis pervolutandos manibusque ac oculis conferendos ipsius libros præ aliis omnibus censuerunt Viri docti, in iisque expoliendis & nativo cultui restituendis à quo per barbariem temporum & librariorum negligentiam defecerant, studium posuerunt, qui superiori & nostro ævo primos in literis ordines posuerunt. Inter opera Ciceronis Philosophica eminent de Legibus Libri tres, quos cum commentariis illustrarunt Antonius Goveanus & Adrianus Turnebus. Ex deperditis spes fuit Libros VI. de Republ. in Polonia recuperandi quam in rem Cardinalis Bessarion dicitur insumsisse aureos amplius bis mille. Refert quoque Abrahamus Müntingerus Naurr Keurige Beschryving der Aardgerrassen fol. 85. Professor Medicinæ & Botanices, dum viveret, in Academia Groningensi de volumine liliæ foliis inscripto quod libros Ciceronis de Ordinanda Republica & inveniendis Orationum exordiis continebat, quodque pro Imperatore à Comite de Saint Amour pretio 8000. florenorum emptum fuit. Libri illi inter Ciceronis opera sunt præstantissimi, utpote ab homine scripti, qui non quidem, ut Plato, Reipubl. expers, sed in ea per omnem vitam versatus fuit. Roland. Maresius l. I. ep. 36. f. 159.

Compendiarii Recentiores.

§. VI. Ex Recentioribus Compendiorum Politicorum Scriptoribus eminent (1.)

I. Lipsius.

JUSTUS LIPSIUS, Belga, Historiæ & Oratoriæ primùm Professor Jenensis, deinde J. U. Doctor, tàm Lovaniensis quàm Leidensis Professor; demum Philippi II. Regis Hisp. Historiographus & Alberti Archiducis Austriæ Consiliarius intimus, (cujus Vitam & Scripta recensent Janus Nicius Erythræus Pinacoth. III. Imag. Illustr. Vir. num. I. pag. 1. sqq. Melch. Adami Vitis German. Philos. p. 465. sqq. & qui alios fontes simul adducit Adolphus Clarmundus Vitis Clarissimorum in re literariâ Virorum 1704. Witteb. in 8. Part. I. n. XIII. pag. 97. sqq) *in Libris sex Politicorum* ex editione Antwerpianâ M. DC. IV. in 4. Francofurtanâ M. DC. LVIII. in 12. & Argentoratensi M. DC. XLI. in 12. & optimâ Wittebergensi M. DCCII. in 4. cum Commentario Philologico-Historico-Politico Joh. Fried. Reinhardi Regii atque Electoralis Consiliarii Saxonici. De quibus sequentia observatu digna præ cæteris occurrunt momenta. (1) *Opusculi Fructus.* Autores docet in Politicis præstantissimos. Historicos designat πολιτικωτάτους. Modum intimum legendi Auctores & applicandi ad actum ostendit. Judicium legentis insigniter acuit. In ipsam vitæ civilis actionem & πρᾶξιν non contemplationem tantùm introducit. Consilia, Cautiones, Monita, Præcepta, Exempla propinat. Ipsorum denique Principum mores, vitam & similia ad vivum quasi exprimit.

Biographi ejus.

Libri Politicorum.

Eorum Fructus.

Opus

Opus ut exemplo rerum, ita usu incomparabile. (II) *Opusculi Nævus* Eorum Nævus

(1.) Doctrina de Fato.
(2.) Dogma de Religione una.
(3.) De puniendis Hæreticis.
(4.) Inconstantia duplex

} Sobriè hauriendæ & cum judicio cæterorum præsertim Theologorum.

} Editionis hujus libri, } Opinionum hujus Auctoris, } §.

De quibus Bœcleri Dissertat. de Polit. Lipsi. p. m. 55. 56. 63. 64.

(5.) Ἀπολία Auctoris dum flagitia dominationis arcanæ tyrannica pio Regi inculcat. Vid. id. Bœcl. l. c. p. m. 60. sqq. (III) *Tractandi modus.* Cautè tractanda Politica Lipsiana præsertim Juveni & inexpertis. Ut hoc rectè fiat hæc tria observanda veniunt. (1) Virtutis in vitâ civili ubique ratio est habenda, à quâ quando discedit Princeps, bonus jam esse desiit. (2) Habenda item ratio Juris & æqui tùm quod natura tùm quod Gentium consensu proponit. (3) Literarum sacrarum ubique & semper in rebus civilibus censura addenda. Non enim Cæsares aut Alexandri sed Davides & Salomones sunt informandi. Sentit nobiscum Scioppius Consult. de Regno & Bœclerus diss. alleg. p. 65. & pasim in Annal. Taciti (IV) *Legendi Methodus.* (1) Loca Autorum diligenter Tractandi modus

Legendi methodus

inveſtigentur. Latent enim nonnunquam plura in cortice, quàm apparent, ubi in ipſam Medullam Scriptorum penetraveris. Quod oſtendit Bœclerus diſſ. laud. pag. 42. 43. (2) Nihil hic exſpectetur, niſi quod ad uſum & actionem civilem vitæ ipſius pertinet. Ita enim Lipſius ſuum opus ornavit, ita inſtruxit, ut ſi quid occurrat in uſu quotidiano, id hinc emendari, agi, corrigi, regique poſſit. Non igitur Platonis Ideæ, non Scepticæ contemplationes, ſed πραχτικώτατα πολιτικῶν hic diſcenda & hauſienda. (3) Nihil vulgare aut tritum hic ſibi promittat lector. Nam multa contra vulgus docet, ut indicavit Bœclerus Diſſ. alleg. p. m. 67. (4) Methodus ipſa, definitiones ipſæ, genus ſcribendi ita novum ut ante Lipſium nemo ſic auſſus fuiſſe noſcatur πολιτεύεσθαι. (5) Cautio in legendo adhibeatur nec omnia adeò certa adeoquè bona lector credat, ut nullam recipiant dubitandi aut contradicendi occaſionem. Id oſtendit Bœclerus l. c. p. 50. (6) Conferatur cum aliis Politicis præcipuè talibus qui pietatis curam habent accuratam, quales deinceps enumerabimus. (V) *Judiciorum ſelectus.* Inſtituit hunc ipſum pro duplici ratione Scriptorum Politicam Lipſii vel æſtimantium vel rejicientium, Vir inclyti nominis *Joh. Fridericus Reinhardus in prælaudatis Animadverſionibus Hiſtorico-Politicis ad Præfat. II. Lipſ. p. m. 41. 42. qui hoc in capite conſulendus.* Id ſaltem hic adjicimus, Reinhardum in *Theatro Prudentiæ elegantioris ex Juſti Lipſii libris Po-*

Judiciorum Selectus.

li-

liticorum erecto (prout habet Animadv. Hist. Polit. inscriptio seu titulus scitus prorsus & appositus) perpetuum nectere continuatumq; Commentarium, in quo perpulchræ animadversiones quæ historiæ & prudentiæ civilis interfunt, tanquam gemmæ claris nativæ bonitatis signis passim lucent, & suo quæque loco nitorem servant. Ubi & fundamento imperiorum religione & justitia præstructo, quædam Lipsii Consectaria, quæ nonnihil ab utraque reflectunt interdum, caute legenda & scopulorum instar vitanda admonet ac tempestivè docet. Simul idoneos veræ & elegantis prudentiæ fontes aperit & modo exemplis instruit, modo rationibus confirmat, memorabiles ubique sententias ex veteri & nova imprimisque ad hodiernas res utili historia subjungens. Ut adeò hic in togæ bellique negotiis sive adjumenta sive ornamenta, quibus theatrum elegantioris prudentiæ tanquam ex columnis, quæ sex Politicorum Libris respondent, constitutum est, omninò reperiamus. Casus etiam eventorumque capita ad regulas doctrinæ civilis exigit & pulchrè expendit, atque elegantiam cum utilitate conjungit. Digressiones quoque instituit, quæ concinnitatem operis augent & prudentiæ condimenta sunt, & eo majorem elegantiam conciliant, quoniam non modo ad facta eorumque causas sed etiam ad elogia & variam multiplicemque notitiam omnis generis Scriptorum referuntur. Quibus rebus illustris Auctor ad verum decus omnia

sub-

subsidia comparavit, ut non tantum ad elegantiorem prudentiam sed etiam ad elegantiores quasque doctrinas & ipsa adeò humanitatis studia, viam commonstret.

II. Boxhornius. Biographi ejus.

(II.) *MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS* Prof. Eloqu. & Histor. Leidensis *Institutionibus Politicis* ex edit. Amstelod. cIↃ. IↃc. LXIII. in 12. Vitam & Scripta Boxhornii exhibet Adolphus Clarmundus in Vitis Clariss. in re literaria Virorum Part. II. n. XXI. pag. 165 sqq. Judicia de Politico ejus Compendio subscribimus quatuor. (1) *Joh. Henr. Bœcleri in Bibl. Polit. contr. §. XIII.* Boxhornius laudandus est in eo, quod versatus fuerit cum Viris Doctis & qui vel legati vel aliis Politicis muniis fungebantur. Institutiones ejus Politicæ ad civitatis gubernationem civilis actus prudentiam spectant. (2) *Herm. Conringii in Civil. Prud. Cap. XIV. p. m. 362.* Boxhornii Institutiones ipsamet inscriptione & titulo significant quid polliceantur. Præstant autem abundè quod promittunt nec fallunt exspectationem. (3.) *Joh. Henr. Feustkingii in Sched. de Achitophel. Machiav. §. 18.* Semina Seditionis Monarchomachicæ in M. Z. Boxhornii Institutionibus Politicis deprehendi testis est B. Frankensteinius in Præfatione. (4) *Burc. Gotth. Struvii in Biblioth. Philos. Cap. XII. §. VI. p. 142. & § 27. p. m. 180.* M. Z. Boxhornii Institutiones Politicæ quibusdam arridentquæ cum notis Georgii Hornii prodierunt Lipsiæ. 1657. in 12. alii tamen ob nimiam li-

Judicium de Compolit. Bœcleri. Conringii Feustkingii. Struvii.

ber-

bertatem eundem inter Monarchomachos referunt.

(III.) *JOHANNES HENRICUS BOECLERUS* S. Cæs. Maj. & Elect. Moguntini Consiliarius, Com. Pal. Cæs. Hist. Hor. in Argentorat. Univ. Prof. Publ. & Capit. Thom. Canonicus. *Institutionibus Politicis* Argentorati excusis an. clo Ioc. LXXIV. in 8. cui accesserunt Dissertationes Politicæ ad selecta veterum Historicorum loca & libellus Memorialis Ethicus. Vita ejus & Scripta ex memoriis Philosophorum Wittenianis repetita & Supplemento FEGHTIANO locupletata, leguntur præmissa Historiæ Universali IV. priorum â C. N. Seculorum ed. opt. Sedin. 1699. in 8. quibuscum conf. Adolphus Clarmundus Vit. Clar. Viror. Part. II. n. XXVIII. p. 251. sqq. Judicia de Compendio Politico apponimus tria (1) *Ad Rechenbergii lib. Inq. de Stud. Acad. sect. 3. cap. 1. §. 10. p. m. 61. 62.* Qui per fortunæ & scopi sui rationem compendia tantum politica sectari possunt, illis sufficit Compendium aliquod ut Cellarii, vel quæ majorem usum præstant, Bœcleri institutiones Politicæ, licet imperfectæ. (2) *Burc. Gotth. Struvii in Bibl. Philos. Cap. VII. §. 6. p. m. 142.* Joh. Henr. Bœcleri institutiones Politicæ licet ansam præbeant ad plenioris meditationes politicas, imperfectæ tamen sunt, nec omnes Politicæ partes exhauriunt, potius hoc instituto scripta ut privatis discursibus explanentur. (3) *Adolphi Clarmundi*

III. Boeclerus.

Biographi ejus.

Judicium de Comp. polit. Rechenbergii.

Struvii.

Clarmundi.

LL. ipsemet Cicero sic scribit: *Quoniam leges damus liberis populis, quæque de optima Republ. sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus, Reipubl. statum.* Verum primi nihil est reliquum præter fictum Scipionis somnium: Alterius tres superant Libri item mutili: eoque parùm juvant studia Politicæ prudentiæ; nec tamen aspernanda, cum sint frugifera. (3.) *Joh. Henr. Bœcleri in Biblioth. Polit. contr. §. XVII.* Optandum esset, superesse Ciceronis Libros sex de Republ. quos se composuisse, in Libro II. de Divinatione, ejusdemque πολιτικὰ quæ spissum &. operosum opus vocat Lib. 2. ad Quintum Fratrem epist. XIII. Horum tamen jacturam quodammodo supplent Libri de Legibus; etsi non integram tractent Politicam, sed tantum de Legibus optimæ Reipubl. de vitiis & virtutibus Rerumpubl. & quibusdam aliis. (4.) *Joh. Fried. Reinhardi in Theatr. Prud. eleg. ex Polit. Lipsian. erect. p. 55. seqq. 58. edit. Witteb. 1702. in 4. ubi varia de vita & Scriptis Ciceronis Scriptorumque Commentatoribus memorabilia ex Re literaria congessit iisdemque hoc ad præsentem nostrum scopum directum judicium interposuit:* Cicero Vir prudentiâ & eloquentiâ inter Romanos extra controversiam Princeps, cujus omnis vita exercitatissima fuit cum causis grandis tùm muniis Reip. obeundis, quique non Academicorum solùm Peripateticorum, Stoicorum, Epicureorum, sed omnium

Bœcleri.

Reinhardi.

mnium omninò Philosophorum monumenta persolvit & quo valebat exactissimo judicio expendit nihilque ferè ex omni Philosophiæ parte intactum reliquit, de quo non scriberet. Prudentiæ igitur Civilis latinæ eloquentiæ studiosis pervolutandos manibusque ac oculis conferendos ipsius libros præ aliis omnibus censuerunt Viri docti, in iisque expoliendis & nativo cultui restituendis à quo per barbariem temporum & librariorum negligentiam defecerant, studium posuerunt, qui superiori & nostro ævo primos in literis ordines posuerunt. Inter opera Ciceronis Philosophica eminent de Legibus Libri tres, quos cum commentariis illustrarunt Antonius Goveanus & Adrianus Turnebus. Ex deperditis spes fuit Libros VI. de Republ. in Polonia recuperandi quam in rem Cardinalis Bessarion dicitur insumsisse aureos amplius bis mille. Refert quoque Abrahamus Müntingerus Naurr Keurige Beschryving der Aardgerrassen fol. 85. Professor Medicinæ & Botanices, dum viveret, in Academia Groningensi de volumine liliæ foliis inscripto quod libros Ciceronis de Ordinanda Republica & inveniendis Orationum exordiis continebat, quodque pro Imperatore à Comite de Saint Amour pretio 8000. florenorum emptum fuit. Libri illi inter Ciceronis opera sunt præstantissimi, utpote ab homine scripti, qui non quidem, ut Plato, Reipubl. expers, sed in ea per omnem vitam versatus fuit. Rolaud. Maresius l. I. ep. 36. f. 159.

Compendiarii Recentiores.

§. VI. Ex Recentioribus Compendiorum Politicorum Scriptoribus eminent (I.)

I. Lipsius.

JUSTUS LIPSIUS, Belga, Historiæ & Oratoriæ primùm Professor Jenensis, deinde J. U. Doctor, tàm Lovaniensis quàm Leidensis Professor; demum Philippi II. Regis Hisp. Historiographus & Alberti Archiducis Austriæ Consiliarius intimus,

Biographi ejus.

(cujus Vitam & Scripta recensent Janus Nicius Erythræus Pinacoth. III. Imag. Illustr. Vir. num. I. pag. 1. sqq. Melch. Adami Vitis German. Philos. p. 465. sqq. & qui alios fontes simul adducit Adolphus Clarmundus Vitis Clarissimorum in re literariâ Virorum 1704. Witteb. in 8. Part. I. n. XIII. pag. 97. sqq)

Libri Politicorum.

in Libris sex Politicorum ex editione Antwerpianâ M. DC. IV. in 4. Francofurtanâ M. DC. LVIII. in 12. & Argentoratensi M. DC. XLI. in 12. & optimâ Wittebergensi M. DCCII. in 4. cum Commentario Philologico-Historico-Politico Joh. Fried. Reinhardi Regii atque Electoralis Consiliarii Saxonici.

Eorum Fructus.

De quibus sequentia observatu digna præ cæteris occurrunt momenta. (I) *Opusculi Fructus.* Autores docet in Politicis præstantissimos, Historicos designat πολιτικωτάτους. Modum intimum legendi Auctores & applicandi ad actum ostendit. Judicium legentis insigniter acuit. In ipsam vitæ civilis actionem & πρᾶξιν non contemplationem tantùm introducit. Consilia, Cautiones, Monita, Præcepta, Exempla propinat. Ipsorum denique Principum mores, vitam & similia ad vivum quasi exprimit.

Opus

Opus ut exemplo rerum, ita usu incomparabile. (II) *Opusculi Nævus* Eorum Nævus

(1.) Doctrina de Fato,
(2.) Dogma de Religione una,
(3.) De puniendis Hæreticis,
} Sobriè hauriendæ & cum judicio cæterorum præsertim Theologorum,

(4.) Inconstantia duplex { Editionis hujus libri, Opinionum hujus Auctoris, } §.

De quibus Bœcleri Dissertat. de Polit. Lipsi. p. m. 55. 56. 63. 64.

(5.) Acerbitas Auctoris dum flagitia dominationis arcanæ tyrannica pio Regi inculcat. Vid. id. Bœcl. l. c. p. m. 60. sqq. (III) *Tractandi modus.* Tractandi modus Cautè tractanda Politica Lipsiana præsertim Juveni & inexpertis. Ut hoc rectè fiat hæc tria observanda veniunt. (1) Virtutis in vitâ civili ubique ratio est habenda, à quâ quando discedit Princeps, bonus jam esse desiit. (2) Habenda item ratio Juris & æqui tùm quod natura tùm quod Gentium consensu proponit. (3) Literarum sacrarum ubique & semper in rebus civilibus censura addenda. Non enim Cæsares aut Alexandri sed Davides & Salomones sunt informandi. Sentit nobiscum Scioppius Consult. de Regno & Bœclerus diss. alleg. p. 65. & passim in Annal. Taciti (IV) *Legendi Methodus.* Legendi methodus (1) Loca Autorum diligenter

inveſtigentur. Latent enim nonnunquam plura in cortice, quàm apparent, ubi in ipſam Medullam Scriptorum penetraveris. Quod oſtendit Bœclerus diſſ. laud. pag. 42. 43. (2) Nihil hic exſpectetur, niſi quod ad uſum & actionem civilem vitæ ipſius pertinet. Ita enim Lipſius ſuum opus ornavit, ita inſtruxit, ut ſi quid occurrat in uſu quotidiano, id hinc emendari, agi, corrigi, regique poſſit. Non igitur Platonis Ideæ, non Sceptice contemplationes, ſed πραγτικώτατα πολιτικῶν hic diſcenda & hauſienda. (3) Nihil vulgare aut tritum hic ſibi promittat lector. Nam multa contra vulgus docet, ut indicavit Bœclerus Diſſ. alleg. p. m. 67. (4) Methodus ipſa, definitiones ipſæ, genus ſcribendi ita novum ut ante Lipſium nemo ſic auſſus fuiſſe noſcatur πολιτεύεσθαι. (5) Cautio in legendo adhibeatur nec omnia adeò certa adeoquè bona lector credat, ut nullam recipiant dubitandi aut contradicendi occaſionem. Id oſtendit Bœclerus l. c. p. 50. (6) Conferatur cum aliis Politicis præcipuè talibus qui pietatis curam habent accuratam, quales deinceps enumerabimus. (V) *Judiciorum ſelectus.* Inſtituit hunc ipſum pro duplici ratione Scriptorum Politicam Lipſii vel æſtimantium vel rejicientium, Vir inclyti nominis *Joh. Fridericus Reinhardus in prælaudatis Animadverſionibus Hiſtorico-Politicis ad Præfat. II. Lipſ. p. m. 41. 42. qui hoc in capite conſulendus.* Id ſaltem hic adjicimus, Reinhardum in *Theatro Prudentiæ elegantioris ex Juſti Lipſii libris Poli-*

Judiciorum Selectus.

liticorum erecto (prout habet Animadv. Hist. Polit. inscriptio seu titulus scitus prorsus & appositus) perpetuum nectere continuatumq; Commentarium, in quo perpulchræ animadversiones quæ historiæ & prudentiæ civilis interfunt, tanquam gemmæ claris nativæ bonitatis signis passim lucent, & suo quæque loco nitorem servant. Ubi & fundamento imperiorum religione & justitia præstructo, quædam Lipsii Consectaria, quæ nonnihil ab utraque reflectunt interdum, cautè legenda & scopulorum instar vitanda admonet ac tempestivè docet. Simul idoneos veræ & elegantis prudentiæ fontes aperit & modo exemplis instruit, modo rationibus confirmat, memorabiles ubique sententias ex veteri & nova imprimisque ad hodiernas res utili historia subjungens. Ut adeò hic in togæ bellique negotiis sive adjumenta sive ornamenta, quibus theatrum elegantioris prudentiæ tanquam ex columnis, quæ sex Politicorum Libris respondent, constitutum est, omninò reperiamus. Casus etiam eventorumque capita ad regulas doctrinæ civilis exigit & pulchrè expendit, atque elegantiam cum utilitate conjungit. Digressiones quoque instituit, quæ concinnitatem operis augent & prudentiæ condimenta sunt, & eo majorem elegantiam conciliant, quoniam non modo ad facta eorumque causas sed etiam ad elogia & variam multiplicemque notitiam omnis generis Scriptorum referuntur. Quibus rebus illustris Auctor ad verum decus omnia

sub-

subsidia comparavit, ut non tantum ad elegantiorem prudentiam sed etiam ad elegantiores quasque doctrinas & ipsa adeò humanitatis studia, viam commonstret.

II. Boxhornius. Biographi ejus.

(II.) *MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS* Prof. Eloqu. & Histor. Leidensis *Institutionibus Politicis* ex edit. Amstelod. cIↃ. IↃc. LXIII. in 12. Vitam & Scripta Boxhornii exhibet Adolphus Clarmundus in Vitis Clariss. in re literaria Virorum Part. II. n. XXI. pag. 165 sqq. Judicia de Politico ejus Compendio subscribimus quatuor. (1) *Joh. Henr. Bœcleri in Bibl. Polit. contr. §. XIII.* Boxhornius laudandus est in eo, quod versatus fuerit cum Viris Doctis & qui vel legati vel aliis Politicis muniis fungebantur. Institutiones ejus Politicæ ad civitatis gubernationem civilis actus prudentiam spectant. (2) *Herm. Conringii in Civil. Prud. Cap. XIV. p. m. 362.* Boxhornii Institutiones ipsamet inscriptione & titulo significant quid polliceantur. Præstant autem abundè quod promittunt nec fallunt exspectationem. (3.) *Joh. Henr. Feustkingii in Sched. de Achitophel. Machiav. §. 18.* Semina Seditionis Monarchomachicæ in M. Z. Boxhornii Institutionibus Politicis deprehendi testis est B. Frankensteinius in Præfatione. (4) *Burc. Gotth. Struvii in Biblioth. Philos. Cap. XII. §. VI. p. 142. & § 27. p. m. 180.* M. Z. Boxhornii Institutiones Politicæ quibusdam arridentquæ cum notis Georgii Hornii prodierunt Lipsiæ, 1657. in 12. alii tamen ob nimiam li-

Conringii. Feustkingii. Struvii.

ber-

bertatem eundem inter Monarchomachos referunt.

(III.) *JOHANNES HENRICUS BOECLERUS* S. Cæs. Maj. & Elect. Moguntini Consiliarius, Com. Pal. Cæs. Hist. Hor. in Argentorat. Univ. Prof. Publ. & Capit. Thom. Canonicus. *Institutionibus Politicis* Argentorati excusis an. clo Ioc. LXXIV. in 8. cui accesserunt Dissertationes Politicæ ad selecta veterum Historicorum loca & libellus Memorialis Ethicus. Vita ejus & Scripta ex memoriis Philosophorum Wittenianis repetita & Supplemento FEGHTIANO locupletata, leguntur præmissa Historiæ Universali IV. priorum â C. N. Seculorum ed. opt. Sedin. 1699. in 8. quibuscum conf. Adolphus Clarmundus Vit. Clar. Viror. Part. II. n. XXVIII. p. 251. sqq. Judicia de Compendio Politico apponimus tria (1) *Ad Rechenbergii lib. sing. de stud. Acad. sect. 3. cap. 1. §. 10. p. m. 61. 62.* Qui per fortunæ & scopi sui rationem compendia tantum politica sectari possunt, illis sufficit Compendium aliquod ut Cellarii, vel quæ majorem usum præstant, Bœcleri institutiones Politicæ, licet imperfectæ. (2) *Burc. Gotth. Struvii in Bibl. Philos. Cap. VII. §. 6. p. m. 142.* Joh. Henr. Bœcleri institutiones Politicæ licet ansam præbeant ad plenioris meditationes politicas, imperfectæ tamen sunt, nec omnes Politicæ partes exhauriunt, potius hoc instituto scripta ut privatis discursibus explanentur. (3) *Adolphi Clarmundi*

III. Boeclerus.

Biographi ejus.

Judicium de Comp. polit. Rechenbergii.

Struvii.

Clarmundi.

Digitized by Google

mundi Vit. Clar. Vir. Part. II. pag. m. 266. Es iſt ein Opus poſthumum und nicht völlig ausgearbeitet.

IV. SCHÖNBORNERUS ex judicio Struvii.

(IV.) *GEORGIUS SCHOENBORNERUS*, Conſiliarius Cæſareus *Libris ſeptem Politicorum* Amſtelod. ed. 1650. in 12. De quibus adſcribimus judicium *Burc. Gotth. Struvii in Biblioth. Philoſ. Cap. VII. §. VI. p. m. 141.* Georgii Schœnborneri Politicam alii ob intermixtas materias Juris publici commendarunt. Conf. de Titulo ejus atque officio Henningius Wittenius in Diar. Biograph. Tom. I. Anno 1638. d. 23. Decembr.

V. CELLARIUS ex judicio Bœcleri.

(V.) *BALTHASAR CELLARIUS* S. S. Th. D. & Prof. Helmſtad. (Vid. Witt. Diar. Biogr. Tom. I. 1671. d. 15. Sept.) *Politica ſuccincta ex Ariſtotele potiſſimum erutæ Libris H. Jenæ in 8. 1664.* de quibus ita judicat *J. H. Bœclerus in Bibl. Polit. contr. §. XII.* Minora Compendia ſunt Prætorii & Cellarii in quibus termini Politici exprimuntur. *Herm. Conringius in Libr. de Prud. Civil. c. XIV. p. 362.* Cellarii noſtri compendium ipſamet in ſcriptione ſignificat quid polliceatur. Præſtat autem abunde quod promittit nec fallit exſpectationem. *B. G. Struvius in Biblioth. Philoſ. Cap. VII. §. VI. pag. m. 140.* Inter Syſtematicos æſtimabatur olim Althuſii Politica, præferenda tamen eſt Balth. Cellarii, quæ ad ſtatum noſtri imperii eſt accommodata.

Conringii.

Struvii.

VI. CLASENIUS

(VI.) *DANIEL CLASENIUS* I. U. D. & Prof. Helm. (Vid Witt. Biogr. T. I. an. 1678. d. 20.

d. 20. Nov.) *in Politicæ Compendio succinctio Helmstad. 1675. in 8.* ed. de quo aliorum judicium his verbis refert B. G. *Struvius in Bibl. Philos. c. 7. §. 6. p. 141.* Danielis Classenii Politicam tanquàm perspicuam laudarunt multi. ex judicio Struvii.

§. VII. RECENTIORES SYSTEMATICI sunt triplicis generis, alii scil. ITALI, alii GALLI alii GERMANI, ex quibus singulis damus selectos, & quidem ex GERMANIS sex. Recentiores Systematici & quidem Germani.

I.

(I.) *Adamum Contzenium Jesuitam*: [cujus vitam & scripta recenset Alegambe in Bibl. Script. Soc. Jes. pag. 3. sqq.] in *Libris decem Politicorum Coloniæ editis M. DC. XIX. & Moguntiæ M. DC. XX. in fol.* de quibus ita judicat *Joh. Henr. Bœclerus in Biblioth. contr. Polit. §. XIX.* Contzenius quia multa Jesuitica & Pontificia inspergit, caute legendus est. Plurima tamen Juridicè magis quàm politicè tractat. *Herm. Conringius de Civil. Prud. cap. XIV. pag. m. 362.* Adami Contzenii opus mole satis magnum & titulo dives sed ferè deludit lectorem & *B. G. Struvius Biblioth. Philos. cap. VII. §. 13. pag. 152.* Adamus Contzenius in Politicorum libris Jureconsultum potius agit & Jesuitam quàm verum Politicum. Contzenius. Biographus ejus. Judicium de eo Bœcleri. Conringii. Struvii.

II.

(II.) *Henningium Arnisæum* Prof. Med. Helmstad. (cujus officia & scripta insinuat Wittenius T. I. Diar. Biogr. anno 1635. d. 25. Nov.) *in Relectionibus Politicis Argentorati 1648. in 4. publicatis.* De quibus ita judicat *Herm.* Arnisæus ex judicio Conringii.

Con-

Compendiarii Recentiores.

§. VI. Ex Recentioribus Compendiorum Politicorum Scriptoribus eminent (I.)

Lipsius.

JUSTUS LIPSIUS, Belga, Historiæ & Oratoriæ primùm Professor Jenensis, deinde J. U. Doctor, tàm Lovaniensis quàm Leidensis Professor; demum Philippi II. Regis Hisp. Historiographus & Alberti Archiducis Austriæ Consiliarius intimus, (cujus Vitam & Scripta recensent Janus Nicius Erythræus Pinacoth. III. Imag. Illustr. Vir. num. I. pag. 1. sqq. Melch. Adami Vitis German. Philos. p. 465. sqq. & qui alios fontes simul adducit Adolphus Clarmundus Vitis Clarissimorum in re literariâ Virorum 1704. Witteb. in 8. Part. I. n. XIII. pag. 97. sqq) *in Libris sex Politicorum* ex editione Antwerpianâ M. DC. IV. in 4. Francofurtanâ M. DC. LVIII. in 12. & Argentoratensi M. DC. XLI. in 12. & optimâ Wittebergensi M. DCCII. in 4. cum Commentario Philologico-Historico-Politico Joh. Fried. Reinhardi Regii atque Electoralis Consiliarii Saxonici. De quibus sequentia observatu digna præ cæteris occurrunt momenta. (I) *Opusculi Fructus*. Autores docet in Politicis præstantissimos, Historicos designat πολιτικωτάτους. Modum intimum legendi Auctores & applicandi ad actum ostendit. Judicium legentis insigniter acuit. In ipsam vitæ civilis actionem & πρᾶξιν non contemplationem tantùm introducit. Consilia, Cautiones, Monita, Præcepta, Exempla propinat. Ipsorum denique Principum mores, vitam & similia ad vivum quasi exprimit.

Biographi ejus.

Libri Politicorum.

Eorum Fructus.

Opus

Opus ut exemplo rerum, ita usu incomparabile. (II) *Opusculi Nævus*

Eorum Nævus

(1.) Doctrina de Fato.
(2.) Dogma de Religione una.
(3.) De puniendis Hæreticis.

} Sobriè hauriendæ & cum judicio cæterorum præsertim Theologorum.

(4.) Inconstantia duplex { Editionis hujus libri, / Opinionum hujus Auctoris, } §.

De quibus Bœcleri Dissertat. de Polit. Lipsi. p. m. 55. 56. 63. 64.

(5.) Ἀπολογία Auctoris dum flagitia dominationis arcanæ tyrannica pio Regi inculcat. Vid. id. Bœcl. l. c. p. m. 60. sqq. (III) *Tractandi modus.* Cautè tractanda Politica Lipsiana præsertim Juveni & inexpertis. Ut hoc rectè fiat hæc tria observanda veniunt. (1) Virtutis in vitâ civili ubique ratio est habenda, à quâ quando discedit Princeps, bonus jam esse desiit. (2) Habenda item ratio Juris & æqui tùm quod natura tùm quod Gentium consensu proponit. (3) Literarum sacrarum ubique & semper in rebus civilibus censura addenda. Non enim Cæsares aut Alexandri sed Davides & Salomones sunt informandi. Sentit nobiscum Scioppius Consult. de Regno & Bœclerus diss. alleg. p. 65. & passim in Annal. Taciti (IV) *Legendi Methodus.* (1) Loca Autorum diligenter

Tractandi modus

Legendi methodus

inveſtigentur. Latent enim nonnunquam plura in cortice, quàm apparent, ubi in ipſam Medullam Scriptorum penetraveris. Quod oſtendit Bœclerus diſſ. laud. pag. 42. 43. (2) Nihil hic exſpectetur, niſi quod ad uſum & actionem civilem vitæ ipſius pertinet. Ita enim Lipſius ſuum opus ornavit, ita inſtruxit, ut ſi quid occurrat in uſu quotidiano, id hinc emendari, agi, corrigi, regique poſſit. Non igitur Platonis Ideæ, non Sceptícæ contemplationes, ſed πραχτικώτατα πολιτικῶν hic diſcenda & hauſienda. (3) Nihil vulgare aut tritum hic ſibi promittat lector. Nam multa contra vulgus docet, ut indicavit Bœclerus Diſſ. alleg. p. m. 67. (4) Methodus ipſa, definitiones ipſæ, genus ſcribendi ita novum ut ante Lipſium nemo ſic auſſus fuiſſe noſcatur πολιτεύεσθαι. (5) Cautio in legendo adhibeatur nec omnia adeò certa adeoque bona lector credat, ut nullam recipiant dubitandi aut contradicendi occaſionem. Id oſtendit Bœclerus l. c. p. 50. (6) Conferatur cum aliis Politicis præcipuè talibus qui pietatis curam habent accuratam, quales deinceps enumerabimus. (V) *Judiciorum ſelectus.* Inſtituit hunc ipſum pro duplici ratione Scriptorum Politicam Lipſii vel æſtimantium vel rejicientium, Vir inclyti nominis *Joh. Fridericus Reinhardus in prælaudatis Animadverſionibus Hiſtorico-Politicis ad Præfat. II. Lipſ. p. m. 41. 42. qui hoc in capite conſulendus.* Id ſaltem hic adjicimus, Reinhardum in *Theatro Prudentiæ elegantioris ex Juſti Lipſii libris Poli-*

Judiciorum Selectus.

liticorum erecto (prout habet Animadv. Hist. Polit. inscriptio seu titulus scitus prorsus & appositus) perpetuum nectere continuatumq; Commentarium, in quo perpulchræ animadversiones quæ historiæ & prudentiæ civilis interfunt, tanquam gemmæ claris nativæ bonitatis signis passim lucent, & suo quæque loco nitorem servant. Ubi & fundamento imperiorum religione & justitia præstructo, quædam Lipsii Consectaria, quæ nonnihil ab utraque reflectunt interdum, cautè legenda & scopulorum instar vitanda admonet ac tempestivè docet. Simul idoneos veræ & elegantis prudentiæ fontes aperit & modo exemplis instruit, modo rationibus confirmat, memorabiles ubique sententias ex veteri & nova imprimisque ad hodiernas res utili historia subjungens. Ut adeò hic in togæ bellique negotiis sive adjumenta sive ornamenta, quibus theatrum elegantioris prudentiæ tanquam ex columnis, quæ ex Politicorum Libris respondent, constitutum est, omninò reperiamus. Casus etiam eventorumque capita ad regulas doctrinæ civilis exigit & pulchrè expendit, atque elegantiam cum utilitate conjungit. Digressiones quoque instituit, quæ concinnitatem operis augent & prudentiæ condimenta sunt, & eo majorem elegantiam conciliant, quoniam non modo ad facta eorumque causas sed etiam ad elogia & variam multiplicemque notitiam omnis generis Scriptorum referuntur. Quibus rebus illustris Auctor ad verum decus omnia

sub-

subsidia comparavit, ut non tantum ad elegantiorem prudentiam sed etiam ad elegantiores quasque doctrinas & ipsa adeò humanitatis studia, viam commonstret.

II. Boxhornius. Biographi ejus. (II.) *MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS* Prof. Eloqu. & Histor. Leidensis *Institutionibus Politicis* ex edit. Amstelod. cIↃ. IↃc. LXIII. in 12. Vitam & Scripta Boxhornii exhibet Adolphus Clarmundus in Vitis Clariss. in re literaria Virorum Part. II. n. XXI. pag. 165 sqq. Judicia de Politico ejus Compendio subscribimus quatuor. (1) *Joh. Henr. Bœcleri in Bibl. Polit. contr. §. XIII.* Boxhornius laudandus est in eo, quod versatus fuerit cum Viris Doctis & qui vel legati vel aliis Politicis muniis fungebantur. Institutiones ejus Politicæ ad civitatis gubernationem civilis actus prudentiam spectant. (2) *Herm. Conringii in Civil. Prud. Cap. XIV. p. m. 362.* Boxhornii Institutiones ipsamet inscriptione & titulo significant quid polliceantur. Præstant autem abundè quod promittunt nec fallunt exspectationem. (3.) *Joh. Henr. Feustkingii in Sched. de Achitophel. Machiav. §. 18.* Semina Seditionis Monarchomachicæ in M. Z. Boxhornii Institutionibus Politicis deprehendi testis est B. Frankensteinius in Præfatione. (4) *Burc. Gotth. Struvii in Biblioth. Philos. Cap. XII. §. VI. p. 142. & § 27. p. m. 180.* M. Z. Boxhornii Institutiones Politicæ quibusdam arrident, quæ cum notis Georgii Hornii prodierunt Lipsiæ. 1657. in 12. alii tamen ob nimiam liber-

Judicium de Comp. polit. Bœcleri. Conringii. Feustkingii. Struvii.

bertatem eundem inter Monarchomachos referunt.

(III.) *JOHANNES HENRICUS BOECLERUS* S. Cæs. Maj. & Elect. Moguntini Consiliarius, Com. Pal. Cæs. Hist. in Argentorat. Univ. Prof. Publ. & Capit. Thom. Canonicus. *Institutionibus Politicis* Argentorati excusis an. clɔ Iɔ c. LXXIV. in 8. cui accesserunt Dissertationes Politicæ ad selecta veterum Historicorum loca & libellus Memorialis Ethicus. Vita ejus & Scripta ex memoriis Philosophorum Wittenianis repetita & Supplemento FEGHTIANO locupletata, leguntur præmissa Historiæ Universali IV. priorum â C. N. Seculorum ed. opt. Sedin. 1699. in 8. quibuscum conf. Adolphus Clarmundus Vit. Clar. Virot. Part. II. n. XXVIII. p. 251. sqq. Judicia de Compendio Politico apponimus tria (1) *Ad Rechenbergii lib. Jng. de Stud. Acad. sect. 3. cap. 1. §. 10. p. m. 61. 62.* Qui per fortunæ & scopi sui rationem compendia tantum politica sectari possunt, illis sufficit Compendium aliquod ut Cellarii, vel quæ majorem usum præstant, Bœcleri institutiones Politicæ, licet imperfectæ. (2) *Burc. Gotth. Struvii in Bibl. Philos. Cap. VII. §. 6. p. m. 142.* Joh. Henr. Bœcleri institutiones Politicæ licet ansam præbeant ad plenioris meditationes politicas, imperfectæ tamen sunt, nec omnes Politicæ partes exhauriunt, potius hoc instituto scripta ut privatis discursibus explanentur. (3) *Adolphi Clarmundi*

III. Boeclerus.

Biographi ejus.

Judicium de Comp. polit. Rechenbergii.

Struvii.

Clarmundi.

mundi Vit. Clar. Vir. Part. II. pag. m. 266. Es ist ein Opus posthumum und nicht völlig ausgearbeitet.

IV. Schönborneri ex judicio Struvii.

(IV.) *GEORGIUS SCHOENBORNERUS*, Consiliarius Cæsareus *Libris septem Politicorum* Amstelod. ed. 1650. in 12. De quibus adscribimus judicium *Burc. Gotth. Struvii in Biblioth. Philos. Cap. VII. §. VI. p. m. 141.* Georgii Schœnborneri Politicam alii ob intermixtas materias Juris publici commendarunt. Conf. de Titulo ejus atque officio Henningius Wittenius in Diar. Biograph. Tom. I. Anno 1638. d. 23. Decembr.

V. Cellarius ex judicio Bœcleri.

(V.) *BALTHASAR CELLARIUS* S. S. Th. D. & Prof. Helmstad. (Vid. Witt. Diar. Biogr. Tom. I. 1671. d. 15. Sept.) *Politica succincta ex Aristotele potissimum erutæ Libris II. Jenæ in 8. 1664.* de quibus ita judicat *J. H. Bœclerus in Bibl. Polit. contr. §. XII.* Minora Compendia sunt Prætorii & Cellarii in quibus termini Politici exprimuntur. *Herm. Conringius in Libr. de Prud. Civil. c. XIV. p. 362.* Cellarii nostri compendium ipsamet in scriptione significat quid polliceatur. Præstat autem abunde quod promittit nec fallit exspectationem. *B. G. Struvius in Biblioth. Philos. Cap. VII. §. VI. pag. m. 140.* Inter Systematicos æstimabatur olim Althusii Politica, præferenda tamen est Balth. Cellarii, quæ ad statum nostri imperii est accommodata.

Conringii.

Struvii.

VI. Clasenius

(VI.) *DANIEL CLASENIUS* I. U. D. & Prof. Helm. (Vid Witt. Biogr. T. I. an. 1678. d. 20.

Digitized by Google

d. 20. Nov.) *in Politicæ Compendio succinctо Helmstad. 1675. in 8.* ed. de quo aliorum judicium his verbis refert B. G. *Struvius in Bibl. Philos. c. 7. §. 6. p. 141.* Danielis Classenii Politicam tanquàm perspicuam laudarunt multi. ex judicio Struvii.

§. VII. RECENTIORES SYSTEMATICI sunt triplicis generis, alii scil. ITALI, alii GALLI alii GERMANI, ex quibus singulis damus selectos, & quidem ex GERMANIS sex. Recentiores Systematici & quidem Germani.

I.

(I.) *Adamum Contzenium Jesuitam*: [cujus vitam & scripta recenset Alegambe in Bibl. Script. Soc. Jes. pag. 3. sqq.] in *Libris decem Politicorum Coloniæ editis M. DC. XIX. & Moguntiæ M. DC. XX. in fol.* de quibus ita judicat *Joh. Henr. Bœclerus in Biblioth. contr. Polit. §. XIX.* Contzenius quia multa Jesuitica & Pontificia inspergit, caute legendus est. Plurima tamen Juridicè magis quàm politicè tractat. *Herm. Conringius de Civil. Prud. cap. XIV. pag. m. 362.* Adami Contzenii opus mole satis magnum & titulo dives sed ferè deludit lectorem & *B. G. Struvius Biblioth. Philos. cap. VII. §. 13. pag. 152.* Adamus Contzenius in Politicorum libris Jureconsultum potius agit & Jesuitam quàm verum Politicum. Contzenius. Bibliographus ejus. Judicium de eo Bœcleri. Conringii. Struvii.

II.

(II.) *Henningium Arnisæum* Prof. Med. Helmstad. (cujus officia & scripta insinuat Wittenius T. I. Diar. Biogr. anno 1635. d. 25. Nov.) *in Relectionibus Politicis Argentorati 1648. in 4. publicatis.* De quibus ita judicat *Herm.* Arnisæus ex judicio Conringii.

Con-

Conringius Libr. de Prud. Civil. Cap. XIV. p. m. 361. 362. In paucis illis libris, qui Politicam Philosophiam discreverunt ab imperii Germanici, quod tantum singularis quædam Respublica est, notitia, familiam ducit Relectionum Politicarum opus Henningii Arnisæi, æterni Juliæ Academiæ & incomparabilis ornamenti. Fuit enim in Arnisæo ingenium capacissimum, industria sine exemplo, judicium nullo non Aristotelicæ Philosophiæ aliarumque artium genere subactum. Verùm enim verò Vir alibi occupatissimus, maximi operis nonnisi primam partem nobis dedit. Nec cavere sibi potuit à Bodini illis vitiis, intempestivarum ad aliena digressionum, cum historicarum tum aliarum nihil ad rem Politicam facientis argumenti. Dum porrò multam lectionem ostentat, rarò sibi temperat calamus ne quid stylus accipiat stribliginis illius qua Juridica hodiè scripta vulgò laborant. &c. &c.

Bœcleri. *Joh. Henr. Bœclerus Biblioth. Polit. Contract. §. XX.* Relectiones Politicæ Henr. Arnisæi opus præclarum sed imperfectum.

Crenii. *Thomas Crenius in Tom. II. Method. p. m. 358.* Arnisæus primus est inter Politicos, qui nugari desiit

Struvii. *Burc. Gotth. Struvius Bibl. Philos. Cap. VII. §. 6. p. m. 141.* Henn. Arnisæi Relectiones Politicæ imperfectæ sunt: multa ex antiquis proferunt, sed malè applicata. (III) *Bartholomæum Keckermannum*, Prof. Philos. Gedan. (cujus vitam & scripta habes in Melch. Adami Vitis Philosoph. German pag. 499. seqq.

III. Keckermannus.

Witt,

Witt. Diar. Biogr. T. I. 1609. d. 23. Julii & Konig. Biblioth. p. m. 443.) *in Systemate Politicæ disciplinæ*, inserto Tom. II. op. Philosoph pag. 890. seqq. edit Hanov. in 4. d. ann. 1613. De hoc ita judicat *Johan. Henr. Bœclerus Bibl. Polit. c[illegible]r. §. 12. 13.* Commendari meretur præcipuè post aliqua minora compendia Systema Politicum Keckermanni, quod magis ad civitatis rerumque Civilium historiam & theoriam pertinet. *Herm. Conringius de Civil. prud. Cap. XIV. pag. 362.* Melius est Althusii & Hœnonii Scriptis Politicis Keckermanni Systema, multum tamen itidem distans à perfecta Methodo, (IV) *Johan. Henr. Alstedium* Prof. Theol. & Philos. Herbonens. (vid. Witten. Diar. Biogr. T. I. 1638. d. 25. Decembr. & Konig. Biblioth. p. 29.) *in Systemate Politicæ I. & II.* quod reperitur Libro XVIII. Encyclopædiæ Philos. Herb. Nass. 1620. in 4. edit. pag. 2309. seqq. & pag. 2552. sqq. & de quo idem, quod de Keckermanniano tenendum est, judicium. (V) *Wolffgangum Heiderum* Prof Eth. & Polit. Jenens. (cujus vitam & scripta leg. in Wittenii Diar. Biogr. T. I. ann. 1626. d. 10. Aug. & Memor. Philos. p 198. sqq.) *in Systemate Philosophiæ Politicæ*, quod variâ eruditione refertum & subinde lectorem ad fontes materiarum deducens, appellat *Bœclerus in Bibl. Polit. contr. §. 20.* (VI) *Christianum Liebenthalium*, J. U. D. & Prof. Eloq. Giess. (Vid. Wittenii Diarii Biogr. T. I. ann. 1647. d. 2. Aug.) *in Collegio Politico Marpurgi Caltorum*

Syst Politic. ex judicio. Bœcleri & Conringii. IV. Alstedius. V. Heiderus. Biographus ejus. Judicium Bœcleri. VI Liebenthalius.

ex Judicio Thomasii.

rum M. DC. XLIV. in 4. evulgato. De quo Jacobus Thomasius Tr. de Plagio §. 486. ita judicat: Christianus LIEBENTHALIUS, quanquam in Collegio Ethico pariter ac Politico suo frequenter Autores citat, est tamen, ubi eorum, quos describi nomina

Systematici Gallii.

præterit, ut Christiani Matthiæ, Colleg. Eth. Exer. XIV. qu. 2. Piccolominei, Colleg. Eth. Exerc. IV. qu. 9. Arnisæi, Colleg. Polit. Exercit. II. qu. 7. Ex Gallis seligimus (I)

II. Bodinus. Biographi ejus.

Johannem Bodinum (cujus vitam & scripta enarrat Gottfried Zenner im Frühlings-Parnaß. d. ann. 1694. pag. 99. seqq. & de quo multa attulit Thomas CRENIUS in Tom. I. Method. pag. 513. seqq. it. in Animadvers. Hist. Phil. Part. I. cap. VI. §. 2. 3. pag. 92. seqq. Part. II. Cap. V. §. VI. p. m. 174. seqq. Part. V. Cap. III. §. VI. pag. 206. Part. VII. Cap. I. §. 7. p. m. 51.) *in Libris sex de Republica ed. opt. Francof. quintâ* cIↃ. Ↄc. IX. *in 8.* Prolixius est de Systemate Bodini judicium *Gabrielis Naudæi* in Bibliogr. Polit. edit. Conring. pag. m. 63. 64. Grot. p. m. 23. quàm quod adscribi possit, item *Herm. Conringii* in Libr. de Civil. Prud. Cap. XIV. pag. m. 359. 360. quo Naudæanum ex parte refutat. Quo circa breviora tantum apponimus & quidem (1.)

Judicium de eo Naudæi

Conringii.

Cöleri.

Christ. Cöleri Epist. de Stud. Polit. ex pag. 380. Tom. III. Method. Cren. Ardua & Erudita est tractatio Bodini. Non caret carptoribus. Mihi quoque nimis se diffundere videtur. Sed facilè est in operoso libro, quod reprehendas, invenire. Tu eò cautius leges, quò magis ab

aliis

aliis notari intelliges. (2.) *Joh. Henr. Bœcleri Biblioth. Polit. contr. §. 18.* Johannes Bodinus non minus censorem quàm lectorem requirit. Multos enim habet nævos v.g. quod non observet justum Politicæ ordinem, sed plurima aliena misceat, ab unoque ad alterum cadat, quod historias nimis prolixè inferat, quod non habeat omnia, quæ ad civilem prudentiam spectant neque de omnibus Reip. speciebus seorsim agat. (3.) *Burc. Gotth. Struvii in Bibl. Philos. Cap. VII. §. XIII. p. m. 151.* Johannes Bodinus Scriptor sanè elegans sed blasphemus, nec ubique rectè de DEO sentit. Comprobat sua ex historiis, sed in iis sæpè nimium est prolixus, multa quoque intermiscet aliena. Breviarium librorum Bodini edidit Joh. Aug. Werdenhagen Amstel. 1614. in 12. & Marpurgi 1638. in 12. Cum autem Bodinus varios nanciscereturadversarios, Renatus Herpinus Apologiam scripsit ad illustrandam Bodini de Republ. Methodum Francof. 1615. in 8. (II) *Petrum Gregorium Tholosanum*, cujus de *Republica Libri XXVI. Francof. apud Palthenios 1597. in 4.* prostant. Prolixiora de iis judicia quale est *Herm. Conringii* in Libr. de Civ. prud. c. XIV. p. m. 339. ut & *Gabr. Naudæi* in Bibl. Polit. ed. Grot. p. m. 22 Conring. p. m. 65. repetitum a Königio in Bibl. V. & N. p. m. 363. prætermittimus, breviora sectantes, quale est (1.) *Christ. Cöleri Epist. de Stud. Polit. pag. m. 380. Tom. III. Method. Cren.* Tholosanus varius est & eruditus sed doctrinæ is tuæ magis con-

Bœcleri.

Struvii.

II. Tholosanus. Judicia de eo Conringii. Naudæi.

Cöleri.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Bœcleri. tulerit quàm prudentiæ. (2.) *Johan. Henrici Bœcleri Biblioth. Polit. contr.* §. *XIX.* Tholosanus pro thesauro quodam Politico, si quid amplius inquirendum, si autoritate Doctorum aut apparatu & instructu argumentorum opus

Struvii. est, præcipuè commendari debet. (3.) *Burcard. Gotth. Struvii in Bibl. Philos. Cap. VII.* §. *XIII. pag. 152.* Tholosanus licet multa intermiscuerit, quæ potius ad Juris scientiam, quàm ad Politicam spectant, ab argumentorum tamen apparatu atque sententiis Doctorum, quorum allegata apud eum sunt frequen-

Systematici Itali. tia, commendatur. Ex ITALIS (de quibus in genere lege Judicium non spernendum Christoph. Pflugii, Equitis Misnici Imaginibus & doctrina plæclari, in Tom. II. Method. Cren. p. m. 337. & Burc. Gotth. Struvii consentaneum in Biblioth. Philos cap. 7. §. 5. p. m. 140.) subnectimus (1) *Franciscum Philelphum* (De quo conf. Konigius in Biblioth. p. 630. 631. & Cornelius Tollius ad Pier. Valeriani de Infelicitate Literat. Append. p. m. 3. edit. Amst. in 12. 1647.) *in Libris de Republica.*

1. PHILELPHUS. Biographi ejus. Judicium de eo Naudæi & Conringii. De quibus ita judicat *Gabriel Naudæus Bibliograph. Polit. p. m. 21. edit. Grot. & pag. m. 61. Conring.* Francisci Philelphi de Republica Libri priscæ gravitatis redolent imaginem nitore Styli & argumentorum præstantia. *Herm.* item *Conringius Libr. de Prud. Civ. Cap. XIV. p. m. 357. 358.* Francisci Philelphi de Republica Libri gravitate scribendi sunt eximii, ad Platonis tamen imitationem magis quàm

Ari-

Digitized by Google

Aristotelis compositi, ac proinde de Republ. optima quidem differunt aliquid, non autem de omni. (II) *Franciscum Patricium* (Senensem scil. diversum à Veneto illo cujus vitam & scripta recensetJanus NiciusErythræus Pinacoth.Imag.Illustr. Vir. Part. I. p. m. 203. seqq. & ex eo Thomas CRENIUS Method. Tom. III. p. 484.seqq.) *in Libris de Republica* cum Scholiis Johannis Savignei impressis Paris. 1519. monente Gesnero in Biblioth. pag. m. 205. edit. Tig. fol. 1574. De quibus ita judicat *Gabriel Naudæus Bibl. Polit. p. m. 21. edit Grot. & pag. 61. Conring.* Patricius Senensis farraginem quandam exemplorum sub Reip. titulo, puerorum credo usui ac Chriarum in Scholis compositioni evulgavit: tantùm dissimilis alteri Francisco Patricio, Romano, qui nonnihil pariter de hac re inter opuscula juvenilia protulit, quantum noctua aquilæ aut anser a dispar estOlori. Subscribit Naudæo *Herm. Conringius lib. de Prud. Civil. cap. XIV. pag. m. 351. his verbis*: Francisci Patricii de Republ. opus, quod inscripsit, distinctum plane est ab illo ejusdem de Principatu, quod unum satis est indicando neutiquam omnem civilem Philosophiam ab isthoc volumine exspectandam. At verò nec ille de Principatu satisfecit suo titulo. Non malè de utroque volumine id dixeris quod de priore Naudæus.

II. PATRICIUS. Biographi Veneti illius. Judicium de eo Naudæi & Conringii.

§. VIII. Ex RECENTISSIMIS COMPENDIARIIS atque SYSTE- Compendiarii atque Sy-

ſtemati-ci recen-tiſſimi.

MATICIS pro ſelectiſſimis agnoſcimus ſequentes.

BECMANNUS. I. *Johannem Chriſtophorum Beemannum*, Profeſſorem Theol. in Acad. Francof. ad Viadrum hodienum florentiſſimum (vid. Coll. Nov. Lit. Germ. T. I. 1703. p. m. 162.) *in Meditationibus Politicis* iisdemque continuandis & illuſtrandis additis *Parallelis Politicis*, edit. in 8. M. DC. XCIII. Francof. ad Od. item in *Voluminibus duobus Diſſertationum Academicarum Hiſtorico-Politicarum*, quorum prius prodiit an. M. DC. LXXXIV. Francof. ad Od. poſterius M. DC. XC. Francofurt. & Lipſ.

WEISIUS II. *Chriſtianum Weiſium* Rectorem Gymnaſii Zittavienſis Clariſſimum in *Quæſtionibus Politicis* ſive exacta Prudentiæ Civilis cognitione Dreſdæ. 1690. in 8. Idiomate Germanico excuſis. Conf. Judicium de iis Coll. Act. Erud. Lipſienſ. Tomo IX. 1690. m. Aug. p. m. 407. & 408. item Gottf. Zenneri im Sommer-Parnaß / anno 1694. pag. m. 137. 138.

RECHENBERGIUS. III. *Adamum Rechenbergium* Prof. Theol. Lipſienſ. Primarium (vid. Collect. Nov. lit. Germ. T. I. 1703. p. 257.) *in Lineamentis Philoſophiæ* Civilis Lipſiæ in 12. 1693. & *Volumine Diſſertationum Hiſtorico-Politicarum* 1698. Lipſiæ impreſſis. Quorum recenſum inſtituunt Collect. Act. Erudit. Lipſienſ. Tomo XIII. 1694. m. Febr. p. 93. & T. XVII. 1698. m. April. p. m. 195. 196.

IV.

Digitized by Google

IV. *Johannem Franciscum Buddeum*, Prof. Moral. Halensem optimè meritum in Institutionum Philosophiæ Eclecticæ Tomo III. sive *Elementis Philosophiæ Practicæ*, quo & Elementa Politicæ comparent. Vid. de iis Collect. Act. Erud. Lipsi. T. XVI. an. 1697. m. Junii p. m. 293. sqq. & Tomo XXIII. 1704. m. Mart. p. m. 110. seqq. *B. G. Struvius in Bibl. Phil. Cap. VII. §. VI. p. m. 142.* de illis ita judicat: Præferimus omninò Joh. Franc. Buddei Fundamenta Politices, quæ breves licet sint, facilè tamen exemplis Historicis illustrari possunt egregie. BUDDEUS.

V. *Johannem Christophorum Wagenseilium*, Professorem Juris Publici ac Canonici, nec non Linguarum Orientalium in Academ. Altorff. longè celeberrimum (vid. Collect. Nov. Lit. Germ. T. I. 1703. p. 430.) *in Synopsi Politicæ*, quæ inserta legitur loculamento IV. sive Volumine V. Peræ Librorum Juvenilium in 8. 1695. Altorff. pag. 194. seqq. Conf. Collect Act. Erud. Lipsi. Tom. XIV. d. ann. 1695. m. Octobr. p. 457. seqq. WAGENSEILIUS.

VI. *Samuelem L. B. de Puffendorff*, quondam Professorem Londinensem in Scania & Historiographum Regis Suecicum Consiliarium item Brandenburgicum Illustrissimum, *in Compendio atque Systemate Juris Naturæ & Gentium*, de quo Lipsi. Act. Erud. Collect. T. III. d. ann. 1684. m. Sept pag. 399. 400. & *in Dissertationibus Academicis Selectioribus* edit. in 8. Lond. Scan. 1675. Upsal. 1677. & Francof. PUFFENDORFIUS.

cos: ac Lipſ. 1678. in 12. item ſub titulo: Politicæ inculpatæ. Lond. Scan. 1679. in 12.

SCHURTZFLEISCHIUS.

VII. *Conradum Samuelem Schurtzfleiſchium*, lucidiſſimum Orbis Wittebergici & literarii ſidus (Collect. Nov. lit. Germ. T. I. 1703. p. m. 387.) *in Operibus Hiſtorico-Politicis* ſeparatim ſub variis olim titulis editis, tandem uno volumine junctis LXXXVI. Diſp. conſtante an. 1699. in 4. Vid Autor Excerpt. Hannov. d. an. 1700. m. Febr. pag. 106. ſeqq. ubi vita & ſcripta exhibentur collecta.

Judicium de Scriptoribus Dogmaticis generale ex Methodo.

§. IX. De Scriptoribus Dogmaticis tam antiquis quam modernis hucusque recenſitis, unum ſi quod ferre pro tenuitate noſtra poſſumus aut debemus judicium, deſumimus illud ex diverſa, quæ apud Antiquos & Modernos reperitur, Politicam inſtillandi methodo: *Methodus Antiquorum Scholaſtica eſt & Theoretica*, & ut Bœclerus loqui amat; *Umbratica* h. e. Scholæ magis apta quam aulæ, terminis & controverſiis Ariſtotelico-Scholaſticis undique ſonora ac plena: *Modernorum Arbitraria & Practica* & ut Bœclerus appellare gaudet; *Splendida* h. e. aulæ magis quam Scholæ accommodata, ſpinis Ariſtotelico-Scholaſticis aliena, ex Jure Naturæ Gentium ac Publico deducta: Conf. Rechenb. libr. ſing. de ſtud. Acad. p. m. 71. *Antiquorum Methodus minus fructuoſa eſt* & ſylvæ cæduæ ſimilis, quam ſicut foco parando adhibere religio non prohibet; ita nec ſpinas Ariſtotelico-Scholaſticas judice *Verulamio l. 2. de augm. Scient. c. 6. Modernum*

ma-

magis fructuosa, horto amoenissimo similis, unde flores elegantissimos decerpimus h. e. quæstiones & doctrinas in Vitâ tùm quotidianâ tùm aulicâ necessarias ac utiles. *Antiquorum incompleta est*; nonnisi prægustum terminorum suggerens usu rerum & modo agendi destituta; *Modernorum Completa* & terminorum sensum & usum rerum vero Politico & futuro Aulico necessariarum suppeditans. *Vid. Betmanni Med. Polit. c. 1. §. 9. p. m. 12. & Weisii Quæst. Pol. Præm. qu. §. 6. p. 2. 3. Antiquorum* denique *confusa* vel *præsupponenda* ex Jure Naturæ Gentium & Publico, de societatibus Paterna, Herili, Conjugali, legationibus, fœderibus &c. tanquam supposita pertractans vel suppositâ non satis benè distincteque proponens; *Modernorum distincta & ordinata* vel præsupponenda leviter prout fas est, sufficienter tamen ex J. N. G. & Publico repetens vel suppositâ ordine concatenato explicans explicataque ad praxin accommodans. Ordo autem accuratus & debitus quemadmodum est anima totius corporis Philosophici, ita etiam est & manet Politici.

§. X. Pertinent huc, qui Politicam non ex ratione status sed Christianismi principiis deduxerunt & saltim cum iisdem combinarunt, quales sunt ex selectioribus. (1.) *Lambertus Daneus*, cujus *Politica Christiana* prodiit Lugd. 1606. in 8. & de quo varia observat Memorabilia in Animadv. Histor. Phil. Thomas CRENIUS Part. VI. Cap. II. §. IX. p. Compendiarii & Systematici Christiani sive Theologici. DANÆUS.

m. 174. sq. & Part. XI. Cap. I. §. V. p. m. 93.

MENOCHIUS. 94. (2.) *Johannes Menochius Institutionis Politicæ è S. S. literis Libris III.* Lugd. 1603. in 8. cujus vitam & scripta recenset Alegambe

REINKINGIUS. Biblioth. Script. Soc. Jes. p. m. 274. (3.) *Theodorus Reinkingius in Politica Biblicâ* Francof. 1646. in 4. edita. Cujus vitam & scripta ex laudatione funebri Balthas. Arends S. S. Th. Stud. repetit Henn. Wittenius Memor.

SECKENDORFFIUS. JCtorum Deca. III. p. m. 397. sqq. (4.) *Vitus Ludovicus à Seckendorff in Christianismo seu* Christen-Staat/ Lipsiæ 1685. in 8. quem Tractatum cedro dignum appellant *Lipsi. Act. Erud. Collect. T. IV. 1684. m. Aug. p. m. 343.* fuseque recensent pag. sq. Et licet potius jura Principis circa Sacra declaret atque rationem conponendarum rerum Ecclesiasticarum, studium tamen Boni Principis in promovendo Christianismo æquè applicat, judice Nobil. *Struvio Bibl. Philos. Cap. VII. §. 7. p. 144.*

§ (o) §

CLAS-

CLASSIS SECUNDA SPECIALIS

exhibens

HISTORICOS SELECTOS.

§. I.

Scriptoribus Dogmaticis subjungimus Historicos Pragmaticos h. e. eos, qui veritate, explanatione & judicio pollent, quique observant non solùm quid factum sit, sed etiam quâ occasione, quo consilio, quo prætextu & quo eventu simul & judicia de cujusque consiliis & gestis ex sententia prudentum Virorum subindè adnectunt. Hos inter Antiquos & quidem Græcos eminentissimus est *Polybius*, qui Romam à Gallis captam & Res Romanorum à Belli Punici II. temporibus, usq; ad eversionem Regni Macedonici, describit. Quinq; tantum ex XL. Libros integros superstites habemus, ex reliquis excerpta tantum vel fragmenta. Duo priores Libri sunt quasi Isagogici, quibus res complectitur à Roma per Brennum, Gallicorum Ducem capta usque ad ini-

ANTIQUIORES HISTORICI.

Ex Græcis POLYBIUS.

initia Belli Punici. In reliquis universalem Historiam scripsit non Romanarum solùm rerum sed etiam exterarum. Sextus totus est Politicus, quo statum civilem atque militarem Romanorum Græcorumque confert atque ad regulas politicas examinat, quo circa & ab Excellentissimo Thoma CRENIO in Exercit. de Libris Scriptorum optimis & utilissimis Lugd. Bat. 1704. ad Phil. Jul. Rethmejerum S. S. Theol. Stud. perscripta num LIX. p. m. 37. tanquam optimum Polybii Scriptum commendatur his inter alia verbis: *Liber Sextus digressio quædam est à proposita narratione. Sed Deum immortalem quàm ex usu, quàm docta quam divina! cum qua si componantur omnes omnium auctorum digressiones nihil simile invenias nihil ulla ex parte comparandum. &c. Commentariorum* quod attinet *Apparatum* prodierunt (1.) Polybii Historiarum Libri. V. priores *Nicolao Perotto* interprete, it. Epitome sequentium Librorum usque ad XVII. interprete *Wolffango Musculo* Gr. Lat. fol. Basileæ M. D. XLIX. Sed illa editio ad posteriores Parienſem scil. atque Amstelod. nihil est judice CRENIO Tom. III. Method. p. m. 383. (2.) Ex emendatione, versione Latina & Commentarii illustratione *Isaaci Casauboni* Parisiis in fol. M. DC. IX. Ubi tamen Commentarius Casauboni nostro exemplari deest, quem postea una cum Excerptis Peirescianis ad Polybium & notis variorum in Germania procudi fecit Joh. de Gravelle du Pin JCtus argentorati 1674. in

Editionum Apparatus.

1. Musculi & Perotti.

2. Casauboni.

in 8. (3.) Ex recensione *Jacobi Gronovii* & adjectione Notarum Casauboni, Valesii & Palmerii duobus Tomis in 8. 1670. Amstelodami, quam optimam vocat Optimus meus CRENIUS Tom. III. Method. p. 383. quippe quæ plenissima quoad notas, licet non emendatissima quoad Textum, prout exemplis quibusdam ostendit idem CRENIUS in animadv. Hist. Phil. Tom. XII. Cap. II. §. 5. p. m. 245. 246. (4.) Ex Translatione in Anglicum sermonem per *M. Henr. Scheers* 2. vol. in 8. insinuatâ à Petro Ambros. Lehmanno Observ. Histor. Hamburg. ed. 1699. Sept. 43. p. m. 344. cui Drydenius apposuit Characterem Polybii ejusque Scriptorum. Pertinent huc (5.) *Joh. Henr. Bœcleri Lectiones Polybianæ* Cod. MSC. Augustani ad illustr. Virum Joh. Capellanum Consiliarium Regis Galliæ, quibus accessere discursus de Polybii & Livii diversa scribendi ratione & hujus tractatione it. imitatione Polybiana Diodori Siculi Argent. 1670. in 4. (6.) Sesecta de legationibus & alia fragmenta ex libris non extantibus græce addita ex Bibliotheca *Fulvii Ursini* Antwerp. 1582. in 4. it. Polybii Diori Siculi & aliorum excerpta ex Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ Gr. & Lat. ed. ab *Henr. Valesio* cum ejusdem notis in 4. Paris. 1634. *JUDICIA* de Polybio *selectiora* subordinamus sequentia. (1.) *Christ. Coleri Epist. de stud. Polit. ex Tom. III. Meth. Cren. p. 383.* Tantus Polybius fuit Politicus, ut tota Achaja civitatum suarum auctorem & νομοθέτην eum habuerit. Tantus ut secundum

3. Gronovii.

4. Scheersii.

5. Bœcleri.

Ursini & Valesii.

Judicium Selectus.

Coleri.

Digitized by Google

IV. *Johannem Franciſcum Buddeum*, Prof. Moral. Halenſem optimè meritum in Inſtitutionum Philoſophiæ Eclecticæ Tomo III. ſive *Elementis Philoſophiæ Practicæ*, quo & Elementa Politicæ comparent. Vid. de iis Colleƈt. Aƈt. Erud. Lipſ. T. XVI. an. 1697. m. Junii p. m. 293. ſqq. & Tomo XXIII. 1704. m. Mart. p. m. 110. ſeqq. *B. G. Struvius in Bibl. Phil. Cap. VII. §. VI. p. m. 142.* de illis ita judicat: Præferimus omninò Joh. Franc. Buddei Fundamenta Politices, quæ breves licet ſint, facilè tamen exemplis Hiſtoricis illuſtrari poſſunt egregie. BUDDEUS.

V. *Johannem Chriſtophorum Wagenſeilium*, Profeſſorem Juris Publici ac Canonici, nec non Linguarum Orientalium in Academ. Altorff. longè celeberrimum (vid. Colleƈt. Nov. Lit. Germ. T. I. 1703. p. 430.) *in Synopſi Politicæ*, quæ inſerta legitur loculamento IV. ſive Volumine V. Peræ Librorum Juvenilium in 8. 1695. Altorff. pag. 194. ſeqq. Conf. Colleƈt Aƈt. Erud. Lipſ. Tom. XIV. d. ann. 1695. m. Octobr. p. 457. ſqq. WAGENSEILIUS.

VI. *Samuelem L. B. de Puffendorff*, quondam Profeſſorem Londinenſem in Scania & Hiſtoriographum Regis Suecicum Conſiliarium item Brandenburgicum Illuſtriſſimum, *in Compendio atque Syſtemate Juris Naturæ & Gentium*, de quo Lipſ. Aƈt. Erud. Colleƈt. T. III. d. ann. 1684. m. Sept pag. 399. 400. *& in Diſſertationibus Academicis Selectioribus* edit. in 8. Lond. Scan. 1675. Upſal. 1677. & Francof. PUFFENDORFIUS.

cos. ac Lipſ. 1678. in 12. item ſub titulo: Politicæ inculpatæ. Lond. Scan. 1679. in 12.

SCHURTZFLEISCHIUS.

VII. *Conradum Samuelem Schurtzfleiſchium*, lucidiſſimum Orbis Wittebergici & literarii ſidus (Collect. Nov. lit. Germ. T. I. 1703. p. m. 387.) *in Operibus Hiſtorico-Politicis* ſeparatim ſub variis olim titulis editis, tandem uno volumine junctis LXXXVI. Diſp. conſtante an. 1699. in 4. Vid. Autor Excerpt. Hannov. d. an. 1700. m. Febr. pag. 106. ſeqq. ubi vita & ſcripta exhibentur collecta.

Judicium de Scriptoribus Dogmaticis generale ex Methodo.

§. IX. De Scriptoribus Dogmaticis tam antiquis quam modernis hucusque recenſitis, unum ſi quod ferre pro tenuitate noſtra poſſumus aut debemus judicium, deſumimus illud ex diverſa, quæ apud Antiquos & Modernos reperitur, Politicam inſtillandi methodo. *Methodus Antiquorum Scholaſtica eſt & Theoretica*; & ut Bœclerus loqui amat; *Umbratica* h. e. Scholæ magis apta quam aulæ, terminis & controverſiis Ariſtotelico-Scholaſticis undique ſonora ac plena: *Modernorum Arbitraria & Practica* & ut Bœclerus appellare gaudet; *Splendida* h. e. aulæ magis quam Scholæ accommodata, ſpinis Ariſtotelico-Scholaſticis aliena, ex Jure Naturæ Gentium ac Publico deducta: Conf. Rechenb. libr. ſing. de ſtud. Acad. p. m. 71. *Antiquorum Methodus minus fructuoſa eſt* & ſylvæ cæduæ ſimilis, quam ſicut foco parando adhibere religio non prohibet; ita nec ſpinas Ariſtotelico-Scholaſticas judice *Verulamio l. 2. de augm. Scient. c. 6. Modernum*

ma-

magis fructuoſa, horto amoenisſimo ſimilis, unde flores elegantisſimos decerpimus h. e. quæſtiones & doctrinas in Vitâ tùm quotidianâ tùm aulicâ neceſſarias ac utiles. *Antiquorum incompleta eſt*; nonniſi præguſtum terminorum ſuggerens uſu rerum & modo agendi deſiſtuta; *Modernorum Completa* & terminorum ſenſum & uſum rerum vero Politico & futuro Aulico neceſſariarum ſuppeditans. *Vid. Betmanni Med. Polit. c. 1. §. 9. p. m. 12. & Weiſii Quæſt. Pol. Præm. qu. §. 6. p. 2. 3. Antiquorum* denique *confuſa* vel *præſupponenda* ex Jure Naturæ Gentium & Publico, de ſocietatibus Paterna, Herili, Conjugali, legationibus, fœderibus &c. tanquam ſuppoſita pertractans vel ſuppoſita non ſatis benè diſtincteque proponens; *Modernorum diſtincta & ordinata* vel præſupponenda levitèr prout fas eſt, ſufficienter tamen ex J. N. G. & Publico repetens vel ſuppoſita ordinè concatenato explicans explicataque ad praxin accommodans. Ordo autem accuratus & debitus quemadmodum eſt anima totius corporis Philoſophici, ita etiam eſt & manet Politici.

§. X. Pertinent huc, qui Politicam non ex ratione ſtatus ſed Chriſtianiſmi principiis deduxerunt & ſaltim cum iisdem combinarunt, quales ſunt ex ſelectioribus. (1.) *Lambertus Daneus*, cujus *Politica Chriſtiana* prodiit Lugd. 1606. in 8. & de quo varia obſervat Memorabilia in Animadv. Hiſtor. Phil. Thomas CRENIUS Part. VI. Cap. II. §. IX. p. Compendiarii & Syſtematici Chriſtiani ſive Theologici. DANÆUS.

cos. ac Lipſ. 1678. in 12. item ſub titulo: Politicæ inculpatæ. Lond. Scan. 1679. in 12.

SCHURTZFLEISCHIUS.

VII. *Conradum Samuelem Schurtzfleiſchium*, lucidiſſimum Orbis Wittebergici & literarii ſidus (Collect. Nov. lit. Germ. T. I. 1703. p. m. 387.) *in Operibus Hiſtorico-Politicis* ſeparatim ſub variis olim titulis editis, tandem uno volumine junctis LXXXVI. Diſp. conſtante an. 1699. in 4. Vid Autor Excerpt. Hannov. d. an. 1700. m. Febr. pag. 106. ſeqq. ubi vita & ſcripta exhibentur collecta.

Judicium de Scriptoribus Dogmaticis generale ex Methodo.

§. IX. De Scriptoribus Dogmaticis tam antiquis quam modernis hucusque recenſitis, unum ſi quod ferre pro tenuitate noſtra poſſumus aut debemus judicium, deſumimus illud ex diverſa, quæ apud Antiquos & Modernos reperitur, Politicam inſtillandi methodo. *Methodus Antiquorum Scholaſtica eſt & Theoretica*, & ut Bœclerus loqui amat; *Umbratica* h. e. Scholæ magis apta quam aulæ, terminis & controverſiis Ariſtotelico-Scholaſticis undique ſondra ac plena: *Modernorum Arbitraria & Practica* & ut Bœclerus appellare gaudet; *Splendida* h. e. aulæ magis quam Scholæ accommodata, ſpinis Ariſtotelico-Scholaſticis aliena, ex Jure Naturæ Gentium ac Publico deducta: Conf. Rechenb. libr. ſing. de ſtud. Acad. p. m. 71. *Antiquorum Methodus minus fructuoſa eſt* & ſylvæ cæduæ ſimilis, quam ſicut foco parando adhibere religio non prohibet; ita nec ſpinas Ariſtotelico-Scholaſticas judice *Verulamio l. 2. de augm. Scient. c. 6. Modernum*

ma-

magis fructuosa, horto amoenissimo similis, unde flores elegantissimos decerpimus h. e. quæstiones & doctrinas in Vitâ tùm quotidianâ tùm aulicâ necessarias ac utiles. *Antiquorum incompleta est*; nonnisi prægustum terminorum suggerens usu rerum & modo agendi destituta; *Modernorum Completa* & terminorum sensum & usum rerum vero Politico & futuro Aulico necessariarum suppeditans. *Vid. Betmanni Med. Polit. c. 1. §. 9. p. m. 12. & Weissii Quæst. Pol. Præm. qu. §. 6. p. 2. 3. Antiquorum* denique *confusa* vel *præsupponenda* ex Jure Naturæ Gentium & Publico, de societatibus Paterna, Herili, Conjugali, legationibus, fœderibus &c. tanquam supposita pertractans vel suppositа non satis benè distincteque proponens; *Modernorum distincta & ordinata* vel præsupponenda leviter prout fas est, sufficienter tamen ex J. N. G. & Publico repetens vel suppositа ordinè concatenato explicans explicataque ad praxin accommodans. Ordo autem accuratus & debitus quemadmodum est anima totius corporis Philosophici, ita etiam est & manet Politici.

§. X. Pertinent huc, qui Politicam non ex ratione status sed Christianismi principiis deduxerunt & saltim cum iisdem combinarunt, quales sunt ex selectioribus. (1.) *Lambertus Danæus*, cujus *Politica Christiana* prodiit Lugd. 1606. in 8. & de quo varia observat Memorabilia in Animadv. Histor. Phil. Thomas CRENIUS Part. VI. Cap. II. §. IX. p. Compendiarii & Systematici Christiani sive Theologici. DANÆUS.

m. 174. sq. & Part. XI. Cap. I. §. V. p. m. 93.

MENOCHIUS. 94. (2.) *Johannes Menochius Institutionis Politicæ è S. S. literis Libris III.* Lugd. 1603. in 8. cujus vitam & scripta recenset Alegambe

REINKINGIUS. Biblioth. Script. Soc. Jes. p. m. 274. (3.) *Theodorus Reinkingius in Politica Biblicâ* Francof. 1646. in 4. edita. Cujus vitam & scripta ex laudatione funebri Balthas. Arends S.S.Th.Stud. repetit Henn. Wittenius Memor.

SECKENDORFFIUS. JCtorum Deca. III. p. m. 397. sqq. (4.) *Vitus Ludovicus à Seckendorff in Christianismo seu* Christen-Staat/ Lipsiæ 1685. in 8. quem Tractatum cedro dignum appellant *Lipsi. Act. Erud. Collect. T. IV. 1684. m. Aug. p. m. 343.* fuseque recensent pag. sq. Et licet potius jura Principis circa Sacra declaret atque rationem conponendarum rerum Ecclesiasticarum, studium tamen Boni Principis in promovendo Christianismo æquè applicat, judice Nobil. *Struvio Bibl. Philos. Cap. VII. §. 7. p. 144.*

§ (o) §

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS SECUNDA SPECIALIS

exhibens

HISTORICOS SELECTOS.

§. I.

Scriptoribus Dogmaticis ſubjungimus Hiſtoricos Pragmaticos h. e. eos, qui veritate, explanatione & judicio pollent, quique obſervant non ſolùm quid factum ſit, ſed etiam quâ occaſione, quo conſilio, quo prætextu & quo eventu ſimul & judicia de cujusque conſiliis & geſtis ex ſententia prudentum Virorum ſubindè adnectunt. Hos inter Antiquos & quidem Græcos eminentiſſimus eſt *Polybius*, qui Romam à Gallis captam & Res Romanorum à Belli Punici II. temporibus, usq; ad everſionem Regni Macedonici, deſcribit. Quinq; tantum ex XL. Libros integros ſuperſtites habemus, ex reliquis excerpta tantum vel fragmenta. Duo priores Libri ſunt quaſi Iſagogici, quibus res complectitur à Roma per Brennum, Gallicorum Ducem capta usque ad ini-

ANTIQUIORES HISTORICI.

Ex Græcis POLYBIUS.

Digitized by Google

initia Belli Punici. In reliquis universalem Historiam scripsit non Romanarum solùm rerum sed etiam exterarum. Sextus totus est Politicus, quo statum civilem atque militarem Romanorum Græcorumque confert atque ad regulas politicas examinat; quo circa & ab Excellentissimo Thoma CRENIO in Exercit. de Libris Scriptorum optimis & utilissimis Lugd. Bat. 1704. ad Phil. Jul. Rethmejerum S. S. Theol. Stud. perscripta num LIX. p. m. 37. tanquam optimum Polybii Scriptum commendatur his inter alia verbis: *Liber Sextus digressio quedam est à proposita narratione. Sed Deum immortalem quàm ex usu, quàm docta quàm divina! cum quâ si componantur omnes omnium auctorum digressiones nihil simile invenias nihil ulla ex parte comparandum. &c. Commentariorum* quod attinet *Apparatum* prodierunt (1.) Polybii Historiarum Libri. V. priores *Nicolao Perotto* interprete, it. Epitome sequentium Librorum usque ad XVII. interprete *Wolffgango Musculo* Gr. Lat. fol. Basileæ M. D. XLIX. Sed illa editio ad posteriores Parisiensem scil. atque Amstelod. nihil est judice CRENIO Tom. III. Method. p. m. 383. (2.) Ex emendatione, versione Latina & Gommentarii illustratione *Isaaci Casauboni* Parisiis in fol. M. DC. IX. Ubi tamen Commentarius Casauboni nostro exemplari deest, quem postea una cum Excerptis Peirescianis ad Polybium & notis variorum in Germania procudi fecit Joh. de Gravelle du Pin JCtus argentorati 1674. in

Editionum Apparatus.

1. Musculi. & Perotti.

2. Casauboni.

in 8. (3.) Ex recensione *Jacobi Gronovii* & adjectione Notarum Casauboni, Valesii & Palmerii duobus Tomis in 8. 1670. Amstelodami, quam optimam vocat Optimus meus CRENIUS Tom. III. Method. p. 383. quippe quæ plenissima quoad notas, licet non emendatissima quoad Textum, prout exemplis quibusdam ostendit idem CRENIUS in animadv. Hist. Phil. Tom. XII. Cap. II. §. 5. p. m. 245. 246. (4.) Ex Translatione in Anglicum sermonem per *M. Henr. Scheers* 2. vol. in 8. insinuatâ à Petro Ambros. Lehmanno Observ. Histor. Hamburg. ed. 1699. Sept. 43. p. m. 344. cui Drydenius apposuit Characterem Polybii ejusque Scriptorum. Pertinent huc (5.) *Joh. Henr. Bœcleri Lectiones Polybianæ* Cod. MSC. Augustani ad illustr. Virum Joh. Capellanum Consiliarium Regis Galliæ, quibus accessere discursus de Polybii & Livii diversa scribendi ratione & hujus tractatione it. imitatione Polybiana Diodori Siculi Argent. 1670. in 4. (6.) Sesecta de legationibus & alia fragmenta ex libris non extantibus græce addita ex Bibliotheca *Fulvii Ursini* Antwerp. 1582. in 4. it. Polybii Diori Siculi & aliorum excerpta ex Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ Gr. & Lat. ed. ab *Henr. Valesio* cum ejusdem notis in 4. Paris. 1634. *JUDICIA* de Polybio *selectiora* subordinamus sequentia. (1.) *Christ. Coleri Epist. de stud. Polit. ex Tom. III. Meth. Cren. p. 383.* Tantus Polybius fuit Politicus, ut tota Achaja civitatum suarum auctorem & νομοθέτην eum habuerit. Tantus ut secundum

3. Gronovii.

4. Scheersii.

5. Bœcleri.

Ursini & Valesii.

Judiciorum Selectus.

Coleri.

Digitized by Google

dum ejus consilia secunda omnia senserit & gesserit Africanus ille, contrà, siniſtra. (2.) *Herm. Conringii Lib. de Civil. Prud. Cap. XIV. pag. m. 326.* Longo post sese intervallo reliquit Polybius Herodotum, Thucydidem, Xenephontem aliosque. Est enim Stylo quidem minus comptus, at civilis prudentiæ maximus magister. Etenim pacis non minus quàm belli negotia tractat longè exactissimè & quidem cumprimis Romani populi, quo tempore ille magnitudine rerum maximam sui admirationem peperit, ut & aliarum Græciæ florentissimarum civitatum. Ne quid nunc dicam de artis militaris peritia quam eximiam ostendit, ut & de Historiæ mistis præclaris dissertationibus. Etsi enim in hisce non tàm Historicum quam Philosophum aut tacticum agat Polybius, attamen dictu est incredibile, quam illa omnia apta sint augendæ omnigenæ prudentiæ. Quo magis dolendum magni & in XL. Libros diffusi operis minimam partem integram, reliquam nonnisi per levia excerpta supereſſe. (3.) *Johannis Henrici Bœcleri Biblioth. Polit. contr. §. 28.* Polybius Legum Historiæ scribendæ observantissimus ac in ipso rerum actu versatus; ubique clarus & exquisitus, nec tàm narans quam ex professo docens & instruens, quippe qui narrationi semper suum subjicit judicium. *Idem Historiâ Principum Schola Cap. II. §. 24. pag. 60.* Generosus sine exemplo est Polybius in ferendâ tàm de actionum eventibus quàm de actionibus sen-

2. Conringii.

3. Boecleri.

sententiâ. Rectissimo incedit tramite, ut aliquando Christianorum multos, quibus tamen solidam judicii magnanimitatem & solertiam ipsa religio commendat suppeditatque pudefacere queat. *Vid. eundem in dissert. de Util. ex Hist. Univ. contextu capienda pag. 115. seq. 118. seq. 134. edit. in 8. Argent. 1680. Ubi inter multa ita scribit* Polybius primariò populi Romani, secundariò aliorum quoque populorum res inseruit temporibus, copulavit argumentis, eo copulandi genere quo non tantum historiam docuit, sed & Praxin Politicam in administranda Rep. & militari disciplina & quidem ampliori reliquis Historicis modo per amplius objectum & majus subsidium, &c.

§. II. LATINOS inter HISTORICOS ex Antiquis Pater quasi Politicorum meritò habendus est *P. Cornelius TACITUS*, qui res ab Augusti excessu ad Galbam usque Annalium Libris XVI. quorum tamen VII. VIII. IX. & X. interciderunt, describit. Reliqua ad Vespasiani usque tempora Historiarum Libris quinque persequitur. In Moribus Germanorum reliquis viam monstravit. Egregia quoque est ejusdem vita Soceri Julii Agricolæ. De hoc duo annotamus momenta, Lectionis Methodum & modum, & Interpretum selectum. *Lectionis modum*, qui simul sistit judicium, eruditorum sequentibus includimus Aphorismis. Ex Latinis Tacitus. Scriptorum ejus summa. Lectionis Modus & Methodus.

(I) Non transvolare debet oculus Legentis Tacitum & externo illo vocum apparatu re- I. Aphorismus.

regali contentus vivere; sed acies mentis atque intellectus pressius infigenda est ordini atque proposito Scribentis. Nam cum duo sint Historicorum omnium, recensere & judicare, idque fere omnes possint, hoc autem pauci rectè & qui rectissimè, multis id faciunt, solus Tacitus profundissimè hic novaturire voluit, cum judicium suum quasi præteriens adjiciat, & quod alii sententiæ justæ ambitu, ille penetrantis vocabuli fulmine projiciat imò injiciat potius & imprimat attento.

Aphorismus II. (II) Afferri debet ad Lectionem Taciti porrò mens perspicax, plena corde & consilio, quæ & penetrare solida & animadvertere subtilia, & discernere prava, & seligere bona commodè recteque noscat. Hinc enim factum est, ut cum tale esset ingenium Lipsii, ipse præcipuè ex omnibus æstimarit & triverit Senecam atque Tacitum pressum utrumque & plus promittentem voce, quam exprimentem verbo.

Aphorismus III. (III) Ad acuendam hanc Indolem & lævigandas Salebras Taciti opus est Scientia Historiæ Reip. Romanæ. In illius enim Reip. Regimine colligenda mutationis variæ, cui abnoxia, fuit initia, progressus, Civium socordia & Reip. Vitium ac Libertatis amissæ causæ non unæ, ex parte verò Imperantium subtiles technæ inimicitiæ sparsæ, blanditiæ obtentæ dominatui, & infinita id genus.

Aphorismus IV. (IV) Non est dubitandum in Libris Taciti suppetere materiam Seculi nostri moribus quàm simillimam tàm in fato Cæsarum, Regum

gum & Civitatum, quam Parlamentorum securitatis odio, item in aliis Exemplis, inconstantiæ Regum & Civitatum, bellorum civilium, æmulationum, aliarumque artium & Martium Statisticarum ex ipsa Lectione Taciti optimè [illegible]ucentium, tàm honestarum ad imitationem, quàm inhonestarum ad cautionem, propositarum. Cæterum de Tacito è Veteribus legi possunt *Plinius Hist. Nat. Lib. 7. c. 16.* *Flavius Vopiscus in Tacitum Imp. cap. 10.* *Plinius II. Lib. II. ep. 1.* & quæ de se ipso habet *Tacitus Hist. lib. 1. cap. 1.* E recentioribus hujus laudes certatim Viri docti decantarunt è quibus imprimis videndi *Justus Lipsius in Præf. ad edit. Taciti. Dan. Heinsius Oratione XV. XVI. XVII. de Tacito pag. 234. seq. 250. seqq. edit. in 12. Lugd. Batav. 1642. Joh. Henr. Boeclerι in Oratione de Historia Taciti dissertationi de Politicis Lipsianis subnexa Argentorati 1642. in 12. item dissertatione de Eloquentia Viri Civilis & Aulici & Thomas Crenius Tom. II. Method. pag. 207. 263. 288. 362. 418. Tom. III. Method. p. m. 386. & Fasce I. Exerc. Hist. Philol. p. m. 312. 313. Commentatorum* seu *Interpretum* Taciti *selectum* dederunt Lipsienſ. Act. Erud. Collect. Tom. VI. 1687. m. Junii p. m. 350. Joh. Alb. Fabricius Bibliothecâ Latinâ p. m. 116. 117. & Hamb. 1697. Thomas CRENIUS Animad. Hist. Philol. Part. VIII. c. I. §. 3. p. 9. sqq. B. G. Struvius Bibl. Phil. Cap. VII. §. V. p. m. 138. sqq. & Bibl. Hist. c. V. §. 1. p. m. 55. 56. & Joh. Fried. Reinhardus Theatr. Prud.

Fontes de Tacito evolvendi. Veteres. Recentiores. Commentatorum Selectus.

eleg. Polit. Lipſian. pag. 356. ſeqq. edit. in 4. Witteb. 1702. quem non repetimus, ſed novum quendam nova ratione adornamus. Primus ſcil. ex illuſtrioribus Taciti Commentatoribus & Interpretibus, qui non malè de eo meritus, eſt *JANUS GRUTERUS*, qui ipſum Franc. 1607. 8. edidit cum Schediaſmatibus ſuis & integris decem Virorum Doctorum notis, B. Rhenani nempe, Andr. Alciati, Æmilii Ferreti, Marci Vertianii, Fulvii Urſini, Marcelli Donati, Franciſci Modii, Joſiæ Merceri, Curtii Pichenæ & Chriſtoph. Coleri, quem anno ſequenti Pariſienſes Typographi ſequuti meliori & auctiori opere Commentatores Taciti recuderunt, in quo præter Juſti Lipſii, fortè non pleniores alibi, notas XVI. Doctiſſimorum Virorum comparent Commentarii, qui verò non integri omnes. Hic Grüterus cenſente *Naudæo Bibliogr. Polit. cap. 25. & Bæclero in Muſæo fol. 79.* plus eruditionis ad Tacitum attulit quàm Politicos deceat. Vidi, inquit, *Dominicus Baudius Cent. 2. epiſt. 13.* quæ ille ad Tacitum annotavit. Diligentiam ejus in colligendis variis ſententiis improbare nefas ſit. Sed judice *Reinhardo l. c.* commiſſiones meræ ſunt & ut flagitioſiſſimi Caligulæ non abſonum dictum in re ſimili uſurpemus, arena ſine calce. Videtur ſibi propoſuiſſe ad imitandum rationem illam, quam ſecutus eſt Lipſius in admirabili & præſtantiſſimo opere de Civili doctrina. Sed Dii boni! quam longo intervallo, quam non paſſibus æquis veſti-

Commentarius. I. Grüteri.

Judicium de eo Naudæi & Bœcleri. Baudii.

Reinhardi.

stigia sectatur. Ipse Grüterus de se ipso in Epist. ad Jacobum Bongarsium: Vocentur ergò supervacua dum novimus superflua non nocere. Assertum quod è diametro contrarium Paterculi dicto: Pene magis necessaria prætereunda quàm superflua amplectenda. Sunt Grüterianæ editiones excusæ Heidelbergæ. 1604. & 1605. in 4. Francof. 1607. in 8. quæ posteà auctiores prodierunt sub fin. Livii in fol. & novissimè Lipsiæ 1679. in 4. è Musæo Christiani Franckensteinii. Editiones ejus variæ.

II. *MATTHIAS BERNEGGERUS*, cujus conatus in Tacitum 1638. & 1664. in 8. publicati quamvis non assurgant ad laudem Forstneri & Bœcleri judice *Conring. de civ. Prud. Cap. XIV. pag. 535.* ad usum tamen quotidianum maximè faciunt ob commata, incisa, indicem & loca Parallela: quibus addenda ob aliorum opera Amstelodamensis editio Blaviana M. DC. LXXXV. 2. vol. in 8. quam *Joh. Fried. Gronovius* recensuit & præter integros Lipsii, Rhenani, Ursini, Mureti, Pichenæ, Merceri, Grüteri, Acidalii, Grotii, Freinshemii Commentarios & selectos aliorum, suas notas passim una cum Indice (quem pleniorem malunt eruditi) Melchioris Freinshemii adjecit. (Vid. Th. Crenius Animad. Hist. Phil. Part. III. c. l. §. 1. p. m. 7. & Part. VIII. Cap. I. §. 3. p. m. 9. & Tom. II. Method. p. 408.) 2. Bernegger.

III. *JOH. HENR. BOECLERUS*, cui sine dubio nemo præferendus accuratissima cognitione Philologiæ Politicæ & Juris publici 3. Bœcleri.

fide, magnitudine animi, pietate, ac in patriam & ſtudioſam juventutem amore, & cui contigit, quod multi voluerunt, pauci potuerunt, penetrare in intima Scriptorum & recondita, efficaciamque in illis latentem ac vim aperire & in uſum transferre, cujus commentatio in Taciti primordia Annalium & Hiſtorias Argent. edit. M. DC. LXIV. in 8. ut omnia ſummi Viri ſcripta elegans oppidò & ad nutum *Boſii in Diſſ. Iſag. de comp. eloq. civil. §. 31.* primo omnium ponenda loco, ſi aliquantò clarius & magis perſpicuè ac explicatius conſcripta, judice *Grenio noſtro Part. VIII. Anim. Hiſt. Phil. p. 13. & Tom. II. Method. p. 427.* licet non ubique doceat judicium pragmaticum, monente *Cl. Struvio Bibl. Philoſ. p. 140.* IV. *Chriſtophorus FORSTNERUS*, qui *Bœclero* jamjam laudato *in Hiſtor. Schol. Princ. c. 2. §. 8. p. m. 108.* eſt Vir Magnificus omnique civili cognitione actuque præluſtris; & *Herm. Conringio de Civil. Prud. c. XIV. p. m. 335.* Vir ad Politicam noſtri ævi gloriam natus & compoſitus. Autor eruditiſſimarum, ad Taciti Libros annalium notarum, in quibus recto tramite, gradu inflexo, per veſtigia magni cordatique conſilii, ad Reipubl. intima quæque graſſatur (vid. Joh. Henric. Bœcleri Muſeum fol. 29.) Notæ ejus Politicæ ſæpius excuſæ & recuſæ ſunt, ut Argentorati 1628. in 8. Lugd. M. DC. L. & LV. in 12. Item Francof. M. DC. LXII. in 12. Vol. 2. multis quidem æſtimatæ nec tamen ubique ſa-

4. Förſtneri

fatis accuratæ, observante *Struvio Bibl. Phil. p. 140.* interim laude suâ non privandæ, quâ privavit eas Amelot de la Houssaie Discursu Critico de Interpretibus Taciti præmisso Ethicæ Taciti de adulatione his verbis: *Notæ Förstneri in Tacitum, propriè loquendo nonnisi loci quidam communes sunt cum exemplis perperam sæpissimè insertis. Unde consequitur Librum ejus ad discendam Politicam nulli prorsus usui esse.* (Vid. Act. Erud. Lipsi. Collect. Tom. VI. 1687. m. Febr. p. m. 87. & Gottfried Zenner Frühlings-Parnaß 1665. p. m. 120. seqq.)

5. Mevii.

V. *DAVID MEVIUS*, JCtus quondam & Juris primùm in Acad. Gryphiswald. Professor celeberrimus, posteà summi Tribunalis Regii, quod est Wismariæ Vice-Præses eminentissimus, qui annotationes in duos priores Annalium Taciti Libros conscripsit verè aureas, paucis cognitas, saltem rarissimè allegatas erudita nervositate & nervosa eruditione refertas, sed imperfectas, quas tamen ad tertium usque annalium Librum supplevit, Mevii in Professorio munere successor & consanguineus, Fried. Gerdesius, & Stralesundi Ann. M. DC. LXIII. in 4. recudi curavit sub tit: *Tacitus Politicè resolutus, pro exercitio Academico & manuductione Juventutis ad scientiam politicam ante quinque lustra cœptus à Davide Mevio, editus iterum & porro eadem Methodo proque eodem fine continuatus a Fried. Gerdessen J. U. D. & Gryphisw. Juris Professore.* Leg. Epist. Dedicat. Gerdesii præmissa,

quâ inter alia ita de notis Mevianis disserit: *Nactus est Tacitus, cujus nec sublimius quicquam judicio, nec eloquentia gravius, nec ubertate fertilius tota Gentilium habet eruditio, quique omnem ferè sapientiæ mensuram, quâ hominibus licet, expleviſſe dicitur, dignum ſe in Mevio interpretem, & cum paucisſimos alios, eosque ſingularis acuminis ejus admittat ſubtilitas, reliquis in ipſo limine impingentibus, ac propter cubicula, tot opum ac receptacula oberrantibus, ſibi de rara Mevii dexeritate gratulari viſus eſt.*

6. Pichonis. VI. *JULIANUS PICHON, Abbas,* qui non tàm ſuis quàm aliorum potiùs notis (quæ tamen nimium prolixæ diffundunt lectorem monente Nob. *Struvio Biblioth. Philoſ. p. 139. & Hiſt. p. 56.*) Tacitum illuſtravit in uſum Delphini editum Pariſiis IV. Volum. in 4. 1682. 1684. & 1687. quique ſine dubio idem arcanum adhibuit, quod reliquæ editiones Romanorum Scriptorum Pariſiis in uſum Delphini impreſſæ, Indicem ſcil. ita confectum, ut tantum exemplaris ſui paginis reſpondeat, nec recudendis aliis exemplis inſerviat, indeque nec libros nec capita nec verſus in pagina notet. *Vid. Crenius noſter Animad. Hiſt. Phil. Part. I. cap. I. §. 10. pag. 14. & Part. VIII. cap. I. §. 3. p. 11. & add. Lipſ. Act. Erud. Collect. T. IV. 1685. m. Octobr. pag. 448. 449.*

7. Ryckii. VII. *THEOD. RYCKIUS,* Profeſſor in Academia Leydenſi, cujus emendatiſſima Taciti editio cum eruditiſſimis ejusdem animadverſionibus prodiit Lugduni Ba-

ta-

tavorum 1687. in 12. Codicem enim nactus est Rudolphi Agricolæ, Florentinum atque alios, ex quibus textum emendavit. In animadversionibus verò multa reperiuntur ad Historiam Romanam, Antiquitates, & familias pertinentia, nonnulla etiam ad structuram Orationis & eloquentiam facientia. *Conf. Act. Erud. Coll. Lipf. T. VI. 1687. m. Jun. p. m. 349. sqq.* VIII. *AMELOTUS de la HOUSSAIE* Commentator & Paraphrastes V. annalium Taciti prudentissimus, cujus eruditissimas Politicas ac historicas in Tacitum Animadversiones Parisiis 1690. in 4. orbis literatus ingenti Cum applausu excepit. Recusæ sunt Hagæ Comitum 1692. in 8. & in 12. Tom. 2. Præmisit Discursum Criticum de Interpretibus Taciti auctiorem ac emendatiorem: Textum in sermonem Gallicum transtulit translatione, omnes anteriores, qualis est Achillis de Harlag, Rudolphe le Maitre, Sr. d' Ablancourt, longè antecellente: Textuique substravit notas tùm Historicas, tùm Politicas exemplis & Apophthegmatibus è recentiori Historia selectis probè illustratas, quibus plerumque fideliter suos auctores sequitur ex judicio *Collect. Act. Erud. Lipf. Tom. XII. 1693. p. m. 360.* Extat adhuc alius Ameloti in Tacitum commentarius Gallicus sub titulo: *TIBERIUS* seu Discursus Politici in Tacitum 1683. in 4. Amstelod. & 1686. in 8. De quo infrà dicemus Classe VII. & V. Scriptus quoque ab ipso alius est liber Gallicus, cujus titulus: *Ethicæ è Tacito* 8. Houssæi.

concinnandæ Specimen primum de Adulatione, qui Parisiis 1686. in 8. impressus. Quo ex traditis à Tacito characteres & effectus adulationis optimè declarat, & præcepta pro evitando hoc vitio addit, præmisso discursu de Commentatoribus Taciti. *Vid. Collect. Act. Erud. Lipsi. T. VI. 1687. m. Febr. p. m. 85. sqq.*

Commentatores in Agricolam Taciti.

Hisce porrò accenseri possunt, qui Vitam Agricolæ seorsim illustrarunt. *M. Zuerius Boxhornius* cujus commentarius Argent. 1655. it. Lugd. Bat. 1642. in 8. impressus: *Matth. Berneggerus* Argent. 1617. in 8. *August. Buchnerus* Lipsi. 1683. in 8. *Jul. Salinerius, Mich. Virdungus* postremò Noribergæ 1637. in 4. *Joh. Andr. Bossius, Johan. Schefferus* & *Cyriacus Lentulus.*

In Germaniam Taciti.

In Taciti Germaniâ illustrandâ desudarunt *Jodocus Willichius*, Prof. Francof. cujus Commentarius inter Scriptores rerum Germanicarum Simonis Schardii exstat: *Henricus Glareanus*, qui vetera Taciti Germaniæ vocabula explicat Basil. 1574. in fol. *Andr. Althamerus* inter Scriptores Germaniæ Sim. Schardii pariter relatus & seorsim à Simone Fabricio in 8. Aug. Vindel. 1580. & Amberg. 1609. 8. editus: *Justus Lipsius* cujus recensionem Conringius cum Præf. Helmst. 1635. in 8. imprimi fecit: *Hermannus Conringius* qui excerpta ad Tacitum de moribus Germanorum evulgavit Helmst. 1652. 4. *Cyriacus Lentulus*, cujus notæ ad Taciti Germaniam cum vita Agricolæ Marpurgi 1666. in 8. prodierunt. *Georg. Casp. Kirchmajerus.* Prof. Wit-

Digitized by Google

Witteb. Wittebergæ 1664. in 8. *Hoberius* quem Gallica versio hujus Libri Autorem agnoscit. Censet *Jacobus Tollius Epistola I. Itinerariarum*, quas ex Auctoris schedis posthumis recensitas, suppletas, digestas ac annotationibus & figuris adornatas *Henr. Christianus Henninius* Amstelod. 1700. in 4. edidit, qui in Taciti libellum de moribus Germanorum commentarium scribere voluerit, Westphalos, in quorum, præsertim rusticorum sordes invehitur, tantum adire debere, inventurum illic uberrimam commentandi materiam. Plura huc confert Henninius fol. 25. sqq. Sufficient hæc de Editoribus atque Emendatoribus Taciti. Pauca adhuc de *VERSIONIBUS*. *Georgius Dati* Traductor Taciti elegans sed non fidelis, cujus versio Francofurti 1612. in 8. excusa. Præventus morte ultimam versioni suæ lineam addere non potuit, quæ procul dubio causa quoque fuit, quare Taciti Germania & vita agricolæ in hac traductione omissæ. *Adrianus Politi* Opera Taciti in linguam Toscanam transfudit. Quæ versio ex judicio Amelioti magis polita quam violenta. *Bernardus de Avanzatis* itidem Tacitum in linguam Italicam transtulit. Versio hæc ex censura Baileti adeò obscura est, ut ob verba obsoleta, quibus passim utitur, vix ab Italis ipsis intelligi possit. His associandi præterea *Emanuel Sueyro*, *Balthasar de Alamos* & *Carolus Coloma*, Gubernator Cambraicensis, qui tres traduxerunt Taci-

Versiones Taciti Apparatus Italicarum.

Hiſpanicarum. tum in linguam Hiſpanicam tanto ſucceſſu, ut adhuc ſub judice lis ſit quis ex his tribus alter alteri præferendus. Primo palmam dare videtur Joh. Freinshemius in Præf. ad comparationem verſionum his verbis: *Neque tamen diſſimulo, me nonnullis in locis modo hujus, modo illius, frequentius tamen Hiſpani* (Emanuelis Sueyro) *interpretis, quam cujusquam alterius ope adjutum, aut, ubi vacillarem, confirmatum fuiſſe.* Gallicarum. Porrò in numerum Interpretum Taciti operum cenſendi *Claudius Fauchetus & Stephanus la Planche*, quorum verſio Gallica Francof. 1612. in 8. lucem vidit & pro qua Bailletus & Huetius ſe declarant. *Rudolphus le Maitre* primum librorum Franciæ Medicus, qui juſſu Henrici M. Regis Galliæ habitu Gallico induit Tacitum, ſed cenſente Ameloto, parum decoro, *Harlæi* verò *Chanvalonis* verſio Gallica perfecta foret, ut vocare ipſum Tacitum in certamen poſſit dignitatis, ſi linguæ eſſet eadem puritas, quemadmodum de Tacito Juſtus Lipſius loquitur in epiſt. dedicat. ad Maximil. II. Cæſ. Tacit. præmiſſ. Sed hoc temporis iniquitati, quô Harlæus vixit, imputandum eſt, ubi lingua Gallica non ad illud culturæ faſtigium, in quo hodiè apparet, aſcenderat. E Verſione autem *Nicolai d' Ablancourt* quæ Amſtelodami 1674. in 8. recuſa, hic roſas, alter ſpinas collegit. Eminet denique *Ameloti de la Houſſaie* verſio Gallica Annalium Taciti, cui eruditiſſimas notas Politicas & Hiſtoricas ſubjunxit, quæque Hagæ Comitum 2. Vol.

Vol. in 8. 1602. typis impressa, velut luna inter stellas minores. Et cum cæteræ Traductiones pleræque ab Hominibus scholæ natis confectæ: hæc habet Autorem, qui in rebus publicis gerendis consenuit. De eâ vere illud dici potest, quod ipse Amelotus scribit Discurs. Crit. fol. 48. de discrimine, quod versionem inter Chanvellonii & illam Ablancourtii occurrit; ut in illis plus limæ, in hoc benè plus videatur fuisse sanguinis. Sistit se ultimò Tacitus & Anglico & Germanico habitu vestitus. *Inter Anglicos Interpretes* apparent *Henricus Savilius & Richardus Grenevvey.* Duæ versiones Belgicæ *Grotnizii* referente Borremansio Libr. var. lect. fol. 109. adeò obscuræ sunt ut ab ipsis non possint intelligi Belgis. Quare aliam politiorem fidelioremque ab Hoofdio adornatam edi optat idem Borremansius l. c. Inter Germanicos eminet *Jacobus Mycillus*, de quo hæc nos docet CRENIUS noster Tom. VIII. Animadv. Histor. Philol. Cap. I. §. 3. p. 10. 11. *Specimen paraphraseos Corneliane primum Taciti fragmentum h. e. Tiberiani Principatus XV. annos comprehendens & cum versionibus linguarum quinque comparatum elegantissimum Argentorati M. DC. XLI. in 8. dedit Joh. Freinshemius. In Catalogo versionum Taciti dum Germanam, quæ Moguntiæ prodiit anno M. D. XXXV. adducit & usurpavit Freinshemius, videtur illam præstitisse versioni Germanicæ compositæ à Jacobo Mycillo Rectore Francofurtano*

Anglicarum & Belgicarum

denique Germanicarum

&

& *Professore deinde publico Heidelbergensi, editaque Francof. M. DC. XII. in 8.* (quam editionem meâ, si quæ dicenda, Bibliothecâ possideo: *ignorare enim illam non potuit. Utut sit interpres ille* (Moguntinus scil:) *Tacitum non intellexit.* Item *Carolus Melchior Grotnizius*, qui Tacitum in Germanicum idioma transtulit M. DC. LVII. in 8. sed observante *Struvio* in *Bibl. Hist. pag.* 57. versione parum adæquata nec genio linguæ Germanicæ convenienti.

Recentiores Historici.

§. III. Recentiores ex Politicis Historici alii sunt Germanici, alii Anglici, alii Belgici, alii Gallici, alii Italici, alii Hispanici, ex quibus selectissimum quemvis speciminis loco exhibemus. Ex præstantissimis igitur Germanicarum rerum in ætate recentiori Scriptoribus seligimus *JOHANNEM SLEIDANUM in Commentariis de statu Religionis & Reipubl. Germanorum sub Carolo V. Cæsare.* Concisam Vitæ & operæ Sleidanianæ descriptionem habes in Casp. Sagittarii Introd. in Hist. Eccles. Cap. XI. §. X. p. m. 105. Unde in Tom. II. Method. pag. 374. ed. Lugd. Bat. 1696. in 4. repetiit Lectissimus noster CRENIUS, qua cum conferte licet Henricum Pantaleonem part. III. illustr. German. Virorum, Michaelem Beuterum in Præf. edit. Germ. Sleidani; Joh. Jac. Boistardum in Part. II. Icon. illustrium Virorum, Thuanum Hist. Lib. XVII. ad An. 1556. Melch. Adami in Vitis Philosophorum & Philologorum, Valerium Andream

Ex Germanicis SLEIDANUS Biographi ejus.

Des-

Desselium in Bibliotheca Belgica & Adolphum Clarmundum vitis Clariss. in re literariâ Virorum Part. I. n. XVII. p.m. 156. sqq. Memorabilis est *Sleidani Memoria destituens*, de quâ Matthiæ Berneggeri adferimus verba ex Animadv. & not. in Svetonii Tit. c. III. 2. *Quicquid laboriosè fatum est, vires magis à tempore capit & Horatii verbis lib. I. od. 12. Crescit occulto velut arbor ævo. Idem in Historia scribendâ valere vel annalium Sleidanicorum perfectissimum illud opus in hac urbe (Argentoratensi scil:) confectum argumento est, id quidem, si molem spectes, haud magnum; in quo tamen elubricando ipsos annos sedecim Autor absumsit, sic attritus ingenii memoriæque viribus, ut sub finem vitæ ne trium quidem filiarum, quas primâ adhuc ætate orbas relinquebat, vel admonitus reminiscì posset.* Hæc Berneggerus. Memoria ejus destituens. Culpa in venenum conlata. Boissardus in Iconibus: *Quamvis*, inquit, *non desit apud quosdam dati veneni suspicio ob edenda quædam historica, quæ tum ab ipso adhuc premebantur.* At Cl. Casp. Sagittario introd. in Hist. Eccles. cap. XI. §. X. p. m. 108. *potior causa visa coalitum pedis vulnus, ex quo sanies anteà profluens, cùm non haberet exitum, cerebrum denique opplevit: unde illius calamitatis origo.* Plura memoriæ destituentis exempla congesserunt prælaudatus CRENIUS Animadv. Hist. Phil Part. VI. Cap. III. §. 7. p.m. 194. sqq. & M. Carolus Friedericus Pezoldus Dissert. Philologico-Physico-Hist. de ob-

Commentariorum Apparatus.

oblivione memorabili. 1703. Lipſ. hab. *De EDITORIBUS & CONTINUATORIBUS* Commentarii Sleidaniani ex Seckendorffii Comment. de Lutheraniſmo in præloqu. & Additam. I. ad præloq. Sagittarius, & ex Sagittarii Introd. in H. E. Cap. XI. §. 12. p. 115. ſqq. optimè nos informat GRENIUS noſter in Tomo II. Method. pag. 375. 376. ubi vide. Item Part VI. Animadv. Hiſt. Phil. cap. 3. §. 8. p. 27. his verbis: *Sleidani Commentarios de Statu Religionis & Reip. Carolo V. Cæſare Argentorati editos anno M. D. LXXVI. in 8. habeo eſt uſurpo adhuc, meliorem editionem ignorans.* Addimus ex Bibliotheculâ noſtrâ Editionem Sleidani in 8. Argentoratenſem aliam in 8. cujus titulus ita habet: *Johannis Sleidani Commentarium de ſtatu Religionis & Reipublicæ Carolo V. Cæſare Libri XXVI. una cum Apologia ab ipſo Authore conſcripta & indice locupletiſſimo. Editio ultima cum gratia & privilegio Elect. Palat. Vicar. Imp. ad annos duodecim. Argentorati apud Chriſtoph. ad Heyden M. DC. XXI.* Conf. Sev. Walth. Slüterus Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ ed. in 4. 1696. Lipſ. p. m. 35. 36.

Judicio-tum Selectus.

JUDICIA ERUDITORUM de Sleidani opere de ſtatu Religionis & Reip. collegerunt Sagittarius l. c. §. XI. p. m. III. ſqq. & GRENIUS Part. VI. Animadv. Hiſt. Phil. cap. III. §. VIII. pag. m. 204. ſqq. Subjungimus noſtratium quædam ſelectiora & quidem (1.) Incomparabilis noſtri

1. Fechtii.

FECHTII in Commentatiuncula ſeu Alloquio ad

S. S.

S. S. Theol. Cultores Acad. Rostoch. de ubertate & fructu Hist. Eccles. Sec. XVI. Johannes Sleidanns, primus manum conscribendi præcipuis Seculi XVI. rebus admovit, summæ fidei & prudentiæ Scriptor, & *in Prælect. MSS. ad alloqu. seu Commen. Cap. LVI. §. 1.* Johannes Sleidanus primus fuit, qui res sub primam Ecclesiæ Reformationem gestas scripto complexus est, ceu ipse scribit ad Augustum Electorem in præfat. Commentariorum. Pleraque quæ adfert verbis ex ipsis actis desumptis descripsit rarò proprio judicio interposito. Vehementer ipsum tanquàm mendacem criminantur Pontificii allegato etiam Caroli V. dicterio. Sed Apologiam pro eo scripsit Hortlederus. Provocavit ad candorem fidemque suam, dum vixit, Sleidanus neqùe etiam postea ullius potuit mendacii convinci. Si Principes Viri durius in ipsum loquuti sunt, ab aliis decepti hoc fecerunt, neque eorum judicium tanti faciendum est. Habet è contrà Sleidanus approbatores ex ipsa Romana Ecclesia magnæ existimationis Viros Joh. Bodinum & Jac. Aug. Thuanum. Vindicat verò fidem Viri adversus recentissimos calumniatores Seckendorffius in præloqu. Histor. Luther. & in Addend. p. 7. sqq. (2.) *Burcardi Gotthelff STRUVII in Biblioth. Histor. Cap. VII. §. 24. p. m. 171.* Præcipuus de gestis Caroli V. est Johannes Sleidanus, cujus Commentarii de statu Relig. & Reip. sub Carolo V. versantur in omnium manibus. 21 Struvii.

Ne-

Neque ignotum etiam est quam gravi cum judicio, ordine accurataque fide historia hæc sit perscripta, ita ut ob veritatem quam scripsit, multis sæpe periculis vivens adhuc esset expo-
3. Conring. situs. (3.) *Herm. Conringii in Libr. de Civil. Prud. cap. XIV. p. 331.* Res Germanicæ justo pauciores acceperunt Scriptores â prudentia commendandos. Perquam egregii verò sunt Johannis Sleidani Commentarii & quæ his jungi debet Historia Concilii Tridentini Petri Suavis aut rectius Pauli Servitæ Theologi
4. Bœcleri. Veneti planè incomparabilis. (4.) *Johan. Henrici Bœcleri Bibl. Polit. contracta vel cujuscunque Collectoris ed. in 8. §. 59.* In Germania nostra vix quisquam pro dignitate Historiam tractavit præter Joh. Sleidanum, qui tamen ipse non Germanus sed Belga fuit. Hic enim Argentorati sedecim annorum labore summaque industria perfectissimum opus persecutus est, etiam quorundam Pontificiorum sententiâ, quanquam plerique ei sectæ addicti fidem ejus in dubium vocare soleant. Adversus quos eum magni nominis Scriptores tuentur, quorum nomina habes apud Zeilerum
5. Reinhardi. part. II. epist. pag. 141 (5.) *Johannis Fried. Reinhardi, Consil. Sax. in Theatr. Prud. eleg. Polit. Lipsi. 1702. in 4. Witteb. Lib. I. cap. IX. n. 96. pag. m. 395.* Johannes Sleidanus Historicus elegantissimus & accuratæ circumspectionis Scriptor (Joh. Henr. Bœcl. Hist. Schol. Princip. Cap. II. §. 8. fol. 108.) qui magno judicio, magna fide, magnâ diligentâ, magna

Digitized by Google

gna etiam fortassis dictionis castimonia *Commentarios suos de Statu Religionis & Reipubl. in Germania libris XXV.* ab ann. 1517. usque ad ann. 1556. perductos exaravit. Hi in Germanicam, Italicam, Hispanicam, Gallicamque linguam sunt conversi atque, ut Anonymos taceam, à *Justino Gœblero, Jacobo Typotio, Conrado Lauterbachio, Mich. Casp. Lundorpio* (non maliquidem, sed nequaquam pari industria ac eloquentia) *Gothardo* item *Arthusio*, Dantiscano, Autore Mercurii Gallo-Belgici Sleidano succenturiatis, *Casp. ab Ens*, in annalibus Mercurio Gallo Belgico succenturiatis, *Henrico Pantaleone, Mich. Benthero, Osea Schadæo* aliisque deinceps continuati. In iis conficiendis *Jacobus Sturmius à Sturmeck*, Vir de Republ. Argentoratensi infinitis modis meritus, quemadmodum *in Præf. ipse Sleidanus* illud profitetur, ei auxiliatrices manus porrexit. Sedecim annorum labore summaque industria perfectissimum hoc opus confecit. Quidam ejus fidem dubiam facere voluerunt, ut Antonius Possevinus, Claudius Verderius, Mascardus, Bartol. Latomus, qui evincere contendit, quod undecies mille falsitatibus opus illud inquinatum fuerit. Idem etiam *Antonii Varillasii* de eo judicium. Constat, inquit ille, Sleidanum Historiam corrumpere, sed illius nec licentiam nec errores imitari debemus. *Hist. Revol. T. III. Lib. 12. in fin.* Asserit quoque ille, solum genuinum & incorruptum Sleidani exemplar esse ann. 1555. edi-

tum, dein Gallicè versum & Lutetiæ à Roberto Prevotio publicatum. In hoc, uti & in exemplari ann. 1553. in fol. minori literis Italicis excuso, exactè reperiri ait, quæ Laurentius Surius ex Sleidano excerpta taxaverit in aliis exemplaribus non extantia. *Tom. V. dict. Hist.* Verum hujusmodi criminatione liberatus fuit non à *Thuano* tantùm in fine L. XVII. Histor. sed etiam ab aliis æquissimis & Doctissimis Criticis, præsertim à *Johanne Bodino*, *Theodoro Beza* in Iconibus, *Mattheo Dresero* in Orat. de Usu Historiarum, *Tilemanno* discurs. Philol. de Hist. delect. fol. 245. *Aubigneo* Lib. I. Histor. Cap. I. *Herm. Conringio* Præf. in Tacit. lib. de moribus Germ. *Georgio Hornio* Præf. ad lect. Sleid. de IV. Monarchiis; *Jacobo Crucio*, in Epist. ad Patrem suum fol. 6. *Matthia Berneggero* in demolit. Idol. Laurent. *Antonio Teisserio* Les Eloges des Hommes scavans T. I. fol. III. & quos alios habet *Zeillerus* Part. II. Epist. fol. 141. Indicat etiam modum Cl. Herm. von der Hardt quo impacta à Varillasio, egregio & celeberrimo Scriptori, Johanni Sleidano, calumnia, ex collatione variarum Commentarii ejus editionum refelli possit, Tom. II. Autographorum Lutheri & coætaneorum.

Ex Anglicis Cambdenus. Biographi ejus.

§. IV. Ex HISTORICIS Anglicanarum rerum RECENTIORIBUS seligimus *Guilielmum CAMBDENUM*. Hujus doctrinam, vitam & Scripta Oratione Panegyrica exposuit *Ludovicus Molinæus* quam inser-

sertam legimus Memoriis Philos. & Philol. Henningii Wittenii Decad. II. p. m. 130. seqq. exposuit & *Degirus Wheare* quam expositionem insertam legimus Vitis selectorum aliquot Virorum qui doctrina, dignitate aut pietate inclaruerunt. Londini in 4. 1681. editis Guil. Batesii pag. 589. seqq. Memorabilis est *Munificentia ejus in Illustrissimam, quæ est Oxonii, Academiam*, quâ Historiarum Professionem, quæ vacabat, non tantùm instituit, sed & ei, qui munus ejus obiret, non pœnitenda stipendia decrevit; & quâ ostendit, plus valuisse apud Literarum Parentem amorem reip. literariæ quàm cognationem, plus naturæ similitudinem & propensum animum de literis benè merendi quàm legis & consuetudinis sanctionem, latius item patere officiorum rationem quàm Juris regulam, ut loquitur Molinæus l. c. Insinuat eandem his verbis CRENIUS noster in Tomo II. Method. pag. 221. *Vir hic celeberrimus* (Guil. Cambdenus) *maximè necessariam Historiarum Professionem instituit in Universitate Oxoniensi, ut memoriæ prodidit in, ad Lectorem, præfatione Relectionibus Historicis Degirei Whearei prælectoris Cambdeniani præmissa Cl. Christoph. Arnoldus.* Scripta Cambdeni, Politicis rerum Anglicanarum studiosis, commendant *Joh. Henr. Bæclerus in Biblioth. Polit. contr. vel quisquis Collector & Editor. ed. in 8. §. 52. his verbis.* Inter Britannicos Scriptores præ reliquis celebratur Cambdenus, qui præter descriptionem Britan-

Munificentia memorabilis.

Judicium Cambdenianorum Sectus.

tanniæ, quæ magnæ æstimationis inter eruditos est, opus exquisitissimum scripsit, Annales rerum Anglicarum & Hibernicarum & *Herm. Conringius Libr. de Prud. Civil. cap. XIV. pag. 333.* Plenum variæ prudentiæ opus est illud de rebus Elisabethæ Guil. Cambdeni perinde atque Elisabethæ sapientia ac fortitudo captum sexus multum excessit verè miraculum sui ævi. Sunt autem illustriora Cambdeni in Historia Anglica monumenta sqq.

Scriptorum Cambdeni Anglicanorum recensus.

(I) *BRITANNIA* Londini 1607. in 8. & Francof. 1617. in 8. qua singulæ provinciæ & urbes diffusâ operâ describuntur: quamve primùm in epitomen contraxit & tabulis illustravit *Regnerus Vitellius Amstelodami 1617. fol.* postea verò in Anglicam linguam translatam prolixis additionibus auctiorem in lucem edidit *Edmundus Gibsonius Londini 1695. fol.* quod opus hodiè in Magnæ Britanniæ Geographiâ atque Historiâ locupletissimum quippe quo multa congeruntur nova, quæ vel ad naturalem Historiam Britanniæ spectant, aut origenes urbium concernunt, aut antiquitates & monumenta Romanorum Saxonum & Britonum ulterius illustrant. *Vid. Lipsi. Act. Erud. Collect. d. anno 1696. mense Aprilis pag. 188. seqq.*

(II) *Anglicarum, Hibernicarum & Cambricarum Scriptores. Francof. 1602. fol. apud Wechelios.* Continentur in hac collectione *ASSERI MENEVENSIS* res gestæ Aelfredi; *Anonymi* Tractatus de vita Guilielmi

mi Conqueſtoris: *Thomæ Walſinghami* hiſtoria Angliæ ab Eduardo I. ad Henricum V. Ejusdem hypodigma Neuſtriæ. *Thomæ de la Moor* vita & mors Eduardi II. *Guilselmus Gemiticenſis* de Ducum Normannorum geſtis. *Giraldi Camprenſis* Topographia Hiberniæ ſive de mirabilibus ejus. Ejusdem hiſtoria vaticinalis de expugnatione Hiberniæ. Ejusdem itinerarium Cambriæ ſeu Baldwini Archiepiſcopi Cantuarienſis, per Walliam legationis accurata deſcriptio cum notis Davidis Poveli.

(III) *Annales rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Eliſabetha Lugduni Bat. 1625. in 8.* Opus exquiſitiſſimum, cujus primum tantùm Tomum usque ad annum 1589. evulgaverat Auctor Londini 1615. fol. Alterum poſt ejusdem mortem primum in Gallia edidit Peireſcius, ad quem transmiſerat, ne fata prioris experiretur atque aliqua in eodem immutarentur. Judicio utitur gravi & fide debitâ niſi quod in cauſa Mariæ Scoticæ aliqua juſſu Jacobi Regis è MSto eraſa atque alterata. Notatu digna ſunt, quæ ea de re indicavit Burnetus in ſua ad Varillaſium replicatione pag. 59. quæque ideò adduxit *in Bibliotheca Hiſtorica Celeb. Struvius cap. XVI. §. XII. pag. m. 414. ibi relegenda.*

(IV) *Actio in Henricum Garnetum & cæteros pulverariæ conjurationis in Regem Magnæ Britanniæ Jacobum complices Londini 1607. in 8.* Præcipuum hoc eſt in Hiſtoria Jacobi I. Regis ſcriptum, quippe quo omnia ex Actis publicis fuêre deſumta.

ExBelgis Baudius & Meurſius.

§. V. Ex HISTORICIS Rerum Belgicarum RECENTIORIBUS ſeligimus *Dominicum BAUDIUM* Prof. Eloqu. Leid. & qui eidem aſſociandus *Johannem MEURSIUM* JCtum primùm Hiſt. & Gr. Lingu. Prof. in Acad. Lugd. Bat. deinde Hiſt. & Polit. in Regia Sorana. Vitam & ſcripta *Baudii* recenſet *Autor Academiæ Lugdun. Batavæ* i. e. Virorum Clariſſ. qui eam ſcriptis illuſtrarunt Iconum, Elogiorum ac Vitarum in 4. ed. 1613. Lugd. Bat. Et ex eo *Melchior Adami* in Vitis Philoſophorum & Philologorum. p m. 522. 523. *Joh. Petr. Lotichius* Part. III. Bibl. Poet. pag. 148. *Editor Epiſtolarum* in fronte. *Valer. Andr. Deſſelius* in Bibliotheca Belgica & noviſſimè *Adolphus Clarmundus* in Vitis Clariſſ. in re Liter. Virorum Part. I. n. XX. pag. 172. ſeqq. *Meurſii*, Idem *Autor* Academiæ *Lugdunenſis* ſeu Iconum ac elog. illuſtr. Belg. Viror. ed. in 4. Lugd. Bat. *Valerius Andr. Deſſelius* Bibliotheca Belgica. *Houn. Wittonius* in memoriis Philoſ. & Philolog. Decad. IV. p. m. 478. *Adolphus Clarmundus* in Vitis Clariſſ. in Re Lit. Viror. Part. II. n. XVII. p. m. 98. ſqq. & *Dan. Guil. Möllerus* Prof. Hiſt. & Metaph. in Acad. Altdorff. celeberrimus (vid. Nov. Lit. Germ. T. I. 1703. p. 430.) & de elegantiori Literatura longè meritiſſimus in Diſp. circulari de Johanne Meurſio M. DC. XCIII. Altorf. hab. Memorabile eſt in Baudio (1.) *Intemperantiæ vitium*, de quo ſequentia legimus in Joh. Gunr. Dieterichii in Jatreo Hip-

Biographi Baudiani.

Biographi Meurſiani.

Memorabilia Baudii.

1. Intempe-

Digitized by Google

Hippocratico continente Narthecium Medicinæ veteris & novæ, Ulmæ Suevorum M. DC. LXI. in 4. edito; *Multum refert in sanis; præsertim cum assuetudo prævalet, κατ' ὀλίγον paullatim, facere μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος διαίτης ex d. aph. Subita quippe τῶν πολλῶν in melius commutatio noxia quandoque solet esse. Sic homo ebriositati deditus multò melius facit, si non derepente (ἐξαπίνης) ἀλλὰ κατ' ὀλίγον genium suum defraudat. Hoc sic fecisset πολυπότης Dominicus Baudius* (quantus Orator & Poeta!) *natura juvante vitæ stamina ulterius producere potuisset. Ob hanc πολυποσίαν scandalum Academiæ dixit Jacobus Anninius, quem ut iterum notaret Baudius nominabat Scandalum Ecclesiæ. Sic similes habuerunt labra lactucas.* Add. Cento Virgilianus Danielis Heinsii in pag. 306. seqq. Poem. ed. in 12. Lugd. Bat. 1640. ad Amicum (quem Baudium esse vult Petrus Scriverius in amoribus Baudii) qui postquam ignarus cum Ancilla, cui tùm alii tùm Scholastici quidam satis familiares erant, congressus esset, præter exspectationem prole ab ea est donatus. (2.) *Paupertatis infortunium*, de quo sequentia offendimus in Elogio Epistolis Baudii præfixo seu Epistola dedicatoria Editoris Ep. Baud. præmissa sub finem: *Nunc pertæsus sui, sortem accusabat suam cuivis non tàm meliorem quàm diversam invidens. Quæ tempestas, ubi paullatim remiserat, quod nonnunquam interventu aut alloquio benigniori Amici fiebat, iterum*

rantiæ vitium.

2. Paupertatis infortunium.

fortunam ſuam abſolvebat, præcepta ſapientiæ dictabat & germanam (ita enim ipſe loquebatur:) *probitatis & ingenii pauperiem non modò non invitus ſed cum voluptate quadam tolerare videbatur.* (3.) *Selectum Doctrinæ ac vitæ Symbolum,* quod inter alios nobis communicavit Deſideratiſſimus noſter CRENIUS in Sylloge Symbolorum Eruditis familiarium obviâ Animadv. Hiſt. Phil. Part. XI. Cap. II. §. 1. p. m. 140. quodque ita habet: Α'ιχύνεω σαυτόν. item *Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.* Conf. Part. V. Animadverſ. Hiſt. Phil. Cap. II. §. 1. pag. 71. ubi Baudii Epiſtola quæ ſtudium conciliandi Papiſtas cum proteſtantibus aperit, §. 2. pag. m. 97. & §. 3. pag. 100. ubi ineditæ Baudii Epiſtolæ.

3. Selectum Symbolum.

Memorabilia Meurſii. 1. Antiquitatis Studium.

Memorabile in Meurſio (1.) *Singulare antiquitatis Græcanicæ ſtudium,* quod ita deſcribunt Nobiliſſimi *Act. Erud. Collectores Tom. III. d. a. 1684. m. Decembr. p. m. 551.* De antiquitatibus Græciæ plurima in eruditorum manibus induſtria & eruditione præſtantiſſimi Viri Joh. Meurſii verſantur monumenta, quæ tanti habentur ut nulla in hoc literarum genere iis anteponantur, pauca paria putentur. Et ſanè ſi judicium ſequamur horum ſtudiorum exactiſſimi Doctoris cenſorisque Joh. Georg. Grævii, nemo hoc Viro, in evolvendis omnibus omnium ætatum Scriptoribus, qui ex illætabili illa barbariei nocte ſalvi in lucem horum temporum emerſerunt, fuit diligentior, & in obſervando & in conquirendo quic-

quicquid ad veterem Græciam illustrandam pertinet, studiosior &c. *Et Tom. IV. 1685. m. Nov. p. m. 533.* Græciæ Antiquitatibus è melioris notæ & genuinis Scriptoribus eorumque fragmentis eruendis asservandisque præcipuam studii sui partem esse voluit Meursius; quod Collectanea ejus testantur, quæ vel vivus ipse edidit vel post obitum ejus Clarissimi Viri, Samuel Puffendorffius & Joh. Georg. Grævius, à situ & tenebris vindicata in publicum emisêre præclarè de bonis literis hac cura meriti, &c. & *Tom. VI. 1687. m. August. pag. m. 401.* Antiquitates Græcanicas si quis unquam studiosè aut eruditè à prima usque origine eruit & illustravit, sanè Johannes Meursius id egregiè præ cæteris fecisse dicendus est. Tot enim illustria ejus in hoc genere exstant monumenta, ut si quis eorum copiam pariter atque dotes consideret, non unius hominis sed complurium summorum ingeniorum fructus legere videatur. &c. (2) *Symbolicum doctrinæ atque vitæ Summarium*, quod inter alios denuò insinuat Mellitissimus noster Crenius in Syllog. Symb. obviâ in Tom. XI. Animadv. Hist. Phil. Cap. II. §. 1. p. m. 141. quodque duobus his absolvitur verbis: *Æternitatem cogita.* Aurea sanè vox, quâ sicut veræ felicitatis continetur summa, ita singularis pietas elucescit egregiè, cujus beneficio, æternitatem semper cogitavit atque spiravit Meursius ὁ πάνυ sed genuinam illam & veram quæ in cœlis obtinetur, quæ bono cuique ac probo Athletæ

2. Symbolum sectum.

Digitized by Google

Christiano à DEO confertur, quæque solidiori longè innixa est fundamento quàm perituræ aliquando chartæ aut nomini inter homines obliterando. Scripta Celeberrimorum horum Virorum Politicorum studiis quoad recentiorum Belgii Historiam inservientia absolvuntur operibus illis simili nomine & omine gaudentibus de *INDUCIIS BELLI BELGICI*, ex quibus Baudianum primò sejunctum editum est Lugd. Bat. 1613. iteratò 1617. conjunctum cum Meursiano 1614. in 4. Meursianum sejunctum unà cum Historicis reliquis Danicis pariter & Belgicis uno Tomo comprehensis, Amstelodemi apud Blavios optimè curatis M. DC. XXXVIII. fol. Subnectimus selectiora Eruditorum de his ipsis monumentis judicia, & quidem (1.) *Joh. Henr. Bœcleri Biblioth. Polit. contract. seu rectius Collectoris. Bibl. Polit. Bœcl. §. 54. ed. in 8. 1677. Germanop.* Orti sunt Belgio boni Historici, qui non solùm suas sed aliarum quoque gentium res præclarè tradiderunt. Suas quidem Dominicus Baudius in elegantissimo opere de Induciis belli Belgici & in ejusdem argumenti opusculo Johannes Meursius, Baudio aut par prudentia aut superior. Idem qui et Belgicarum rerum Lib. IV. sexennium Albani Ducis prosequutus est tantâ diligentiâ & cura, ut ideò Balthasari Bonifacio luculentissimus rerum Belgicarum Scriptor audiat ac cum Xenophonte & Cæsare componendus videatur. (2.) *Hermanni Conringii Libr. de Prud. Civil. Cap. XIV. pag. 332.* Idonei

De Scriptis eorum in Hist. Belg. judicium.

1. Bœcleri.

2. Conringii.

neis imprimis sunt ex præclaris Belgii Scriptoribus juvandæ Jurisprudentiæ Dominicus Baudius Induciarum Belgicarum historia & Johannes Meursius magnum illud in literis nomen, cujus Gvilielmus Auriacus & Ferdinandus Albanus ut & de induciis libri, digni profectò sunt qui & Politicæ discendæ causa legantur cum curà. (3.) *Joh. Frid. Reinhardi in Theatr. prud. elegant. in Animadverſ. Hiſt. Polit. ad Lipſ. Polit. Lib. 1. c. IX. not. 9. n. 96 in fin. p. 399.* Baudio jungendus est Johannes Meursius, Baudio aut par prudentiâ aut superior ac cum Xenophonte & Cæsare componendus, nisi quod in nonnullis credatur iniquior fuisse Hispanis. [Herm. Conring. de Bat. Foed.] prodiit Gvilielmi Auriaci pars prima Lugd. Bat. 1625. 4. Annales verò rerum Belgicarum excusi sunt Bruxellis 1624. in 8. Vid. Thom. Pope Blount Cens. celeb. Auth. fol. 952. sq. (4.) *Burc. Gotth. Struvii in Biblioth. Histor. 1705. in 8. ed. Jen. c. XV. §. 11. p. m.* 373. Johannes Meursius singulari cura vitam Gvilielmi Auriaci exposuit Amstel. 1638. fol. quâ singula quæ sub eodem in Belgio gesta egregiè explanat. Idem quoque vitam Ferdinandi Albani evulgavit Amstel. 1638. fol. ubi fatale illud Belgio sexennium quibus Albanus gubernacula tenuit ab anno 1658 ad 1573. elegantissimè describit. *Et §. XII. pag. m. 374.* Dominicus Baudius duas Orationes habuit, quarum alteram sub nomine Latini Pacati, alteram vero sub Juliani Rosbe-

3. Reinhardi.

4. Struvii.

ci

ci nomine evulgavit, quibus cives suos hortatur. Pactis verò induciis Libris tribus totam Historiam, omniaque acta describit, quod scriptum est prudentissimum & pragmaticum. Conferendus tamen cum eo Johannes Meursius de Induciis Belgicis Amstel. 1638. fol.

Ex Gallicis Thuanus.

§. VI. Ex HISTORICIS Rerum Gallicarum & aliarum RECENTIORIBUS iisque Gallis seligimus Jacobum Augustum THUANUM & notissimum ejus continuatorem Gabrielem BARTHOLOMÆUM GRAMONDUM. De Thuano sex subnotamus momenta literaria maxime notabilia.

Memorabilia ejus Literaria.

I. Vitæ Curriculum.

(1) *VITÆ CURRICULUM.* Qui composuerint ipsi de vita suâ rebusque gestis à se commentaria, non pauci fuerunt, ex Romanis non modo durante Republica ac libertate sed posteà quoque cum principatus esset inductus. Nam Imperatores ipsi quandoque in componendis rebus suis operam navarunt, quia suam & fœminæ aliquando hanc voluerunt curam. Nam *Agrippina* commentarios, quibus vitam suam & casus suorum prodiderat Tacitus Lib. IV. annal. c 53. memorat. Sed ejus generis Scriptorum nihil hodiè superest præterquam *Cæsaris* Commentarii de bellis, quæ gessit & quædam laceræ tabulæ magis quam integri Libri de Antonini Commentariis quos de vitâ suâ condidit. Nostrâ ætate hæc antiquorum exempla æmulati sunt *Hieronymus Cardanus*, qui de vitâ

vitâ propriâ Commentarium scripsit; & *Jacobus Augustus THUANUS*, Gallus, Regius in sanctiori Consistorio Consiliarius & in supremo Regni Senatu seu Parlamento Parisiensi Præses, natus anno M. D. LIII. denatus anno M. DC. XVII. qui ipsemet vitam suam consignavit comprehensam VI. Libris, Aureliæ 1620. in folio editis, non minore voluptate quàm fructu legendis, quæ sub finem operis Historici exhiberi solent & exhibentur quoque in edit. { Genev. / Aurel. } in fol. { 1626. / 1630. } Tom. V. fine hoc titulo: *Viri illustris Jacobi Aug. Thuani Commentariorum de Vita sua Libri sex, unà cum adjecto Testamento, ab ipsomet*, cum esset corpore validus, (ut ipse loquitur) confecto, lectu prorsus memorabili in pag. 101. & 102. edit. alleg. cujus verba initialia ita habent: *Ego Jacobus Augustus Thuanus omnium maximus & miserrimus peccator, morte uxoris luctuosissima admoneor, ut de mea serio cogitem & de rebus meis hoc ultimæ voluntatis meæ elogio statuam: finalia ita sonant: Ego Jac. Aug. Thuanus corpore validus, cæterum de morte, quasi in propinquo sit, Christianè cogitans propria manu scripsi ac subscripsi.* Galliarum Regem *Henricum IV.* magni Cæsaris exemplo rerum suarum Commentarios inchoasse summæ eruditionis Viro Isaaco Casaubono alibi adnotatum est. Quanquam autem hoc institutum quandam animi magnitudinem præ se fert, incidunt tamen nonnulla in eo

Biographus perpetuus Catalogus.

gene-

genere, quæ difficile Scribentibus ſuſpectum Legentibus reddant: de quibus videri poteſt Cicero Libr. V. familiar. epiſtol. XII. ſub finem. Extat Plutarchi Liber egregius, quo docet, quomodo quis de ſe ipſo & rebus ſuis citra invidiam ac reprehenſionem verba facere poſſit. Inter alia tum quoque id fieri oſtendit, cum commemoratio ejusmodi ad aliorum utilitatem, quatenus ſcil. inſtruere poteſt, tota refertur. Ex eo igitur hoc inſtitutum judicandum maximè eſt. Nunquam loqui de ſe & rebus ſuis, humilitatis pudorisque inepti eſt: ſemper & ſine modo atque inflatius id facere arrogantiæ & vanitatis. At quando id opus & expedit aliis, magni & liberi animi laudem habet, qui & tueri exiſtimationem ſuam ſtudet & hunc laborum ſuorum fructum maximum ſtatuit, aliis prodeſſe. Quibus notis & Ariſtoteles magnanimos deſcribit Lib. IV. Ethic. c. III. ad Nicomachum.

III. Mite ingenium.

(II) *MITE INGENIUM.* Thuanus Vir miti ingenio erat & à ſanguine omninò alienus unde & pro eâ, qua gaudebat animi libertate, in arcano Regem Carolum IX. Pariſienſis laniænæ cauſa non ſolum increpuit, ſed etiam tota vita Sanbartholomæum diem deteſtatus eſt, illos Statii Papiani verſus in diſpari re ad eum accommodans (Lib. LII. Hiſtor. fol. 1058.)

Exci-

Digitized by Google

Excidat illa dies ævo ne postera credant
Secula; nos certe taceamus & obruta multa
Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis.

Quod votum Christ. Fried. Franckenstein Professor quondam Lipsiensis meritissimus in nupt. Paris. novæ Mureti ed. subjunct. commutavit in pium Christiano dignum:

Illa dies ævo non excidat; omnia norint
Secula, Christicolæ haud taceant; ac obruta nulla
Nocte tegi sævæ patiantur crimina gentis.

Graviter de immaturâ istiusmodi medicinâ disseruit & gentis suæ in Protestantes sævitiam reprehendit in Præfatione operis sui Historici. Digna est integra ista præfatio quæ attente legatur. Ei enim hnc argumentum à celeberrimo Autore diu ante destinatum atque hinc diuturna meditatione agitatum prodit *Isaacus Casaubonus Epist. 257. Inter alia Emphatica hæc annotamus*: Ut verbo expediam, dicam ingenuè, bellum non esse legitimum modum tollendæ ex Ecclesiâ scissuræ. Protestantes quippe apud nos qui per parem numero autoritatem in dies minuebantur inter arma ac dissensiones semper creviisse &, sive præpostero religionis ardore, sive ambitione & rerum novandarum studio, à nostris longè perniciosissimo errore peccatum esse, qui bellum internecinum contra Protestantes sæpius susceptum ac compositum, toties infaustis Galliæ auspiciis

ciis, magno religionis ipsius periculo renovarunt.

III. Styli diversus habitus.

(III) *STYLI DIVERSUM HABITUM.* Notat in Thuano Soloecismos *Paschasius Grosippus Rhetor. Exercit. Cap. II.* & novitates in stylo, ibid. *Vid. Casp. Scioppius de Stylo Historico fol. 138.* Ast nulla in eo ejus rei est culpa. Thuanus enim, ut laboris compendium faceret, dum ex variorum ad ipsum missis chartis libellisque opus contexuit, retentis Autorum verbis, Historiam nobis dedit non ejusdem genii & linguæ: sed indè factum est, ut stylus ejus alicubi diversus deprehendatur. Exhaurit tamen ille, juxta Hottingeri effatum, omnem fermè latinitatem ac imitandi exemplum præbet. (*Thomas Crenius Animadvers. Hist. Philol. Part. V. p. 37.*)

IV. Poeseos & Picturæ exercitium.

(IV) *POESEOS & PICTURÆ EXERCITIUM.* Quemadmodum Thuanus in Historicis seculi recentioris secundus est nemini, ita Poeseos gloria cedit paucissimis; quod vel tribus ejusdem de Re accipit raria libris discimus, (*Olaus Borrichius Dissert. de Poetis pag. 119.*) quo carmine nihil elegantius. (*Vossius de Philosophia Cap. VII. §. 17. pag. 58.*) Testantur idem Poemata de Crambe, Viola, Lilio, Phlogide & Terpsinoe Paris. 1558. in 8. impressa. De Picturæ exercitio hæc leguntur in *Epistola CXXXVII. Part. II. Aug. Buchneri p. m. 428. edit. in 8. Dresd. 1680. & d. an. 1700. p. 285.* Jacobi Augusti Thuani nomine quod Seculo nostro illustrius fuit? Qui quam pin-

Digitized by Google

pingendi diligens fuerit adolescens maxime ipse est testis: ad hoc laudabile animi exercitium, ita loquitur ipse, omni alio, sive infantiæ sive pueritiæ omisso oblectamento, naturam tulisse & hoc gentile fuisse Thuanis.

(V) *EDITIONUM JUSTUM PRETIUM.* Scripta inter alia unicum attingimus quod ad scopum nostrum facit scilicet Historiam Rerum per totum orbem gestarum etiam Gallicarum ab anno M. D. XLVI. ad ann. M. DC. VII. Libris CXXXVIII. comprehensam inscriptamque: *J. A. Thuani Historia sui temporis.* Hujus editiones prostant septem eæque illustriores. Prima est Parisiensis Minor, quæ prodiit Parisiis in 8. tribus Tomis & quidem quoad Tomum I. ann. 1604. quoad Tomum II. 1606. & quoad III. 1608. Secunda est Parisiensis Major, quæ Parisiis evulgata Tomis III. in fol. quorum primus & secundus ann. 1606. & partim 1607. tertius an. 1609. axierunt. Tertia Parisiensis alia, anno 1609. excusa forma 12ma, quæ reliquis duabus ob dotes varias longè præferenda. Quarta Francofurtensis prima, quæ excepit Parisiensem Majorem, item in folio, cujus Tomus I. anno circiter 1608. Tomus II. 1617 Appendix ann. 1618. lucem viderunt. Quinta & VIta Editiones duæ quæ & Aurelianenses & Genevenses inscriptæ item in folio: prior anno M. DC. XX. posterior ann. M. DC. XXVI. & partim M. DC XXX. Utraque in V. Tomos distributa. Septima Francofurtensis se-

V. Editionum justum pretium.

cunda, quæ tres protulit Tomos quorum duo priores exiêre ann. M. DC. XXI. Quomodo autem hæ editiones mirificè interdum inter se differant, singulari ac summè diligenti tractatione commonstravit *Joh. Petrus Titius*, Gymnasii Dantiscani Professor optimè meritus, quæ ann. M. DC. LXXXV. in 4. Gedani excusa hoc titulo: *Recensio Voluminum Historicorum Thuani*, ut in multorum sit manibus, optant Eruditi. Jam ea quæ in Parisiensi altera nec non in Francofurtana vel extant addita vel desiderantur addenda, peculiari studio collegit *Auctor Anonymus* libello singulari, quem *Thuanum Restitutum* inscripsit, Amstelodami M. DC. LXIII. in 12. excuso. Et peti quædam etiam possunt ex libello Gallico qui anno M. DC. LXIX. editus præfixo titulo latino: *Thuana* sive *Excerpta ex Ore Jac. Aug. Thuani per F. F. P. P.* quibus literis Fratres Puteanos indigitari credit *B. Casp. Sagittarius Introduct. in Hist. Eccles. c. XII. §. 12. p. m. 154.* cui hæc de Editionibus Thuaneis debemus. *Conf. Burcardi Gotthelff Struvii Bibliothec. Histor. Cap. 8. §. XI. pag. 204. & Cap. XIV. §. 13. pag. m. 323.* Cæterum præferendæ sunt editiones Parisinæ ab ipso Thuano procuratæ & Genevensis quæve ex ea expressa est postrema Francofurtensis in qua nonnulla. jussu Autoris, ab Editore, Georg. Mich. Lingelshemio expuncta; singulisque libris præmissus indiculus scriptorum quibus in concinnanda unaquaque parte, historiæ usus est. Francofurtensis prior edi-

editio, vivo auctore & de injuria frustrà conquesto, multa, in his etiam Librorum numerum & ordinem, immutavit (*Joh. Henr. Bœclerus Biblioth. Polit. contr.* §. *38. & annot. Polit. ad l. 2. Taciti Hist. c. 92.*) Optima autem ex his omnibus editionibus habenda est sine dubio Aurelianensis d. ann. M. DC. XX. Tom. V. fol. quippe quæ sub initium Lib. XXXII. & Lib. XXXV. Historiam Concilii Tridentini accuratè contextam exhibet, in plerisque editionibus aliis prorsus omissam. (*Vide Edit. Aurel. & Genev. d. ann. 1626. fol. Tom. II. pag. m. 151. -- 158. & 253. -- 272.*) Motus hinc *Johannes Henricus Heideggerus* laudatam Synodi Tridentinæ Historiam, collato Codice editionis Aurelianensis cum MSCO ex ipso Thuani autographo exsculpto & à legato Gallicano Tigurum (unde adhuc hodiê in Bibliotheca Tigurina asservatur) transportato, publicatam, ad calcem Anatomes Historico-Theologicæ Concilii Tridentini apposuit.

VI. Historiæ Supplementum

(VI) *HISTORIÆ SUPPLEMENTUM.* Non habemus Thuanum integrum. Nam operis pars ultima offensam Seculi metuens, hactenus sollicitè vel ab hæredibus Thuaneis vel ex decreto etiam regali fuit suppressa, nescimus annon aliquando proditura in lucem. Dedit interim *Supplementum Anonymus* quidam de quo quid Eruditi judicent sequentibus patebit testimoniis. Ex judicio Fechtii.

'O θαυμάσιος noster *FECHTIUS in Prælect. MSC. ad allegn. de ubertate Hist. Sec. XVI. Eccles. c.*

LVI. §. 2. Qui Thuanum (*inquit*) continuavit tanto eum à se intervallo, quantum à terra
Maji. cœlum distat, relinquit. *Joh. Burch. Majus Orat. de Conscrib. Sec. XVI. Hist. Univ. pag. m. 21.* Jacobus Aug. Thuanus initia Sec. XVI. attigit plenius tantâ diligentiâ, prudentiâ, judicio ac styli elegantiâ, ut cuique veterum comparari multis etiam præferri mereatur: ut adeò dolendum sit supplementum Thuani, quod prodiit, Thuaneæ haud respondere gra-
Struvii. vitati. *Burc. Gotth. Struvius Biblioth. Histor. Cap. VIII. §. XI. p. m. 204.* Prodiit Historiæ Thuaneæ continuatio ab anno 1608. usque ad 1618. Francof. 1628. in fol. De Auctore non constat: Res Gallicas tamen sibi imprimis proposuit, quas ex Gallicorum annalium monumentis, cum privilegio Regis editis, se hausisse scribit. Thuano quidem non convenit,
Sagittarii. nec tamen planè est contemnendus. *Caspar. Sagittarius Introd. in Hist. Eccles. cap. XII. §. 12. p. 157.* Quisquis fuerit, qui Historias Thuani continuavit, ab anno CIↃ. IↃCVIII. usque ad annum M. DC. XVIII. ad dotes & gloriam Thuaneam non accedit; licet industriæ nomine commendari mereatur. Continuatio illa, Francofurti, una cum ipso Thuano excusa est ann. CIↃ. IↃC XXVIII.

VII. (VII) *HISTORICO-LITERARIUM ERRATUM.* Plurima reperiun-
Histori. co-Literarium erratum. tur de quibus ita informat *Morhofius in Polyhist. Lster. Part. I. Lib. I. cap. XVI. pag. 183. his verbis:* Habentur in Thuani Historia, ducen-

te

te ita temporum ac annorum serie, varia de Viris doctis judicia & Elogia, quæ in unum aliquod volumen cum cæteris memorabilibus *Gerhardus* von Stocken in THUANO suo *ENUCLEATO* collegit. Illa quoque de Viris doctis judicia seorsim sub titulo *Elogiorum Thuanearum* Londini 1671. in 8. edita. Multum illis tribui debet ob singularem hujus Viri candorem qui procul ab omni partium studio fuit & perspicacissimam ejus in judicando solertiam. Novissimè hæc judicia in Gallicam linguam convertit *Amonius Teisserius*, Consiliarius & Historiographus Brandenburgicus suaque additamenta adjecit, quibus continentur Vitæ doctorum Virorum breves expositiones, judicia de iisdem & Elenchi Librorum ab ipsis scriptorum, edita inter editiones alias Ultrajecti M. DC. XCVI. in 12. [*Vid. Lipsi. Act. Erud. Coll. T. XVI. 1697. m. Febr. p. m. 90. 91. & Burc. Gotth. Struvius Introd. ad Notit. Rei Liter. Cap. IV. §. XIII. p. m. 172. ed. Jen. 1704. in 8.*] Quemadmodum verò Thuanus in recensendis & nominibus & ominibus Germanicis humani quid passus fuerit idem *Morhofius* insinuat *ibid. Cap. IX. pag. m. 86. his verbis*: Multum in Historia Thuana Gallicorum nominum in Latina commutatio turbat. *Casp.* item *Sagittarius Introd. in Hist. Eccles. cap. XVII. §. 12. pag. m. 157. his verbis*: Non ab omni prorsus nævo immunis est Thuanus: nam & in nominibus locorum ad genium latinum flectendis dum pronunciatio-

ex judicio Morhofii.

Sagittarii.

nem Gallicam simul spectavit & in historia quoque doctorum Virorum cespitavit aliquoties ceu benè observat Vossius, Art. Hist. cap. XIV. p. m. 69. edit. Lugdun. Batav. 1653. in 4. qui tamen simul id tanto viro ignoscendum censet partim ob graves occupationes, quæ singula ad amussim expendere non patiebantur, partim etiam ob merita præclara erga Gallias suas & Rempubl. Literariam. Præfat. Operis de Histor. Lat. edit. in 4. Lugd. Bat. 1651. p. m. 4. Nec non *Henr. Meibomius Addit. ad Vogl. Introd. Univ. in Notit. Script. p. 202. his verbis*: In Gallorum elogiis accuratissimus est Thuanus in aliis nonnunquam fallitur, sequutus fidem, relationes & judicia sæpe præjudiciorum plena &c. Specimina Errorum Historico-Literariorum produxerunt ex *Epistola Joh. Bockstadii, 234.* earum quas Magnif. Dn. Thulemarius edidit ad Goldastum scriptas p. 284. seqq. Colloqu. Menstr. d. ann. 1689. p. m. 445. & 1269. *Wilh. Ernest. Tentzelius* Consiliarius Saxonicus & Archivarius prænobilissimus, quem Autorem disertis verbis profitetur Amicus Tentzelii singularis Burc. Gotth. Struvius Introd. in Notit. rei Liter. pag. m. 106. cap. III. §. 16. &, qui integram exhibet Epistolam Historico-Criticam, περιεργότατος *noster CRENIUS* in Animadv. Historico-Philol. Part. V. Cap. III. §. V. p. m. 191. -- 195. Unde pauciſſima tantùm promulsidis loco excerpimus. Errat Thuanus cum Paulum Eberum Cittatiæ natum dicit. Est enim

Meibomii.

Tentzelii.

&Crenii

na-

natus Kitzingæ. Errat dum Michaelem Neandrum ſubſtituit pro Martino Neandro. Errat dum Wilhelmum Tumshiernium Tumſernium vocat. Errat dum ſibi contrarius eſt in Petro Datheno Theologo & Wolffgango Zulegero JCto. Errat dum de fictitia vel ſubordinata Eliſabetha Angliæ Regina quædam ſcribit, omnibus ſanis fabuloſa &c.

VIII. Æſtimium ejus ac odium.

(VIII) *THUANI ÆSTIMIUM & ODIUM.* Ex Opere ſuo Hiſtorico, quod *ad Dei gloriam* (ut ipſe loquitur in teſtamento ſuo Thuanus) *& publicam utilitatem ſine odio & gratia conſcripſit*, varia à variis expertus eſt & Elogia & Convicia. Quotquot veritatis ſtudium, unicum illud idque maximè neceſſarium Hiſtorici requiſitum, ſincero candore æſtimarunt hactenus & adhuc æſtimant, ſummis Thuanum elogiis ſemper ornarunt & exornant, ex quibus dabimus ſelectiora. (1) *Incomparabilis noſtri FECHTII in Alloquio ad SS. Th. Stud. de Ubertate Hiſt. Sec. XVI. Eccl. 1690. ed. in 4. p. m. 42.* Jacobus Auguſt. Thuanus Religionis quidem profeſſione à Sleidano diverſus ſed ingenuitatis & modeſtiæ laude huic nihil cedens. *Et in MSC. Prælect. ad Alloqu. cap. LVI. §. 2.* De Jacobo Auguſto Thuano Bœclerus in Bibliogr. Curioſ. præcipuo loco ponendus eſt Thuanus, Scriptor eloquentiâ, doctrinâ, libertate, prudentiâ & fide nemini inferior præſertim in rebus Gallicis quibus ipſe interfuit. In reliquarum gentium hiſtoria non parem ubique fidem meretur quia

Æſtimium Lutheranorum nominatim Fechtii.

alios sequi necessum habuit. Quæ ad Religionis Historiam pertinent summa æquitate & moderatione, quanquam Religioni Pontificiæ addictus tractavit, idcirco Politico-Theologus (Catholicus) appellatus, à quibusdam etiam ut Atheus & Profanus traductus. Ebermannus languidum Catholicum & Schismaticum vocat, quia nempè quæ vera sunt, ex odio adversus Lutheranos celare noluit. (2.) *Hermanni Conringii in Libr. de Prud. Civil. c. XIV. pag. 333.* Ab excessu, Francisci ad horribilem Henrici IV. cædem, non Gallia duntaxat sed universi orbis negotia, inusitato studio & fide, summo etiam cum prudentiæ politicæ commodo, posteritati narravit Jacobus Aug. Thuanus; cujus operis tamen ultima, offensam seculi metuentia, lucem nondum vidêre; verè princeps Historicorum nostri temporis saltim tanto ausu pariter & judicio & integritate. (3.) *Burcardi Gotth. Struvii in Bibl. Histor. cap. VIII. §. XI. pag. 202.* Exemplum probi fidique Historici præbet Jacob. August. Thuanus. Scripsit ille Historiam sui temporis ab 1543. usque ad annum 1607. libris 138. Opus est exactissimi judicii & summæ fidei, etiam in rebus religionem concernentibus, in quibus recensendis summâ æquitate utitur. Accuratior tamen est in rebus Gallicis, quibus ipse interfuit: in Germanis Chytræum, in aliis aliorum & fidem & verba sæpe est sequutus. (4.) *Thomæ CRENII in præfat. Fascic. I. Exercit. Historico-Philolog. p. m. 32. & Lugd. Batav.*

Conringii.

Struvii.

Crenii.

in 8. 1697. Illustrissimus Jacobus Augustus Thuanus, Parlamenti Parisiensis Præses, Vir & Pontificius & in magna auctoritate constitutus, ut vocatur D. Finckio Cent. I. Canon. Theolog. n. LXXXVIII. pag. 177. quo nemo plus eruditionis & candoris ad historiam scribendam attulit, ut Joh. Meisnerus in Tract. de descensu Christi ad inferos cap. II. §. 3. pag. m. 27. perhibet. Add. ejusd. Tomus II. Method. d. ann. 1696. Lugd Bat. p. m. 188. 311. 347. 367. 384. (5.) *Joh. Frieder. Reinhardi, Theatr. Prud. elegant. ex Justi Lipsii Polit. Libris erecto ed. in 4. Witteb. 1702. p. 396.* Ubi desinit Sleidanus in libro de quatuor Monarchiis, Jacobus August. Thuanus multis voluminibus ad nostram usque ætatem perrexit. Hic orbis totius Historiam ab anno 1546. ad ann. 1617. ita complexus est, ut talem nemo vel ab otiosissimo homine unquam exspectaverit. Tanta rerum copia, tantus verborum nitor, tanta παρρησία & studium veritatis, ut dolendum meritò de illa temporis injuria, quæ reliqua ejus historica prodire prohibet. Effundunt sese in laudes hujus incomparabilis Operis inter alios Isaac. Casaubonus Epist. CCIV. Richardus Montacutius seu Mountagre, Episcopus Cistacestrienſis Anti-Diatrib. ad prior. part. Diatrib. J. C. Bulengeri contr. Is. Casaub. Dominicus Baudius Cent. 1. Epist. 86. Burnettus Replicat. ad Varillas. fol. 59. Degoreus Whear Method. leg. Histor. Sect. 25. fol. 99. Sect. 45. fol. 172. Conradus Rittershusius ad

Reinhardi.

Salvian. Thomas Lanſius Orat. pro Gallia p. 177. & plures alii. Davidem Chytræum ſequitur in plerisque Rerum Germanicarum narrationibus, verbis ejus nonniſi leviter mutatis. (Herm. Conringius de Urb. Germ. Sect. XV.) Plura de THUANO habet ſcævola Sammarthanus in Elog. Doct. Gall. Quotquot verò Romanæ Pontificis curiæ ſefe manciparunt, deteſtandis prorſus conviciis hunc religionis ſuæ ſocium onerarunt. Prodiit vivo adhuc Thuano ann. 1614. Ingolſtadii ſcriptum aliquod ſub titulo: *In Jacobi Auguſti Thuani Hiſtoriarum Libros notationes auctore Joh. Baptiſta Gallo, JCto*, [Eſt is larvâ detractâ Joh. Bapt. Machaul ſive Macaldus, Jeſuita Gallus, teſte Alegambe in Bibliotheca Jeſuitica, Wittenio Diar. Biogr. 1619. d. 15. Martii & 1640. d. 22. Maj. Sagittario Intr. in Hiſt. Eccl. p. m. 156. & Joh. Burchard. Majo Orat. de conſcrib. Sec. XVI. Hiſt. Univ. pag. 21.] In hoc capita pertractantur XII. Sic ut Cap. I. Hiſtoria Thuani tanquàm vaniſſima: Cap. II. Thuanus ut Scriptorum Hæreticorum admirator: Cap. III. Thuanicæ quædam loquendi formulæ: Cap IV. Collecta à Thuano Apopthegmata: Cap. V. Thuanus ut propenſior in ſectarios: Cap. VI. Idem ut probis omnibus ita & Catholicæ Religionis Aſſertoribus perinfenſus; Cap. VII. ſuſceptum à Thuano bellum in Jeſuitas, Cap. VIII. Thuani convicia in Reges Galliarum, Cap. IX. Ejusdem in Romanos Pontifices injuriæ, Cap. X. Implacabile in ſedem

Odium Pontificiorum nominatim.

GALLI.

dem Romanam odium, Cap. XI. Thuanus ut Pseudo-Theologus, Cap. XII. Malignæ aliquot Thuani fraudes producantur. Verum hic liber anno M. DC. XIV. publicâ Parlamenti Parisiensis sententiâ, tanquam is, *qui perniciosius sit & multa contineat seditiosa adversus tranquillitatem publicam, pacificatoria edicta, plenus impostturarum & calumniarum adversus Magistratus Regios*, suppressione damnatus est (prout videri potest ex *sententia Prætoris Præfecturæ Parisiensis* quæ adjecta est Historiæ Thuani & quidem edit. Genev. & Aurel. d. anno 1630. in fol. T. V. p. m. 102. post Comm. Libr. Thuani de vita sua) manuque carnificis combustus est. Hoc tamen non obstante *Jodocus Keddius* in schola sua Jesuitarum summa cum laude Joh. Bapt. Gallum sæpissimè allegavit & p. 72. Historiam Thuani *Bibliothecam calumniarum & armamentarium mendaciorum* nominavit. Quemadmodum & Jesuitæ alii ut *Forerus* in Symbolo Lutherano p. 703. *Ebermannus* in trenico Catholico p. 78. *Rostius* in Pseudo-Jubilæo, aliique infinitis Historiam Thuani conviciis exagitarunt. Fundamentum unde tot Pontificiorum in se derivaverit odia Thuanus notanter manifestavit *Gramondus Lib. III. Hist. Gall. p. m. 191. scribens*: Thuanus Parlamenti Lutetiani Præses, Vir prosapiâ illustris, doctrinâ & rerum experientiâ inter paucos. Liberales artes & scientias ut professus à teneris, ut literatos amaverit immensâ in Remp. caritate docemur

Keddii.

Forerus. Ebermannus. Rostius.

Fundamentum ejus ex Gramondo.

Hi-

Historiarum monumentis quæ accuratè edidit ab excessu Francisci I. in Henrici IV. extrema. Externi acceptam illi gratiam ferunt Historiæ Gallicæ, nec parcè laudant. At enim nihil indigus est externæ laudis qui sibi ipsi præco est, seu vitam spectes seu quos scripsit Libros. Cæterum privilegia Ecclesiæ Gallicanæ & Regum Auctoritatem dum acrius vindicat Vir Politicus Romæ suspectatur. Ob hanc scilicet Libertatem & veritatem ejus Historiæ prohibentur in edicto 14. Novembr. 1609. & 30. Januar. 1610. cum expurgationibus verò permittuntur in Indice Madritano 1667. teste *Thom. Pope Blount Censura celeberr. Auct. fol. 395.* Ipse, cur quidam causæ suæ diffisi, scripta castraverint prædixisse visus est, inter alia in carmine, historiæ vitæ suæ subjuncto ubi orditur;

Libertatis ego nimiùm, verique quod acer
Assertor fuerim, vitiorumque horridus osor
Et Romæ & nostra passim traducor in aula.

Jactant etiam plerique id factum propter Præfationem doctissimam quæ Pontificios vehementer mordet. Sed defensione & in vita & in morte non caruit. (*Laurentius Crassus Ital.*)

IX. Bibliothecæ. (IX) *BIBLIOTHECÆ ORNAMENTUM.* Thuanus gravi suæ ætatis homi-

minum, Joſephi Scaligeri, Iſaaci Caſauboni Petri & Jacobi Puteanorum fratrum, Claudii Salmaſii, Hugonis Grotii, Sammarthanorum fratrum, Jacobi Sirmondi & aliorum conſilio Bibliothecam ſibi comparavit longè ampliſſimam & elegantiſſimam, ab ingenti MSCorum indubiæ vetuſtatis copiâ, curioſâ editionum elegantiâ, in tanta Auctorum ſylva operoſo ſelectu, aliisque dotibus maximè commendabilem. Hujus Catalogus à Petro & Jacobo Puteanis ordine alphabetico primùm diſpoſitus, tùm ſecundùm ſcientias & artes ab *Iſmaele Bullialdo* digeſtus & demùm editus à *Joſepho Queſnelio*, Pariſino & Bibliothecario cum Indice Alphabetico Auctorum M. DC. LXXIX. Pariſ. in 8. recuſus eadem forma M. DC. CIV. Lauenburgi proſtans Hamburgi apud. Chriſt. Libezeit. Duas continet Partes, Primam Theologicam, alteram Philoſophicam, *Theologica* habet Biblia ſacra: Commentatores Bibliorum: Theologos Græcos & Latinos: Scriptores Rituum, Conciliorum, Hiſt. Eccleſ. Univerſalis, Ordinum Religioſorum, Patrum, Hæreticorum, Confeſſionum fidei, Theologiæ Polemicæ, it. Theologiæ Rabbinicæ. Scriptores Juris Canonici & Civilis. Scriptores Hiſtoriæ tàm Politicæ quàm Literariæ. Denique Scriptores Politicos Generales & Speciales, *Philoſophica*, Philoſophos veteres cum Commentatoribus, Philoſophos recentiores, Mathematicos antiquos & novos, tàm generales quàm ſpeciales; Scriptores artium. Scri-

Ornamentum

Bibliothecæ Thuaneæ Catalogus.

Digitized by Google

Scriptores Medicos & Physicos; Scriptores Philologicos, Grammaticos, Oratorios, Poeticos, Antiquarios, Epistolicos, Fabulosos; Sriptores Academiarum; & Scriptores Bibliothecarum. Tandem Recensum MScorum Codd. vet. & recentiorum item Librorum incompactorum. Indicat inter alia *Johan. Georg. Grævius Marquardo Gudio Epist. XIV.* illustrem illam Bibliothecam viliori pretio venditam esse, quam voluminum involucra Thuano constiterint.

X. Filii supplicium.

(X) *FILII ad NUDUM SILENTIUM & SUPPLICIUM.* Franciscus Augustus, Galliæ illius Phœnicis filius, Thuanus, arctissimam fovebat amicitiam cum Henrico Desfiato magno Galliæ Hipparcho. Is animo agitabat conjurationem, hosque nefarios conatus intimo suo aperiebat, rogitans, si se salvum vellet, ut vel adjutor sibi esset vel saltem omnia clam haberet. Thuanus iterum iterumque Desfiatum ab hoc sceleste proposito seriò dehortabatur cæterùm suâ quidem causâ eum bono animo esse jubebat. Quamvis autem crebris & tantum non quotidianis dehortationibus nihil proficeret, maluit tamen tacitam conjurationis vocem continere, quàm eum, quo cum conjunctissimè & amantissimè vivebat, in vitæ discrimen præsentissimum adducere amabilisimumque amicitiæ nodum tollere. Sed paulò post tota re patefactâ uterque capitis est condemnatus, anno M. DC. XLII. pridiè iduum Septembr. Historiolam illam

Iam arguto hoc epigrammate persecutus est Poeta aliquis

Morte pari periêre duo sed dispare causa;
Fit reus ille loquens, sit reus iste tacens.
Morte pari periêre duo: sed perdidit illum
Fracta fides; alium perdidit arcta fides.

Utriusque supplicium graphicè descripsit florentissimum quondam Noribergæ decus *Georgius Philippus Harsdörfferus* im grossen Schauplatz jämmerlicher Mord-Geschichte *Hist. CII. Conf. Henricus Uffelmannus Libro de Jure quo Homo Hominis in sermone obligatur Helmst. 1676. in 4. edit. cap. V. Thes. 19. 20. 21. p. m. 50. 51. 52. M. Christ. Weisius Disp. 1695. Lips. hab. de Fatis Erudit. in aula Cap. II. Sect. II. §. 5. & Tr. pecul. de Poesi hoc diernorum aulicorum seu inscriptionibus p. m. 393. sequ. Guido Patinus in Epistolarum Hagæ Comit. 1683. in 12. editarum Epist. LXXV. ac CLXX. apud Lipsienſ. Act. Erud. Collect. T. III. 1684. p. 248.* qui tamen alium supplicii allegat fundum, memorans, non alia de causa Capitali supplicio animadversum esse ante annos quadraginta in illustrissimi Gallicarum rerum Historici J. A. Thuani filium egregium itidem Virum, quam quod Pater de Richelii Cardinalis avo, vera quidem, sed illaudabilia tamen Commentariis suis inseruisset.

Ad notissimum nunc accedimus Thuani Continuatorem Gabrielem Bartholomæum

GRA-

Gramondus. Memorabilia ejus.

GRAMONDUM & tria circa eundem obſervamus momenta. (1.) *HISTORIÆ SUPPLEMENTUM.* Gabriel Bartholomæus Gramondus in ſacro Regis Galliarum Conſiſtorio Senator & in Parlamento Tholoſano Præſes, edidit an. M. DC. XLII. (ut ipſe fatetur Lib. III. Hiſtor. ſub ann. 1619. p. 209.) *Hiſtoriarum Galliæ ab exceſſu Henrici IV. Libros XVIII. quibus rerum per Gallos totâ Europâ geſtarum accurata narratio continetur* (ut habet Titulus) ſcil. ab ann. M. DC. X. usque ad M. DC. XXIX. quorumque elegans inter alias editio eſt Francofurt. & Lipſ. d. anno M. DC. LXXIV. in 8. cum præfatione Auctoris ad Ludovicum XIV. Galliæ Regem & Indice verborum, ſententiarum & rerum locupletiſſimo. Continuationem Hiſtoriæ ad extrema usque vitæ ſuæ tempora perduxiſſet, niſi ſincerum veritatis ſtudium, cui in plerisque deditus fuit, tantum auctori conciliaſſet odium ut ipſa continuationis publicatio fuerit impedita, referente *Wilhelm. Ernesto Tentzelio Colloqu. Menſtr. d. an. 1692. p. m. 587. his verbis:* Mich wundert daß der Herr Janſonius (Theodorus Janſonius ab Almeloveen Bibliotheca promiſſa & latente Guidæ ed. 1692. in 8. cujus recenſum l. c. inſtituit Tentzelius & cujus verba ita ſe habent: *Gramondus (Tholoſanus) Hiſtoriam Regis ab exceſſu Henrici IV. lingua latina edere cogitat. Sarrav. Epiſt. pag. 42.*) aus dem Sarravio meldet / daß Gramondus willens geweſen die Hiſtoriam

I. Hiſtoriæ Supplementum.

Lu-

Ludovici XIII. ab exceſſu Henrici IV. zubeſchreiben / und nicht zugleich gedencket / daß der erſte Theil vorlängſt etliche mahl gedruckt und bekandt iſt / obgleich der Auctor, weil er die Wahrheit zu derb geſaget an Publication des andern verhindert worden. Eundem in Almeloveenio errorem notant *Lipſ. Act. Erud. Coll. Tom. XI. 1692. p. m. 300. his verbis*: in recenſu ipſo (Biblioth. Almelov.) nonnulla deprehenſa nobis ſunt quæ pro nondum editis habuit ſtudioſus Collector, jampridem in publicam lucem prolata tamen, quæ obſervamus, v. g. pag. 24. Gabr. B. Gram. mondi Hiſtoriarum Galliæ ab exceſſu Henrici IV. Libri octodecim, qui Tholoſſæ 1643. Amſtelodami 1653. Moguntiæ 1673. & Lipſiæ 1674. excuſi prodierunt. (II) *HISTORIÆ DOMESTICÆ PRETIUM.* Duo ſunt quæ Hiſtoriæ Gramondi Gallicæ & fidem conciliant quoad Res Gallicas egregiam & auctoritatem magnam, quibusve magno habetur in pretio: Primum eſt *accuratum rerum referendarum Scrutinium*, quo mediante non ex vagis rumoribus ſed indubitatis relationibus, Actis ſcil. publicis & Memorialibus Ducum Mayhenii & Rohanei Hiſtoriam ſuam deſumſit. Alterum *ſincerum Veritatis ſtudium*, quo de *Chriſt. Funccius Tom. I. Orb. Imp.* ita *diſſerit*: In eo Gramondus Thuano par eſt quod intrepidè dicat quid ſentiat, non diſſimulans graviſſima aulæ & Magnatum peccata indeque idem quod Thuanus fatum exper-

II. Hiſtoriæ Domeſticæ Pretium.

Funccii Elogium.

tus. Simul ac enim prima pars Hiſtoriæ prodiit multorum incurrit odia, ita ut vix Tholoſæ tutò vivere potuerit, quare non prodiit tenus hac, niſi pars prima: ſi altera ſuccederet opus eſſet incomparabile, vel non niſi cum ipſa antiquitate comparandum, arcaniſima enim Reip. Gallicæ Auctor penetraverat. Ut adeò partibus & affectibus imo & defectibus infectum videatur Cenſoribus affectibus atque partibus liberis Judicium *Guidonis Patini* Doctoris quondam Medici Facul. Pariſienſis & in Collegio Regio Pariſienſi Profeſſoris, *in Epiſtolis ſelectis 1683. in 12. Hag. Comit. publicatis*, quod ita exhibent Lipſ. Act. Erud. Collect. Tom. III. 1684. m. Maji p. m. 253: Gramondum miſerum ſcriptorem eſſe dicit (Patinus) Thuano minimè comparandum & adeò vilis animi, ut quindecim paginas libri ſui jam excuſi mutaverit, Richelii laudandi occaſionem captans, fruſtrata quidem adulatione ob mortem Cardinalis mox ſecutam. (III.) *HISTORIÆ EXTERÆ DESIDERATUM.* Quid deſiderent in Gramondo quoad RES EXTERAS qui ipſum laudant & æſtimant quoad Res Domeſticas Hiſtorici atque Politici accuratiores ab omni partium ſtudio remoti ex ſequentibus licebit colligere teſtimoniis (1.) *Hermanni Conringii Libr. de Civil. Prud. cap. XIV. p. m. 333.* Intra ſola Gallica continuit ſeſe nec ultrà annum ſeculi hujus nonum viceſimum hactenus in publico quidem excurrit Gabriel Barthol. Gramondus; prudentiâ tamen & παῤῥησία non temerè cuiquam ſecundum

Patini convicium.

III. Hiſtoriæ exteræ deſiderium.

ex Conringio.

dum dixeris. ' Utinam veri odium non invideat nobis Tanti Viri & reliqua! (2.) *Joh. Henr. Bœcleri vel cujuscunque Collectoris edit. in 8. Biblioth. Polit. contr. §. 50. 51.* Bœcler.

E Gallis Historicis potissimùm commendari debet Gabriel Barthol. Gramondus qui gesta sui Regis scil. Ludovici XIII. ab excessu Henrici IV. usque ad annum 1629. non malè tradidit. Reliquorum enim ejusdem Regis auspiciis usque ad mortem illius peractorum historia hactenus supprimitur. Magnâ quidem diligentiâ & prudentiâ hîstoriam sed non pari ubique fide tractavit. Præterquam enim quod stylo affectato sæpe obscurus est, etiam id vitium passim incurrit quod nunquàm satis æquè de Protestantium rebus judicat. (Multa pervertit in rebus Protestantium, præprimis infensus Saxoniæ Ducibus. Erat enim Pontificiæ religioni addictus.) *Joh. Burch. Maji. Orat. de consecr. Sec. XVII. Hist. Univ. p. m. 22.* Maio.

Barthol. Gramondus gesta Ludov. XIII. Galliarum Regis ab excessu Henrici IV. ad annum Seculi nonum & vigesimum usque exponens, etsi in contexenda Historia sua Thuanum æmulari studuit; ejusdem tamen ductum candoremque minimè servavit dum intrà Gallicarum tantùm rerum fines sese continuit (id quod principio Libri I. his ipse fatetur verbis: *Historiam ætatis nostræ Gallicam posteritati tradam.* Rhetoris more loquitur ad Lectorem: *Scribere se res suorum temporum Gallicas eoque nomine Europæas.* Et in Dedicatione: *Ætate, qua vivimus, res Gal-*

lice Europæ Historiam faciunt. Quæ figurâ non carent monente τῷ πάνυ CRENIO Tom. II. Method. pag. m. 370.) inque Protestantes Universos, speciatim Saxones, Hugenotas, fœderatosque Belgas, iniquus quandoque & dicax mordaxque & eo ipso longè infra Thuani laudem atque gloriam, Deum hominesque testantis, se Historiarum suarum opus ad Dei gloriam & publicam utilitatem sine odio & gratia conscripsisse. *Burcard. Gotthelff Struvius Biblioth. Histor. Cap. XIV. §. XV. p. m. 332.* Gabr. Barthol. Gramondus in Historiarum Galliæ ab excessu Henrici IV. Libris XVIII. Amstel. 1653. in 8. & Moguntiæ 1673. in 8. omnem historiam Ludovici XIII. absolvit. Non contemnenda quidem est, nec tamen perfecta, quippe monumentis publicis (ulterioribus) destituta, nec in rebus Germanicis & Protestantes concernentibus ubique fide digna.

Struvio.

Ex Italis Sirus. De quo Judicium I. Bœcleri.

§. VII. Ex HISTORICIS Rerum Italicarum RECENTIORIBUS iisdemque Italis seligimus, *VICTORIUM SIRUM, & Baptistam NANI. De Victorii SIRI æstimatione & editionum varietate* hæc suppeditat *Joh. Henr. Bœclerus in Biblioth. Polit. contr. edit. in 8. vel quisquis ejus Collector & editor. §. 49.* Victorius Sirus tribus justis voluminibus res universæ Europæ ab anno 1555. ad ann. 1647. magnâ industriâ persecutus est. Duo priores Tomi editi sunt Casalæ M. DC. XLIV. recusique Genevæ M. DC. XLIX. tertius Lugduni in Galliis prodiit ann. M. DC. LIII. Reli-

liqui adhuc desiderantur. Legendus præsertim Liber primus quo idem habet institutum quod initio historiæ suæ Thuanus. Item *Burcardus Gottheiff Struvius in Biblioth. Histor. c. XXVII. §. 5. p. m. 672.* Ad historiam totius Europæ, Italiæ verò potissimùm faciunt Memoriæ reconditæ Victorii Siri. Hujus *MERCURIO* primum editus tredecim voluminibus, historiam ab anno 1641. ad 1649. describit. Cujus primus & secundus Tomus Genevæ 1649. in 4. tertius Lugduni 1652. in 4. Quartus & quintus Casalis 1655. in 4. & sic porrò prodierunt. Hisce posteà addidit *Memoire recondite dall ann. 1601. sino ad 1640.* anno 1677. in 4. quatuor voluminibus quibus omnis historia egregiè evolvitur. Magnam prudentiam præ se ferunt hæc scripta atque egregiam rerum Italicarum notitiam atque ideò inter pragmaticos laudem habet præcipuam. 2. Struvii.

De *Baptiste NANI* (Equitis Veneti, ad Urbanum VIII. Pont. Rom. Lud. XIV. Regem Galliæ & Ferdinandum III. Imp. Rom. legati, tùm Reip. patriæ Senatoris postremò D. Marci procuratoris & Capitanei Classis adversus Turcas Generalis 1678. 5. Novembr. demortui, Wittenio teste in Diar. Biagr. T. I. 1678. die 5. Nov.) *æstimatione & editione* hæc subministrat prælaudatus *Struvius in Biblioth. Histor. cap. XXVII. §. XXV. p. m. 704.* In Historia Veneta singulis præstantior est Baptistæ Nani historia Reipubl. Venetæ Venetiis 1679. in 4. & gallicè versa per Abbatem Tallemantium Nani. De quo judicium Struvii.

Parisiis 1679. in 12. Hac quidem sibi proposuit describere bella Venetorum cum Domo Austriaca & Hispanis, Turcis etiam: imò adscendit quoque ad tempora Henrici IV. Singulas igitur revolutiones magna cum gravitate describit; ita ut præcipua negotia Europæ intermiscat atque characteres Regum & Ministrorum justè exponat. De utriusque debita æstimatione hæc suggerit *Johan. Burch. Majus Orat. de conscrib. Sec. XVII. Hist. Univ. pag. m.* 25, 26. Ex Italis Principem locum obtinent inter Historicos *Victorius Sirus & Baptista Nani*, quorum ille res per universam Europam ab anno M. D. LV, ad annum M. DC. XL VII. hic verò Historiam Venetam, cui plurima quoque Germanica inseruit, ab anno duodecimo usque ad secundum & septuagesimum magnâ industriâ prosequutus est. At licet neuter suis careat erroribus alterque sæpe prolixior alter verò concisior quàm rei dignitas postulat insuperque studio partium sit obnoxius: posterior tamen vulgò ITALIÆ suæ TACITUS audit, tantique Tallemantio est habitus, ut ejus historiam in Gallicam quoque linguam converteret. (Versionis hujus prior pars 1679. in 12. prodiit, posterior 1702. in 12. Amstelod. de qua legendi Lipsienſ. Act. Erud. Collect. Tom. XXII. d. an. 1703. m. Januar. p. m. 45, 46.) Cæterùm quàm soleant esse ignotæ res exterorum exteris præsertim ITALIS, iis etiam qui putantur exactissimi Scriptores, inter alios docent *Lambertus, Hortensius Montfor-*

De utroque Judicium suum.

Italorum in Historicis Lapsus, ex Hortensio.

fortius Lib. I. *Rer. Ultraject. p. m. 1. ed. Basil. 1546. in fol.* Itali quidam docti, *inquiens*, & ingenio clari homines sed rerum nostrarum locorumque parum gnari, Ultrajectinorum res describere aggressi, errore trajecti ad Mosam, hujus non solùm res sed & Episcopos, cum Ultrajectinorum permiscentes, altissimis nostras tenebris involverunt, ita, ut regionum imperitis, è nominis similitudine proclivis pronusque fuerit lapsus. *Philippus* item *Camerarius Horar. Subcis. Cent.* I. *c. XLIV. p. m. 203. edit. Francof. M. DC. LVIII. in 4.* Multis, *inquiens*, Italis & Gallis, qui nunquam extra lares suos pedem protulerunt, persuasum est, Germaniam nostram unicam esse urbem quam ipsi vulgò la Magna vocant. Etsi autem sœpius ipsorum simplicitatem & ridiculam persuasionem miratus fui, tamen hoc imperitiæ ipsorum adscribendum est. Ita enim accidit hominibus, qui tanquam fungi uno in locó permanere solent, neque putant trans flumen, ripam, ut est in proverbio, habitabilem esse &c. &c. Lege verba integra *in Thomæ Crenii Animadv. Hist. Phil. Part. V. Cap. III. §. VI. p. m. 211. seq.* ubi & singularia reperies de Erroribus exempla. & Camerario.

§. VIII. Ex HISTORICIS Rerum Hispanicarum RECENTIORIBUS commendandi veniunt Tomi *HISPANIÆ ILLUSTRATÆ*, qui primum prodierunt ex Bibliotheca *Roberti Beli* Francof. 1579. fol. postea auctius ex Bibliotheca *Andreæ SCHOT-* ex Hispanicis.

TI quatuor Tomis Francof. 1603. fol. quorum recenſum ſufficientem inſtituit Prænobiliſ. *STRUVIUS in Biblioth. Hiſtor. Cap. XIII. §. VI. pag. 282. ſqq.* ideò perluſtrandus & quos inter reliquos ſuperat Hiſpanorum Livius *Crenio dictus in Tom. II. Method. p. m. 189. Johannes Mariana*, qui Oratorem tamen adfectat atque iniquus eſt in Proteſtantes ad Gallos. De quo ita judicat *Herm. Conringius in Libr. de Prud. Civil. Cap. XIV p. 334.* Hiſpania genuit præclarum ſibi Hiſtoricum Johannem Marianam in quo nec judicium, nec ſtudium, nec ſcribeudi facultatem deſideres, licet à prima usque memoria Hiſpanicas res univerſas tradere conatus ſit.

Mariana.

§. IX. Recentiſſimi ex Politicis Hiſtorici iterum alii ſunt Germani alii Anglici, alii Belgici, alii Galli, alii Itali, aliique denique Hiſpani.

Recentiſſimi Hiſtorici ex Germanis Puffendorffius.

Ex HISTORICIS GERMANICARUM RERUM RECENTISSIMIS ſeligimus, qui ornamentum Orbis literarii fuit & tum exquiſitâ juris Naturæ & Gentium ſcientiâ tum mirâ in componendis Commentariis Hiſtoricis ſolertia ac felicitate incomparabilem propè ſe exhibuit, *SAMUELEM L. B. à PUFFENDORFF*, Potentiſſimi Borusſiæ Regis Conſiliarium quondam intimum & Hiſtoriographum Illuſtriſſimum, qui vigeſimo ſexto Octobris die anni M. DC. XCIV. adeoque an. ætatis ſuæ LXIII. magno rei literariæ damno vitâ exceſſit. Tria e-

minent Maximi hujus Viri Opera Historiæ Politicæ maximè inservientia. (I.) *Introductio in Historiam præcipuorum Imperiorum ac Rerumpubl. quæ in Europa hoc tempore existunt,* idiomate Germanico concepta primum & publicata hoc titulo: **Einleitung zu der *Historie* der vornehmsten Reiche und Staaten / so itziger Zeit in Europa sich befinden.** 1982. in 8. Francof. ad Mœn. Describit ia eadem STATUS CIVILES EUROPÆ, eo ordine, quo à quibusdum Geographis sistuntur; præmissa in I. Cap. Dissertatione erudita de originibus regnorum ac satis diversis Monarchiarum quatuor, inprimis Romanæ. Inde digressus Cap. II. Regnum Hispaniæ, Cap. III. Portugalliæ. Cap. IV. Angliæ, Cap. V. Galliæ, Cap. VI. Statuum fœderati Belgii, Cap. VII. Rempubl. Helvetiorum, Cap. VIII. Imperium Germanicum Cap. IX. Daniæ, Cap. X. Poloniæ, Cap. XI. Moscoviæ & Cap. XII. Statum Romani pontificis recenset. Quod dum optimâ auctorum fide nixus, procul habito partium studio præstat, cujusque simul nationis indolem ac characteres, formam regiminis, vires & interesse, quod vocant, Politicum, juxta communis prudentiæ regulas observat atque declarat. Hæc Isagoge Historica prout in Germania & apud exteras, qui illam ex Idiomate Germanico in linguas suas transtulerunt, exoptatissimum meruit applausum: ita amplissimi Regni Suecici in illa descriptio passim desiderata fuit. Quod

I. Isagoge ejus Historica.

Continuatio ejus.

cum Auctor Nobilisſimus intellexiſſet, deſiderio ſtudioſæ juventutis & aliorum etiam hac in parte velificandum cenſuit; ideoque CONTINUATIONEM edidit Hiſtoriæ de præcipuis Regnis & Statibus in Europa, in qua Regnum Svecicum ejusque res ac bella cum exteris regnis geſta deſcribuntur Francofurt. ad Mœn. 1686. in 8. *Continuirte* Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa/ quæ Antiquisſimas Regni Suecici origenes evolvens, fata, quibus illud ante & poſt natum Mundi Salvatorem, obnoxium fuit, remotis fabulis, queis veterum rerum Gothicarum ſcriptorum libri ſcatent, dilucide expoſuit, Scripſerat interea *Antonius Varillaſius*, Gallus, Hiſtoriam Revolutionum Europæ in Cauſa Religionis eademque res Suecicas attigerat, paucis licet pagellis, nonaginta & uno erroribus, variis item audaciæ & fingendi licentiæ ſpeciminibus refectis. Hos igitur errores; tùm Geographicos tùm Genealogicos tùm præcipuè Hiſtoricos & Politicos, hanc audaciam & fingendi in hiſtoria Sueco-Danica licentiam juſtò religionis Evangelicæ Zelo actus *Puffendorffius*, excerpere & confutare aggreſſus eſt in Appendice Iſagoges ad Hiſtoriam de præcipuis Europæ Statibus ANTONIO VARILLASIO oppoſitâ: Anhang der *continuirten* Einleitung zu der Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten von Europa *Antoine Varillas* entgegen geſetzet. *Francof.*

Appendix ejus.

cos. ad Mæn. 1687. in 8. Cum autem multi, omissa ob brevitatis studium, quod Puffendorffio τῷ μακαρίτῃ placuerat, Scriptorum, unde is sua hausserat desiderarent testimonia, quibus Lux major historiæ affunderetur: *Johannes Petrus Ludovici*, Professor Acad. Fridericianæ Excellentissimus, qui Isagogen Historicam studiosæ juventuti privatim explicuerat, id operam dedit, ut quæ strictim in ea commemorata sunt, monstratis primis fontibus, allatisque in Medium Autorum probationum testimoniis, germanicè dilucidaret atque firmaret in Dilucidatione Isagoges Historicæ Dn. Puffendorffii de hodiernis in Europa Regnis Statibusque præcipuis, **Erläuterung über S. T. Herr Samuel von Puffendorff Einleitung zur Historie der vornehmsten Reiche und Staaten so itziger Zeit in Europa sich befinden.** Cujus primam partem, quæ prima quatuor Isagoges commendatæ capita illustrat, exhibuit Lipsiæ & Francof. 1695, in 8. reliquis nondum, quod sciamus, evulgatis. Denique in gratiam illorum, qui Germanicæ linguæ periti non sunt, latinitate Introductionem Puffendorffianam donavit Vir Celeberrimus *Johannes Friedricus CRAMERUS*, & quidem quoad priorem partem anno 1688. in 8. Francof. quoad posteriorem 1703. in 8. Ultrajecti. Invenerat scil. hæc versio accedente insuper styli nitore ac elegantiâ, tot emptores, ut copia ejus amplius haberi non posset & obstrictum adeo se, ut

Dilucidatio ejus.

Versio ejus Latina.

ut tertium eam typis committeret, Typographus ſentiret. Atque hæc tertia d. anno 1703. verſionis Latinæ editio dûabus prioribus non eo tantum nomine præferenda, quod quam emendatiſſima, ut in præfatione Typographus obteſtatur, prodierit, ſed quod Hiſtoria etiam Sueciæ quæ in illis non comparuit, acceſſerit, ex majore & peculiari opere, quo complexus eam Puffendorffius Germanico idiomate fuerat, in compendium redacta. Inter tot igitur Hiſtoriæ compendia, quæ lucem viderunt publicam, nullum fortaſſe tantum omnium applauſum meruit quam Puffendorffiana illa in Hiſtoriam Europeam introductio, tàm avidè excepta ut jam anno 1699. quartum Typis fuerit exſcribenda & ejus etiam editionis exempla pauca admodum ſuperſint. Æſtimanda quidem maximè ob nervum atque exactam hiſtoriarum rationem, quâ non ſolum hiſtoriam tradit ſed etiam ſtatum politicum atque intereſſe Regnorum ſingulorum; ob brevitatem tamen quam ſervat, magis commendanda provectioribus, quàm illis, qui hiſtoriam cupiunt addiſcere.

Judicium de Iſagoge.

II. Commentarii de Rebus Guſtavi Regis Sueciæ ſumma.

(II.) *COMMENTARIORUM de Rebus Suecicis libri XXVI. ab expeditione Guſtavi Adolphi Regis in Germaniam ad abdicationem usque Chriſtinæ. Ultrajecti 1686. fol.* His ipſis licet operis inſcriptio res ſolûm Suecicas promittere videtur, tamen cum illis Res Germanicæ ſint innexæ, & utramque fere paginam faciant, non immeritò Hiſtoriam belli in Germa-

mania tricennalis & id consecutæ pacis Osnaburgensis contineri quis dixerit. Quam *Auctor Illustrissimus*, non ut narrationum Scriptores vulgò incertis è rumoribus aut conjecturis consarcinavit, sed, ut ipse fatetur, è documentis omni exceptione majoribus summâ fide collegit. Præmissis necessariis de Instituto Operis monitis, antequam rerum narrationem ordiretur, exponere ipsi libuit, qui tùm temporis Germaniæ, quæ illi bello arenam præbuit, tùm Sueciæ atque vicinorum fuerit status, qui apud Socios hostesque animorum habitus, quæ spes & fiducia quive metus, quid firmum aut debile. In primis autem occasionem belli à religionis Dissidio arcessit, quippe quod in id miseriæ Germaniam devolvit. Hinc primo libro Reformationis à D. Luthero susceptæ historiam repetit, ut dein Pontificiorum consilia de Protestantium Religione opprimenda & motuum Bohemicorum, unde Belli Germanici origo, causæ innotescant magis. Indè verò justo ordine, historiæ belli telam ab anno seculi XVII. decimo octavo ad expeditionem Gustavi Adolphi Regis in Germaniam brevius & hinc ad abdicationem usque Christinæ, incomparabilis Herois' filiæ, anno M. DC. LIV. factam, prolixius pertexere contendit. Cuique libro epitomen præmittit, ut lectori primo intuitu, quid eo contineatur, constare possit; sub finem verò Operis eruditissimi rerum eo contentarum index subjunctus est copiosus. Continuatio hujus operis

ris est aliud, quod posteà in Gallicum atque Germanicum sermonem translatum quodve inscriptum: *Commentariorum de Rebus a Carolo Gustavo Sueciæ Rege gestis, Libri* II. *Norimbergæ 1696. fol.* In quo quidem adornando tametsi non æque lata spatia decurrenda habuerit quam in priori illo de Rebus Gustavi Adolphi; tamen & in hoc vix unius sexennii complexu is præclarorum factorum cumulus, is splendor meritorum, ea consiliorum solertia se offert, ut, si quis isthæc cum annis conferat, ætatem ultrà putaturus sit. Absolvitur autem Commentarius hic, plurimis iisdemque elegantibus valdè tabulis æneis exornatus, septem omninò libris, quorum Primus percenset Historiam anni 1654. Secundus Historiam anni 1655. Tertius 1656. Quartus anni 1657. Quintus 1658. Sextus anni 1659, & quorum septimo finitur omnis rerum à Carolo Gustavo gestarum historia ac anno adeò 1660. gloriosa simul Magni Herois vita. Reliqua pars hujus libri occupatur in describendis Tractatibus tùm Olivensibus, quibus pax d. 23. April. inter Suecos, Polonos, Cæsareos & Brandenburgicos, Ludovicæ Mariæ Poloniæ Reginæ maximè industriâ coaluit; tùm Danicis quibus d. 27. Maji, non gravis minus bello finis fuit impositus: cum unius Regis virtus sex populos sustinuisset, duorumque Regum alterum extra fines Regni sui ejecisset intrà Regiam, alterum obsedisset, progressibus Victoris sistendis tota propemodùm Europa excitatâ. *Conf. Wilh.*

3. Commentarii de Rebus Caroli Gustavi summa.

Wilh. Ernestus Tentzelius Colloqu. Menstr. d. ann. 1696. m. Octobr. p. m. 735. m. Septembr.

(III.) *Commentariorum de Rebus Gestis FRIEDERICI WILHELMI MAGNI, Electoris Brandenburgici libri novendecim Berolini 1695. in fol.* Continetur in his Commentariis dimidii fere seculi exacta Historia, ab ann. scil. 1640. ad 1688. nec ea Brandenburgicarum ditionum circumscripta finibus, sed catholica velut & per Europam omnem diffusa; Styli præterea elegantiâ venustateque, qualem tot alia Puffendorffi scripta spirant, undique conspicua nec non judicio Politico ubique referta, qua præter rerum gestarum seriem, circumstantias atque eventum, quibus enarrandis plerorumque Historiographorum consumi solet industria, *Illustrissimus Autor* ubivis consiliorum datorum captorumque momenta & quo collimatum reverà in gravissimis negotiis quoque cum successu fuerit, aperit, Historicumque adeò πολιτικώτερον quam quisquam ante eum alius fuit, sese exhibet. Id quoad hic illic magis fortasse præstitit dilucide, quam velint, qui id genus mysteria arcanis Principum penetralibus ac sacrariis coercenda non propalanda in vulgus contendunt. *Wilhelm. Ernest. Tentzelius Colloqu. Menstr. d. anno 1696. m. Septembr. pag. m. 795. seqq.* **Gottfried Zenner Winter, Parnaß 1694. in 8. Franckf. und Leipz. n. XXXVII. pag. 114. seqq.** item *Burc. Gotth. Struvii Bibliotheca Histor. 1705. in 8. edit. cap. XX. §. VI. p. m. 542.*

(III.) Commentarii de Rebus Frieder. Wilh. Elect. Brand. summa.

§42. ubi ita judicat de Opere Brandenburgico; *Certè Historiarum nostri temporis facile Princeps erat Auctor qui magna gravitate, prudentia & fide res gestas Friederici Wilhelmi & simul potiora Europæ descripsit ut facile omnes vincere-* Judicium Struvii de Comment. Puffend. *ret. Exhibitum hoc Scriptum antequam ederetur in consilio sanctiori, demandata revidendi cura præcipuo ex consiliariis intimis per quem etiam in prioribus aliqua quæ in præjudicium vergere videbantur, fuerunt delata. Cum vero posteriora non tanta cura reviderentur, remanserunt nonnulla quæ erasa mallent aliqui. Add. Cap. VIII. §. 12. pag. m. 206. 207. cap. XXVII. §. X. 460.* ubi ita de Suecico opere judicat: *Suecorum quidem partibus favere videtur* (Commentariis scil. de Rebus Suecicis) *imo favet, eo quod veras Regis in suscipienda expeditione Germanica rationes reticeret; in ipsa verò expeditione certe jussus est & accuratus. Add. c. XXIX. §. 4. p. m. 739. & de Introductione Historica c. XXXI. §. I. p. m. 772.* Conferendum est cum Puffendorffii Commentariis THEATRUM EUROPÆUM item DIARIUM EUROPÆUM, de quo Judicia legenda apud Michaelem Hertzium in Bibl. German. n. 628. 629. Cap. Sagittarium Introd. in Hist. Eccles. Cap. XII. §. 57. p. m. 214. 215. Gottfried Zenner Sommer-Parnaß 1694. pag. 168. Joh. Burch. Majum Orat. de Conscrib. Sec. XVII. Hist. Univ. p. 35. 36. & B. G. Struvium Bibl. Hist. Cap. VIII. §. XII. pag. 202. 203.

Theatrum & Diarium Europæum.

§. X. Ex

§. X. Ex *HISTORICIS ANGLICANARUM RERUM RECENTISSIMIS*, seligimus, *Nicolaum CHEVALIERIUM*, *in Historia Wilhelmi III. Numismatibus, Inscriptionibus, Arcubus triumphalibus aliisque monumentis publicis illustratâ*, publicatâque Amstelodami in fol. 1692. In quo opere conscribendo ita se gessit Autor, ut in colligendis & ornandis numismatibus Claudii Francisci Menestrevii, S. J. qui an. 1689. Historiam Ludovici M. nummis itidem aliisque monumentis publicis illustratam Parisiis edidit, studium exæquarit, in illis autem interpretandis longissimè superarit. Natus ab anno 1650. quo natus est Wilhelmus usque ad annum 1691. quo in ordinem redacta est Hibernia, omnia quæ in Hollanda terra marique notatu digna gesta sunt, justo ordine verbis prolixis, & ut fieri amat in Republica libera, stylo satis libero, ita persequutus est, ut dum Historia Wilhelmi III. inscribitur, simul novissimi & superiorum bellorum cum Anglis & Gallis gestorum Historia dici mereatur. *Conf. Wilh. Ernest. Tentzelius Colloqu. Menstr. d. ann. 1693. pag. 76.* qui interposito in parenthesi de Chevalieriana Historia hoc judicio: Es ist des neuesten Scribenten Chevaliers historie König Wilhelms höher zu halten als des Menestrier historie König Ludwigs / weil er die Gelegenheit und Geschichte darum die Medaillen geschlagen werden / denen Liebhabern und Nachkommen zum Besten aufführet / da-

Ex Anglicis CHEVALIERIUS.

hingegen Meneſtrier ſie nur mit wenig Worten anzeiget; Nummum quendam ex pag. 48. Chevalierianum de Inſigni Hollandiæ, Virgine ſcil. ſepto inclusâ egregiè ex Antonii Matthæi Tr. de jure Gladii illuſtrat. *Add. Anonymi Hiſtoria mutationum Angliæ ſub regno Jacobi II. ad mutationem Guil. III. an. 1689. in 12. Amſtelod.* apud Lipſ. Act. Erud. Coll. T. VIII. 1689. p. m. 544. ſeqq. *Anonymi Hiſtoria Wilhelmi III. Principis Auriaci an. 1689. in 12. Amſtel.* Apud Lipſ. T. IX. 1690. pag. 47. ſeqq. *Anonymi Religio & libertas Angliæ per Principem Orangii reſtituta 1689. in 4. Amſtel.* apud Lipſ. T. IX. 1690. p. 52. ſqq. *Anonymi Hiſtoria Principum Aranſionenſium è domo Naſſonica Amſtel. 1692. 12.* ap. Lipſ. T. XII. 1693. p. 43. & 44. Quod ſcriptum ſupplementum eſt illius d. an. 1689. tit. *Hiſtoria Wilhelmi III. Principis Auriaci. Anonymi Hiſtoria Wilhelmi III. Magnæ Britanniæ Regis Amſtel. 1692. in 12.* apud Lipſ. T. XII. 1693. p. 44. 45. & aliorum apud B. G. Struvium Bibl. Hiſt. cap. XVI. §. XVIII. p. m. 428. 429.

Ex Belgicis Bizotus.

§. XI. Ex Hiſtoricis RERUM BELGICARUM recentiſſimis ſeligimus BIZOTUM & OUDANUM. Abbati BIZOTO in elegantiſſima ſua *Hiſtoria Fœderati Belgii Numiſmatibus illuſtrata*, Gallicè conſcriptâ & primùm Pariſiis an. 1687. in fol. excusâ poſt recusâ Amſtelodami 1688. in 8. 3. Vol. non aliud fuit propoſitum, quàm Fœderati Belgii Hiſtoriam, à primis natæ Reipubl. initiis ad recentiora usque tempora deſcriptam,

Digitized by Google

ptam, per numismata, sive Fœderatorum omnium auspiciis, sive ptivato aliorum ausu, eo temporis intervallo cusa illustrare: eum in modum quo clarissimam lucem Romanæ Historiæ à diversis Autoribus, Seleucidarium in Syria Regum à *Vaillantio*, Imp. Constantinopol, *à Fresneo*, Romanorum Pontificum *a MOLINETO* ex nummis affusam deprehendimus. Post brevem præfationem, quâ recentioribus æque ac antiquis Numismatibus decus suum ac utilitas asseritur & origo Fœderatæ Belgarum Reipublicæ succincte enarratur: opus suum ab 1566. orditur. *BIZOTUS*, quemadmodum & Annales suos Belgicos auspicatus ab eodem *HUGO GROTIUS* fuerat. Inde *BIZOTUS* cœptum Historiæ filum pertexit & quid quoque anno post exortos gravissimos illos in Belgio motus, totoque civilis, in quod erupuerunt, belli tempore gestum fuerit; ut seculo XVII. belluin utrinque per duodecennales inducias quieverit sed iis finitis eo exarserit acrius donec anno 1648. in æternam tandem pacem desineret; quæ Fœderatæ Reip. postquam Hispanicum excussisset jugum, domi forisque fata fuerint, donec variis gravissimisque cum hostibus aliis jactata bellis, quieti tandem perpacem Neomagensem anno 1678. restitueretur: hæc, inquam, aliaque Annalium in modum sed breviter & per summa rerum capita recensetur; ubique verò Nummos,

quibus rerum gestarum memoria consignata est, æri quàm elegantissimè insculptos exhibet, eademque adeò operâ per Numismata Historiam & ex Historia Nummos illustrat & explicat. Interim non æquo satis animo pertulerunt Belgæ gloriam ejusmodi Opere de Patria sua benè merendi ab Abbate Gallo sibi præreptam. Idem enim frustra hactenus tentarant *Petrus SCRIVERIUS*, *Melchior BARLÆUS*, *Rochus HONERDUS*, statuum Belgicorum consiliarius & legatus ad Polonorum Regem & Reginam Sueciæ *Andreas Jacobi de WOU*, eques auratus, *Gerardus Scaap*, Consul Amstelodamensis, *Antonius Thysius* Professor Leydensis, *Bœckelius* denique *de Zanten* consiliarius Harlemensis. Bizoti igitur opus in octava forma recudit ac in Tomos duos distinxit *Petrus Mortarius*, Bibliopola Amstelodamensis, anno 1688. Virum etiam aliquem eruditum exoravit, ut cum ipsorum Numismatum Archetypis iconismos Parisiensis conferret, hos ex illis sœpiuscule emendaret, ac præterea centuria & quadraginta nummis Historiam illam Hollandiæ auctiorem redderet. Neque tamen heic subsistit diligentia BELGARUM, paria cum BIZOTO facere cupientium; quin integro ac peculiari Tomo istius lacunas supplere studuit

OUDANUS. *Joachimus OUDANUS, in supplemento ad Historiam Fœderati Belgii numismatibus a Bizoto illustratam Amstelod. 1690. in 8.* Noluit autem Historiam suam altius ordiri quam Bizo-

tus

tus fecerat, unde præfationi tantùm inſeruit rariores nummos ante annum 1568. cuſos. In Opere ipſo queritur, BIZOTUM fœda aſſentatione omnia Regis ſui in Belgio geſta in majus extuliſſe ac hiſtoriam multis modis corrupiſſe. Hinc tanto prolixius atque accuratius Batavorum fata inde ab An. 1678. ad ann. 1689. enarrat nequè ſibi ab acerbioribus ſubindè verbis nummisve Satyricis temperat ab inſtituto alienis. Volumini annectitur THEATRUM HONORIS, exhibens Epitaphia æri inciſa Heroum qui pro Republica Hollandiæ mortem oppetierunt, numero ſedecim, *Wilhelmi* I. Auriaci Principis, *Jacobi ab Hermskerk*, *Lamberti Moy*, *Petri Heinii*, *Cornelii Johannis* cognomento *Galli*, *Johannis à GALEN*, *Martini Harperti Trompii*, *Cornelii de WITT*, *Jacobi de Waſſenaar*, *Egberti Bartholomæi de Conſtenaar*, *Abrahami* von der Hulſt / *Wilhelmi van de Zaan*, *Wilhelmi Joſephi Bannis de Gendt*, *Johannis de Liefde*, *Iſaaci Swevii Michaelis Hadriani de Rulter*, & qui extrema occupat, *Ducis Albani*, cujus ſtatua famoſisſima, dudum ipſoque tyranno ſuperſtite diruta ac comminuta. Add. Hiſtoria Belgii fœderati ab induciis ann. 1609. in quibus deſinit GROTIUS usque ad noſtram ætatem deducta per Dominum NEOVILLIUM Gallice compoſita, & Pariſiis Tom. IV. in 12. 1702. in publicum producta.

§. XII. Ex HISTORICIS RERUM GALLICARUM Recentisſimis ac Gallicis.

Menestrerius.

seligimus MENESTRERIUM ejusdemque Continuatores Nobilissimos. *Claudius Franciscus MENESTRERIUS* (de quo infra in Classe XVI. pluribus dicemus: *Historiam Regis Ludovici MAGNI, Nummis Emblematibus, Symbolis, Lemmatibus, Inscriptionibus, Arcubus Triumphalibus, aliisque monumentis publicis illustratam*, Gallico que idiomate conscriptam in lucem emisit *anno 1689. Parisiis* in fol. mox in Belgio recusam *1691. Amstelod.* Hæc autem monumenta depromta sunt ex conclavi Patris de la Chaise atque æri elegantissimè incisa. Novæ quam Belgæ procurarunt editioni, varia addiderunt numismata quæ in convicium Gallarum Regis fuerunt conflata. Compendiarium Historiæ recensum instituit *W. E. Tentzelius Colloqu. Menstr. d. ann. 1691. pag. 406. seqq.* qui conferendus. Interim Regia Numismatum & Inscriptionum Academia institutum Menestrerianum strenuè prosecuta, eandem Menestrerii Historiam, sed ad finem usque seculi decimi septimi, evectumque ad Sceptra Hispanica, quo jure quave injuria, filium Regis Philippum, deductam & numismatibus exornatam augusto illo volumine linguâ Gallicâ concepto edidit, quod inscribitur: *Numismata, Res præcipuas, quæ Ludovici Magni auspiciis gestæ sunt, repræsentantia, unà cum explicationibus Historicis Paris. 1702. in 4. Maj.* Illud verò cum dignum Rege munus existimasset Rex Galliæ exempla omnia ad se recepit eaque inter

ter Viros Principes aliosque, quibus benè vellet munificè distribuit. Ut itaque ex tanto opere ad cæteros quoque fructus aliquis perveniret, novam hanc editionem, minore quidem forma, nec inelegantem tamen, optimo Consilio Clarissimi Academiæ socii procurarunt; in quâ & Nummi eadem planè magnitudine repræsentantur, quâ cusi sunt & subjecta est singulis nummis explicatio brevis & concinna, unde tùm de occasione cudendi numismatis tùm de genuino ejus sensu lectoribus constet. Ex Reliquis, qui Historiam Galliæ novissimam describere conati sunt, eminent: (1.) *Ludovicus le Gendre*, Ecclesiæ Parisiensis Canonicus, in Gallico suo *SPECIMINE Historiæ Regni Ludovici Magni usque ad pacem Generalem 1687. sancitam*, tanto cum applausu in Gallia suscepto, ut cum anno 1697. Parisiis prima vice in lucem prodiisset quarta illius editio ann. 1699. comparuerit. Neque id mirum est. Præterquam enim quod ipsum operis argumentum non potuit non Lectores cujuscunque generis & ordinis allicere, Auctor Nobilissimus magno id ingenio nec minori stylli elegantia pertractavit Regis Christianissimi, Ludovici magni gloriæ, cui tàm impense Galli omnes studeant, nec exteri derogatum quid cupiunt, nusquam non velificatus. (2.) *Dominus de RABUTIN* Comes de Bursy (cujus de propria vita commentarios recensent Lipsii Act. Erud. Collect. Tom. XVIII. 1698. p. 23. seqq.) *in HISTORIA Ludovici XIV.*

GENDREUS.

RABUTINUS.

Regis Franciæ & Navarræ memoratu maximè digna, quæ sub ejus regno ad novissimum usque tempus contigerunt, compendio complectente Parisiis 1700. in 12. editâ Gallicèque consignatâ, quâ succinctè admodum tùm quæ Rege minorenni tùm quæ ejusmet auspiciis gesta sunt perstringit, stylo usus puro ac terso. *Conf. Auctor Excerpt. Menstr. Hannov. d. an. 1700. m. Jan. p. 43. 44.* (qui ECCARDUS Secretarius Hannoveranus perhibetur à B. G. Struvio Introd. in Notit Rei Literar. Cap. III. §. XXI. pag. III.

ex Italicis Ut.

§. XIII. Ex HISTORICIS Rerum ITALICARUM Recentissimis seligimus *GREGORIUM LETUM*, natione ITALUM, Virum labore diligentissimum & sanitate felicissimum, quippe qui cephalalgia nunquam, aliis morbis non nisi ter toto vitæ suæ tractu infestatus; cujus Vitæ historiam, mortem subitaneam (1701. d. 9. Jun.) & Scriptorum notitiam ex Ludovici Moreri Dictionario Magno Historico suppeditavit Eccardus, Secretarius Hannoveranus, in Excerpt. Menstr. Hannov. Libr. Nov. 1702. m. Jan. n. XV. pag. 63. seqq. Is Ipse Italico sermone scripsit de *ITALIA REGNANTE* Genevæ 1676. in 12. in qua (*Struvio* teste in *Biblioth. Histor. Cap. XXVII. §. VI. pag. m. 672. 673.*) non solum Generalem Italiæ Historiam describit de Populis & Principibus agens, sed etiam de incolarum ratione atque numero, Academiis & Viris præcipuis qui in iisdem celarent. Variis

Vita ejus & scripta præcipua

præ-

præterea Operibus linguâ Italicâ editis Historiam nostri temporis laudabili quidem diligentiâ sed non pari ubique fide tractavit Judice *Majo in Orat. de scrib. Sec. XVII. Hist. Univ. p. m. 26.* Eminent inter illa (1.) *Vita Philippi* II. Hispaniarum Regis, Poloniæ impressa 1679. in 4. Quod scriptum ideò æstimandum judice *Struvio in Biblioth. Hist. Cap. XIII. §. 8. p. 290.* quod Autor pleraque, quæ alii dixerant, in hunc Tractatum congessit. Medium quidem se gerere voluit inter eos qui Philippum II. vel laudant vel vituperant, magis tamen ad illorum partes inclinare videtur. (2.) *Vita Sixti V. Papæ*, de facto Gelsio Rogeri attributa sed jure Gregorio LETI attribuenda, docente *Angelico Aprosio* in *larva detracta* pag. III. ubi & sequens Epigramma communicat:

Ut nomen lateat GREGORI grammate LETI
GELSIO ROGERI, vertit idemque sonat.
Pontificis Xisti calamo dum gesta recenset,
Pastorem celebrat, cujus ovile fugit.

(3.) *Vita Elisabethæ Angliæ Reginæ*, quæ tamen in Gallicam postea translata linguam prodiit Amstelod. 1694. in 12. In qua potissimum illud æstimandum monente *Struvio Bibl. Histor. cap. XVI. §. XII. p. 415.* quod sine partium studio res maximè memorabiles narret. *Vid.*

Lipſ. Act. Erud. Collect. T. XIV. 1695. m. May. pag. 215. ſeqq. (4.) *Vita Oliverii Cromvellii,* quæ denuò in Gallicum translata Idioma, exiit Amſtelod. 1694. in 12. quave dubiam annititur reddere palmam plurimis calamis quos vita Cromvelliana occupavit. *Vid. Lipſ. Collect. Tom. II. Supplem. Sect. X. p. m. 492. ſeqq.* (5.) *Vita Petri Gironis,* Ducis de Offuna, Proregis Regni Neapolitani & Siciliæ regnante Philippo III. Amſtelod. 1699. in 12. *V. 116. Lipſ. A. E. Collect. Tom. XVIII. 1699. m. Aug. pag. m. 371.* ubi monent Gregorium LETI præter cœtera in Vitis Principum Illuſtriumque Virorum perſcribendis ſingularem induſtriam ferè ſine exemplo poſuiſſe; extare ab illo luculenter compoſitas Vitas Philippi II. R. Hiſp. Eliſabethæ Reginæ Angliæ, Sixti V. Pontificis, Oliverii Cromvellii, Dominæ Olympiæ & Ducis Valentini ſeu Cæſaris Borgiæ. His accedere Vitam Petri Gironis Ducis Oſſunæ & Cardinalis Ægidii ALBORNOSSII ad prelum paratam; adeòque in univerſum octo Vitas illuſtriores elaboraſſe πολυγραφώτατον Auctorem quot vix alius quisquam perficiendas aut publicandas ſuſceperit. (6.) *Theatrum BRITANNICUM* Amſtelod. 1684. in 12. quo ſtatum publicum Britanniæ omnemque gentis hiſtoriam ita perſecutus eſt ut memorem ſe præbeat monitorum Petri Ronquilli, Regis Catholici ad magnæ Britanniæ Regem legati, qui conſulenti noſtro ex antiqua hiſtoria pauca ſed ſelecta adſpergenda, ex recentiori verò omnia

mnia, ſed inſigni brevitate & accuratione exprimenda reſponderat. *Vid. B. G. Struvii Biblioth. Hiſtor. cap. XVI. §. 8. p. m. 406.* (7.) *Theatrum Belgicum* Amſtelod. 1690. in 4. (8.) *Theatrum Gallicum* 1691. ibid. in 4. quorum prius continet Obſervationes Hiſtorico-Chronologico-Politico Geographicas de fœderato Belgio: poſterius Monarchiam Regiæ domus Borboniæ ſub Henrico IV. ac Ludovico XIII. & XIV. Galliarum Regibus inprimis poſtremi Vitam paceque ac bello geſta fuſius curatiusque recenſita. *Vid. Lipſienſ. Act. Erudit. Coll. Tom. X. 1691. m. Maj. p. 204. 205.* (9.) *Hiſtoria domus Electoralis Brandenburgicæ* Amſtelod. 1687. in 4. qua more ſuo in rebus recentioribus magna cum libertate agit, maximè verò præconia Friederici Guilielmi Magni nectit. Scriptum hoc in Gallicum ſermonem translatum prodiit ſub titulo: *Abregè de l' hiſtoire de la Maiſon de Brandenburg* à Amſterdam 1687. in 12. *Burc. Gotth. Struvius Biblioth. Hiſt. cap. XX §. 5. p. m. 541.* (10.) *Hiſtoria Saxonica* Amſtelod. 1688. in 4. qua omnem hiſtoriam à prima origine usque ad noſtra tempora deduxit, bellum Smalcaldicum præſertim, aulam Electoralem ejusque Miniſtros Dresdamque Urbem ſatis prolixè deſcribens. *B. G. Struvius Bibl. Hiſtor. Cap. XXII. §. 7. pag. 574.* (11) *Ceremoniale Hiſtorico-Politicum* Amſtelod. 1685. in 12. cujus contenta roponunt *Lipſ. Act. Erudit. Collect. 1685. Tom. V. menſ. Jul. pag. 303. 304.* (12.) *Epiſto-*

Digitized by Google

le a Principibus legatis aliisque Proceribus ad Autorem data & an. 1700. in 8. Amstelod. è scriniis publicatæ in quibus etsi nonnullæ Gallicâ aliave lingua fuerint scriptæ, omnes tamen Italicâ linguâ legi voluit. *Conf. Lipsi. Act. Erud. Collect. Tom. XIX. 1700. m. Jan. p. 13. ubi memorabile hoc de LETO præmittunt elogium*: Certare cum seculo idque superare videtur fœcundissimi ingenii Scriptor Gregorius Leti, qui, quot seculum annos, tot ipse libros & quidem multò minore annorum spatio protulit, & centesimo seculi anno nondum ineunte centesimum scriptorum suorum volumen publicat, quo literas à se & ad se plurium annorum decursu scriptas & duos in Tomos distributas exhibet.

Hispanici. §. XIV. HISTORICORUM in Rebus Hispanicis Recentissimorum locum occupant illi qui jura Successionis Hispanicæ defuncto haud ita pridem Carolo II. descripserunt. Recensuit istos ordine debito & accurato Præcellentissimus Struvius in Bibliothecæ Historicæ Cap. XIII. §. XI. pag. 295. 296. 297. ut repetendi atque recensendi operâ superse dere his in scriptoribus facilè & velimus & debeamus.

Scriptores Historiæ Augustæ. §. XV. Adjiciendi nunc essent Classi Historicorum Politicorum Politicæ *SCRIPTORES HISTORIÆ AUGUSTÆ* h. e. Imperatorum Romano-Germanicorum nec non Pontificum Romanorum, selectusque in corundem amplissima serie instituendus; ni-

Digitized by Google

nisi & hoc gravissimo selectus onere nos allevasset jamjam laudatus *STRUVIUS* in desideratissima sua selectissimaque *Bibliotheca Historica cap. V. pag. 53. sqq. cap. VI. pag. 75. sqq. cap. VII. p. 109. sqq. - - 177. & cap. XXVII. §. X. p. m. 679. seqq.* Sufficiat igitur Excellentissimos hic in utraque Historia indicasse Scriptores. Quoad Historiam IMPERATORUM excellit *Sebastianus Nanus TILLEMONTIUS* qui Gallico sermone scripsit *HISTORIAM IMPERATORUM ROMANORUM aliorumque Principum &c. &c.* Paris. 1690. & 1691. in 4. recusam Brüxellis 1692. in 12. Totum hic Tillemontius se dedit Historiæ scribendæ ideòque ut eo liberius sibi Musisque viveret, nullo publico officio admoveri se passus est. Hanc autem Historiam suam quinque Tomis complexus est. Primo quidem priorum Cæsarum usque ad mortem Pertinacis continet. Tertius & quartus Tomus à Severo usque ad tempora Valentiniani. Quintus Tomus historiam Valentiniani II. Theodosii Arcadii atque Honorii complectitur Parisiis 1701. in 4. Plures Tomos ab eodem editos esse non constat. Opus autem quamvis imperfectum, multæ tamen est eruditionis, in quo multa ex civili & Ecclesiastica Historia hactenus nondum indagata exactè definit, chronologiam restituit, aliorum errores notat, & controversias Historicas exactâ ratione decidit. Cæterum subductus est orbi literario, cui totum se mancipaverat. TILLEMONTIUS. Obitus Tillemontii.

TIL-

TILLEMONTIUS per placidam noctem ann. 1698. cum ſexageſimum ætatis annum expleviſſet. *Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. T. XII. 1693. m. April. p. 188. ſq. & T. XX. 1701. m. Jun. p. m. 244. 245.* Cont. *Jacobi à MELLEN* Eccleſiaſtæ in patria Lubeca meritiſſimi & in conſignandis Novis Maris Balth. & ſeptentr. literariis cum aliis Viris Nobiliſſimis Clariſſimisque ſtrenuè occupati, *SYLLOGE Nummorum ex Argento Uncialium vulgò Talerorum ſeu Imperialium, quos Imperatores & Reges Romanorum nec non Auſtriæ Archi-Duces ſignari juſſerunt Lubecæ 1698. in 4. item SERIES Regum Hungariæ è nummis aureis quos vulgò Ducatos appellant Lubecæ 1699. in 4.* apud. Lipſ. Act. Erud. Collect. Tom. XVII. 1698. m. Sept. p. m. 422. ſeqq. & Tom. XVIII. 1699. m. Jan. p. m. 266. ſeqq. Wilh. Erneſtum Tentzelium Colloqu. Menſtr. 1697. p. 594. ſqq. & 1698. pag. 242. ſeqq. Lubecenſ. Nov. Mar. Balth. & Sept. Collect. T. I. 1698. pag. 45. & T. II. 1699. p. 127. Quibus Nummi tàm argentei quàm aurei Commentario Hiſtorico-Genealogico & Heraldico illuſtrantur adeò ut Liber ille Faſtorum Auſtriacorum & Hungaricorum loco haberi queat, qui argenteis, ut ita dicam atque aureis monumentis per duo vel tria & quod excurrit ſecula auguſtiſſimæ gentis memoriam conſervant. Quoad Hiſtoriam PONTIFICUM eminet *JOH. PALATIUS* J. U. D. Collegiatæ S. Mariæ Maris Domini Plebanus & Archi-Presbyter ejusdem Con-

MELLENIUS.

Scriptores Hiſtoriæ Pontif. Rom.

PALATIUS

Congregationis, Canonicus Ducalis, in Veneto Lyceo Jurisprudentiæ, uti olim Patavii Sacrorum Canonum Profeſſor, S. C. M. Hiſtoricus atque Conſiliarius, Vir toto Orbe literario celebris, ex Monarchiæ Occidentalis Hiſtoria à Carolo M. ad Leopoldum Imp. Aug. Latinè compoſita & vaſtis voluminibus comprehensâ ac Italico quoque idiomate in compendio exhibitâ itemque commentariis in IV. Inſtitutionum libros, Leone maritimo ſive diſſertatione de dominio Maris Adriatici, vitâ M. Antonii Juſtiniani Ducis Veneti, aliisque pluribus animi ingenioſi atque ſolertis ſpecimi nibus, quibus emicant *GESTA PONTIFICUM ROMANORUM* quæ quinque Voluminibus conſtant, quorum Venetis 1687. quintum 1690. fol. prodiit. Fundamentum Operis eſt elogium forma lapidari in ſingulos Pontifices compoſitum. Huic præmittitur ubivis effigies Papæ ære inciſa, Buſtum verò illud Baſi innititur, cujus ſuperior pars exhibet Pontificis monogramma, ſigillum ſive inſignia gentilitia, quæ tamen in prioribus ſeculis deſiderantur; inferior Emblema aliquod plerumque è S. Bibliis petitum ac ad res iſtius Pontificis poetica nonnunquam licentiâ accommodatum. Elogio ſubjiciuntur fuſiores annotationes hiſtoricæ, quibus acuminum in inſcriptione ratio redditur; adjectis ſub finem Nummorum à Pontificibus illis percuſſorum & Epitaphiorum imaginibus ære expreſſis. *Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. T. X. 1691. m. Jul. p. 310.*

Scripta ejus præcipua.

Geſta P. Rom.

Digitized by Google

MOLI-NETUS. *310. ſeqq.* Conferendus cum Pallatio *CLAUDIUS MOLINETUS* qui *HISTORIAM SUMMORUM PONTIFICUM* à Martino V. ad Innocentium X. per eorum numiſmata explicavit ab anno 1317. ad 1678. Pariſ. 1679. fol. & qui non ſolùm multò plura adjecit numiſmata ſed etiam in variorum rituum explicatione longè majora præſtitit

BONANI. *PHILIPPUS BONANI in NUMISMATIBUS PONTIFICUM ROMANORUM*, quæ à tempore Martini V. usque ad annum 1699. vel auctoritate publica vel privato genio in lucem prodiere explicatis ac multiplici eruditione ſacra & profana illuſtratis. Romæ 1699. fol. *Vid. Lipſienſ. Act Erud. Collect. Tom. XVIII. 1699. menſe Nov. p. m. 520. ſeqq.*

(O)

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS TERTIA SPECIALIS

Genuini ad Politicam Apparatus proponens

PHILOLOGICOS SELECTOS.

§. I.

PRæter Dogmaticos atque Hiſtoricos Politicos & civiles prudentiæ ſtudiis potisſimùm deſtinatos, ſunt alii, qui non quidem ex profeſſo ad uſum Politicum ſcripſerunt, non minori tamen dexteritate, quanquam non æque obviâ, partem aliquam doctrinæ politicæ tractarunt ſœpèque ea ingeſſerunt monita, quæ non melius ſuppeditaverint qui id unum egêre. Tales haberi debent Scriptores Epiſtolarum Politicarum, Orationum Civilium & non nulli Poetarum, quorum ſcriptio longius à Civilis vitæ propoſito recedere videtur, tractatio autem de maximis Reipubl. negotiis communi- Philologicorum in Politicis Uſus.

nicat. Nam ut rectè notavit *Bœclerus dissert. de Polit. Lipſ. Cap. IV. p. 31.* in illa ſimplicitate Epiſtolari ſœpè gravitas maxima politicorum dogmatum latet, præſertim ſi à Viris in Republ. verſantibus exaratæ ſint & ut idem monet in *Biblioth. Polit. Contr. §. 107. & §. III.* Oratorum ſententiæ, inventiones & artificia paſſim ex intimis adytis verè ſic dictæ civilis prudentiæ promanant Poetæ item recenſendo virtutes & res geſtas Principum aut Miniſtrorum civilis prudentiæ ſtudium adjuvant.

Epiſtolicorum Politicorum ſelectus.

§. II. Ex Antiquioribus Epiſtolarum Politicarum Scriptoribus GRÆCOS non attingimus & in his Epiſtolas PHALARIDIS TYRANNI (de quibus ſi placet conf. Schediaſmata noſtra Biblioth. Gr. difficil. 1702. Roſtoch. ed. in 4. Sched. primum totum) quia neque argumentum earum modernum attingit Politiæ ſtatum neque lingua quibus exaratæ modernum Politicorum cultum. Attingimus potius LATINOS & ex his præ reliquis commendamus *Plinii Cæcilii ſecundi Epiſtolas* & imprimis Epiſtolarum *Librum decimum* cujus prior pars continet Plinii Epiſtolas ad Imp. Trajanum ſolitarias à n. I. - - XX. p. m. 755. edit. Thomaſ. in 8. 1686. Hal. pars poſterior Trajani & Plinli mutuas à n. XX. ſqq. pag. 786. ſeqq.

Epiſtolæ Plinii

Commentariorum in eas apparatus.

§. III. *COMMENTARIORUM* in has Epiſtolas quod attinet *APPARATUM*, Conradus equidem Rittershuſius putat; *VENETAM* Aldi Manutii Commenta-

tationem primam omnium prodiisse anno M. D. IV. descriptam ex membranis Gallicis, quas Aloisius Mocenicus Eques & Senator Venetus secum in Italiam ex legatione attulerat; falsò tamen quia prima Epistolarum Plinii accuratioribus Philologis videtur esse *Neapolitana* anni CIↃ. CCCC. LXXVI. *ARGENTORATENSIS* quam Matthias Schuterius Selestensis procuravit ann. M. D. XIV. ferè ubique sublegit vestigia Aldina. *MEDIOLANENSIS*, quam Commentariis auctam illustratamque dedit Joh. Maria Catanæus & Basiliæ posteà recudit Hier. Frobenius, prodiit ann. M. D. LII. Aliquoties etiam Epistolas Plinianas recudit *Henricus STEPHANUS* cum Græcarum Vocum & sententiarum interpretatione & ad loca quædam suis atque generis sui Is. Casauboni notis quæ ann. M. D. XCI. demùm accessere. *Adriani BARLANDI*, nati Barlandiæ, quæ vicus insignis Zuytbevelandiæ Zeelandorum insulæ, Scholia in selectas Plinii Epistolas paucis innotuisse Eruditiores observant. *Conradi Rittershusii* Commentarius in decimum Epistol. Plinii librum separatim lucem adspexit Ambergæ M. DC. VIII. & IX. in 8. præmissâ Plinii & Trajani vitâ. Præterea exstant Epistolæ Plinianæ cum Commentario inprimis laudato *Joh. Mariæ Catanei* Paris. M. DC. I. Genevæ M. DC. XXV. & M. DC. XLIII. in 4. Cum *Augusti BUCHNERI* animadversionibus excusæ sunt Francof. ad Viadrum Confusus.

M. DC. XLIV. in 12. item M. DC. L. & M. DC. LXV. in 8. additis notis Isaaci Casauboni, Henr. Stephani & Casp. Barthii, cujus postremi Observationes ex ejus Adversariis Andreas Rivinus collegit. *Atque* hæ Animadversiones Buchnerianæ mediocres quidem sunt, si molem spectes, elegantia tamen & rerum gravitate reliquis anteferendæ & omninò legendæ. Eximiæ sunt editiones (1.) *VEENHUSIANA*, quæ Joh. Veenhusio digerente observationes excerptas Variorum & Johan. Fried. Gronovii adjunctas habet Lugd. Batav. 1669. in 8. (2.) *THOMASIANA*, cum eruditis Jacobi THOMASII de PLINII Vita, Christianismo, Elogiis Editoribus, & prolegomenis accurateque selectis variorum & ineditis hactenus Casp. BARTHII notis Lipsiæ M. DC. LXXV. in 8. (3.) *CELLARIANA*, Maximi seculi nostri Viri Christophori CELLARII Lipsiæ M. DC. XCIII. in 12. qui & Epistolas Plinianas & Panegyricum emendatissimè, quantum fieri potuit, in consilium adhibitis novis & antiquis editionibus, etiam MSCIS quæ Grüterus & Nodius enotaverunt, virorumque eruditissimorum conjecturis exhibuit; Interpretationibus suis, locis obscurioribus lucem satis claram affudit, duces secutus, quos ipse laudat, Johan. Mariam Catanæum, Aug. Buchnerum & Jac. Thomasium: *Indicem* rerum passim emendatiorem reddidit & *novum* planè *Latinitatis* Plinianæ subjecit, cujus causa epistolas in sectiones & Pa-

Selectus 1. Veenhusii

2. Thomasii

3. Cellarii.

Panegyricum non tantùm in capita sed & numeros minores divisos repræsentavit. Et quoniam multa sunt, quæ in epistolis sine *Geographia* non possunt satis explicari, novo, at utilissimo instituto, *Tabellas quatuor parvas* addidit, quarum prima Tyberinum tractum; altera Vesuvii incendium; tertia ingressum in provinciam ab Epheso usque: quarta provinciam Ponti ipsam ob oculos ponit. Denique aliam Vitæ Plinianæ, novo itidem invento, eamque correctiorem descriptionem ita adornavit, ut omnia, quæ de Plinii toto vitæ cursu adfert, ex ipsis Plinii Epistolis & Panegyrico, citatis semper locis, depromserit. Judicium de illis CRENIANUM.

Supponendum hic est monitum *Ornatissimi* CRENII *in Animadv. Histor. Philos. Part. I. cap. I. §. V. edit. Roterod. 1695. in 8. p. 4. 5.* de tribus illis selectis editionibus his verbis conceptum: *De Johanne Veenhusio Bremensi, Celeberrimo Jacobo Thomasio & Christoph. Cellario mirari subit, qui factum, quod cum Plinii Epistolas satis accuratè recensuerint, Aldi Manutii & Andreæ Cratandri præfationes neglexerint, quæ præfixæ leguntur editioni Plinii Epistol. Lugduni excusæ in ædibus Laurentii Hilarii sumtu honesti Viri Vincentii de Portonariis de Tridino, de Montferrato M. D. XXIX. Partem dedicationis Aldinæ admodum brevem recenset in p. 8. præfationis suæ dictus Thomasius, quæ, quod illâ non destitutus fuerit, indicat. An verò hunc Cratandri habuerit, dicere non habeo. Basilensis utriusque à Cratandro excusæ editionis*

4. Hearnii. *Plinii memorat idem pag. 10.* (4.) *HEARNIANA*, doctissimi Viri *Thomæ HEARNE*, Oxonii è Theatro Scheldoniano 1703. in 8. qui nihil prætermisit eorum quæ ad emendandas expoliendasque Plinii Epistolas ullo pertinere modo videbantur. Neque enim textum solum ad Elzerianæ editionis, omnium certè, uti adfirmat, emaculatissimæ, fidem, recognitum dedit, sed tres quoque MS. Codices in auxilium vocavit, eosque quantum fieri potuit, diligentissimè contulit. Imó verò ne quicquam desideretur illorum, quæ ad adornandum Plinium facere possint, adjecit conjecturas Clarissimorum Virorum, Justi Lipsii Joh. Livineji, Cunradi Ritterhusii, Isaaci Casauboni, Fried. Gronovii, Latini Latinii, Caspari Barthii, Joh. Schefferi, Christoph. Cellarii aliorumque haud paucorum. De Libris, octavo scil. & decimo in Codicibus quos adhibuit, aliisve desideratis varia protulit eaque singularia & plura de his ut & de ordine Epistolarum prolaturum monuit Celeberr. Dodwellum in Annalibus Plinianis. Præfigendam porrò curavit Plinii Vitam, ordine Chronologico à Cl. Johanne Massono congestam, sibique ab eo communicatam in cujus fine pollicetur Massonus, se, si DEUS annuat, de Plinii secessu, operibus Poeticis, epistolarum ordine & editione prolixius aliquando acturum. Postremò præter testimonia de Plinio & Græcarum, quæ in epistolis passim occurrunt, vocum ac sententiarum explicationem,

tres indices adjecit, primum eorum, ad quos Plinius scripsit; alterum Auctorum à Plinio laudatorum: tertium rerum & verborum maximè memorabilium. *JUDICIUM* Philologorum atque Politicorum *SELECTUM* de Epistolis Plinianis quod attinet, habemus. (1.) *Joh. Veenhusii dedicat. ad Patres Reip. Bremensis & Conr. Ritterhusii Comment. in epist. Plin. & Traj. p. 3. consentaneum:* Plinii Epistolæ usque adeò Juri Romano seu civili conjunctæ sunt, ut ad exercitium ejus & aliquem usum in iis maximè, quæ juris publici sunt, sibi comparandum conferre plurimum possint. Multæ in iis latent observationes eruditæ antiquitatis, multæ præceptiones Politicæ, iis sanè, qui in Republ. versantur, non modò utiles sed summæ necessariæ. (2.) *Augusti Buchneri dedicat. ad Joh. Georg. Elect. Sax.* Plinii secundi, Viri ingentis seculo suo & summis ac optimis artibus optimo Imperatori Trajano Augusto unicè chari, libros Epistolarum exhibeo, tùm Civilium virtutum officiorumque familiarium tum orationis elegantissimæ ac argutissimæ instructissimum horreum. (3.) *Joh. Henr. Bœcleri Bibliothec. Polit. Contr. vel cujuscunque ejusdem Collectoris aut editoris §. CXV.* Maximam laudem merentur Epistolæ PLINIANÆ cum propter acumina sententiarum Politicarum & exquisitam Auctoris prudentiam ac judicium tùm ob hypotheticam multarum rerum singularium momentorumque in singulis negotiis ob-

Judiciorum de Epistolis Plinii selectus.

1. Veenhusii & Ritterhusii.

2. Buchneri.

3. Bœcleri.

4. Lipſien. ſium.

ſervationem. (4.) *Collect. Act. Erud. Lipſ. d. ann. 1693. T. XII. m. April. pag. m. 162. 163.* Quanto ingenii acumine & prudentiæ laude conſpicuus fuerit Cajus PLINIUS ſecundus vel hinc colligitur, quod ſemper in Rep. verſatus ſit & honores amplisſimos geſſerit, modo Quæſtoris Cæſarei, modò Tribuni Militum, modò Tribuni plebis, Prætoris, Præfecti ærarii, Conſulis, Auguris, Prætoris Provinciæ Ponticæ, aliisque muneribus ſummam dignitatem habentibus perfunctus, ut nihil dicamus ex omnibus quæ ſcripſit & egit ſingularem morum honeſtatem effulgere. A tanto igitur Viro quid mirum proficiſci potuiſſe, quod à Ciceronis Operibus partes, ut id ſaltem velimus, teneat ſecundas, eumque tàm in conſignandis Epiſtolis quàm in habendis Orationibus exactè referat. Exiſtimare de his ipſis rebus licet tum ex Epiſtolis comtisſimis rerumque pulcherrimarum tàm ad bonas literas quam ad Rempublicam ſpectantium refertisſimis tùm ex aureo Panegyrico quem optimo Imperatorum Ethnicorum Trajano dixerat.

5. Reinhardi.

(5.) *Joh. Fried. Reinhardi Theatr. Prud. eleg. ex Polyh. Lipſ. erect. 1702. in 4. Witteb. p. 93.* C. Plinius ſecundus, Patriâ Novocomenſis, Plinii Senioris Nepos, Quintiliani diſcipulus Taciti æqualis, Quæſtor, ærarii præfectus deniqueConſul. Plenisſimæ ſunt bonarum rerum ejus Epiſtolæ, imò verò civilium virtutum, converſationis Amicæ, familiarium Officiorum ſpeculum quoddam politisſimum, jucun-

&c.

Digitized by Google

da arguta verèque Latina oratione elegantissimè amictum atque munitum ad quod Scriptores posteri se sedulò composuerunt. Suarum Epistolarum argumenta ille ex amœnioribus studiis plerumque desumsit. Sunt etiam de moribus in quibus plurima Amicos suos commonebat & sub exemplo docebat. Cæteræ sunt de rebus publicis nimirum si quid actum esset in senatu cognitu dignum, si quod judicium persona aut crimine notabile; denique si mors alicujus illustris Viri accidisset, de his rebus ad Amicum quempiam ingenii exercendi causa scribebat. Quæ sunt de studiis eæ de ratione studendi, scribendi, sua scripta emendandi, recitandi & de aliis huc pertinentibus tractant. Illas verò literas accuratius scripsisse in hoc videtur, ut ederet, cum esset maximus sui ostentator, quique omnia ad gloriam & ut sibi blandiebatur, immortalitatem referret, in qua sententia ab Avunculi sui moribus longissimè aberat. Rol. Maresius lib. I. epist. 1. fol. 3. 4.

§. IV. Ex Recentioribus Epistolarum Politicarum Scriptoribus selegimus *MELCHIORIS JUNII Virorum in Republ. Clarorum Epistolas peculiari volumine collectas & Argentorati in 8. editas*; Duo de JUNIO illo subnotantes Memorabilia. Recentiores Epistolici Junius.

(1.) *Indefessum studiorum cursum.* Is enim natus Witteberga anno 1545. factus deinceps Philos. Magister, Eloquentiæ Professor & Collegii Thomani Canonicus Hogentora- Memorabilia ejus.

tenſis, vitam geſit privatam, plenam exemplorum pietatis & modeſtiæ, inque expediendis vocationis ſuæ laboribus adeò ſibi non pepercit ut nocturnis lucubrationibus valetudinem, quæ pro conſtitutione corporis ſatis firma erat, & propterea diuturnior potuiſſet eſſe, haud parum vitus ſit lædere.

(II.) *Difficilem Vitæ exitum.* Cum anno 1600. paralyſi ſiniſtri totius lateris correptus & tamen ſingulari DEI beneficio priſtinæ Valetudini reſtitutus eſſet, proximis etiam ſequentibus annis ſuo pro virili functus eſt munere; donec defluxiones iterum atque iterum decurrentes anno tertio ſupra mille ſexcentos ita eum debilitarint, ut nec lingua integre nec pedes ſuum amplius officium poſſent facere ſed perpetuò affixus lecto cogeretur jacere. Tandem anno 1604. d. 23. Jan. eadem Paralyſi ingraveſcente & linguæ uſum & totius corporis motum planè amiſit: mente interim & intellectu integerrimo manente, ſenſibus etiam externis ita acutis reſtantibus ut intra biennium integrioribus uſus non fuerit. Et licet poſtremis morbi diebus preces ad DEUM linguâ ſuâ exprimere non poſſet, mente tamen ita ardens erat, ut geſtibus totaque corporis conformatione ſatis oſtenderet; nihil ſibi gratius eſſe, quam literarum S. piarumque precum recitationem & ſæpiſſime ſummo conatu hanc vocem proferret: ORATE, ORATE.

MILTONUS. JUNIO adjungimus *Johannem MILTONUM* ejusque *literas nomine Senatus Anglica-*

cani, Cromvelli & Richardi ad diverſos Europæ Principes & Respublicas exaratas, editas Londini 1647. in 8. repetitas in Germania 1690. in 12. Lipſ. & Francof. curâ M. Joh. Georg. Pritii, paucas quidem ſed plenas judiciis Politicis tàm de rebus ac Perſonis domeſticis quàm exteris; duo pariter de eodem ſubjungentes Memorabilia. (1.) *Monarchomachorum patrocinium.* Refertur MILTONUS inter Scriptores qui dici ſolent Monarchomachi eo quod Principum ſummorum majeſtatem impugnant, quoniam in Regicidio illo Anglicano (*de quo conf. J. C. Becmannus Hiſt. Orb. Geograph. & Civil. Part. II. cap. III. §. XI. p. m. 572. Petrus Ambr. Lehmannus Obſ. Hiſt. Geneal. Geogr. d. ann. 1703. Sept. 30. p. m. 233. & Joh. Hübnerus Quæſt. Hiſt. T. II. p. 966. ſqq.*) populi patrocinium ſuſcepit in peculiari Tractatu Londini 1652. in 12. edito; inſcriptoque *Defenſio pro populo Anglicano* & SALMASII *Defenſioni Regiæ pro Carolo I. 1650. in 12.* publicatæ oppoſita. Certè ſuperior eruditione erat SALMASIUS Miltono non æquè judicio Pragmatico. Ad normam Reipublicæ Romanæ atque ex Scriptoribus antiquis Angliæ ſtatum deducebat Salmaſius quod in ipſo MILTONUS atque alii reprehendunt. Commune igitur de utroque eſt judicium, quod SALMASIUS rem optimam peſſimè, Miltonus rem peſſimam optimè defenderit. Vid. *Thomæ Crenii Animadv. Hiſt. Phil. Part. II. cap. III. §. VI. p. m. 89. 90. & Burc. Gotth.*

Memorabilia ejus.

Gotth. Struvii Bibl. Philoſ. cap. VII. §. 27. p. m. 424. ſeqq. (2.) *Poeticum ſtudium.* Divinum MILTONO in poetico dicendi genere ingenium fuiſſe ſuosque in heroico genere inveteratâ famâ omnes facilè ſuperaſſe teſtantur Opera ejus Poetica quæ una cum notis ad PoemaHeroicum, cui Titulus: *Paradiſus amiſſus* & figuris æneis prodierunt Anglicè Londini M. DC. XCV. fol. quorumve præcipuorum Catalogum in gratiam Admiratorum nominis atque ingenii MILTONIANI, conectunt *Lipſ. Act. Erud. Collect. T. XV. 1696. m. Maj. p. 227.* ubi lege.

Recentiſſimi Epiſtolici. Bulifonius.

§. V. Ex Recentiſſimis Epiſtolarum Politicarum Scriptoribus Collectoribusve commendamus. (1.) *LITERAS Hiſtoricas, Politicas & Eruditas ab Antonio Bulifone Bibliopola Puteolano collectas Puteolisque Italice evulgatas 1685. in 12.* Sunt in illis quæ curam ac ſtudium mirificè ſpirant ac lectori poſſunt fatisfacere. Præ cæteris verò eminent quas Baptiſta NANI Procurator S. Marci ad Rempubl. Venetam pag. 365. & 385. dedit, alteram, cum Legatus ad ſtatus Germaniæ eſſet; alteram cum eodem munere in Galli cis fungeretur. Hisce enim quicquid in utriusque gentis ſtatu publico obſervaverat accuratè diligenterque perſcripſit. Sic varii argumenti pæne multas Epiſtolas prædictus Bibliopola collegit & ne de fide earum ac genuina auctoritate dubitetur plerumque adſcripſit cujus beneficio ex-

Digitized by Google

exemplar quodvis indeptus fuerit. (2.) *EPISTOLAS Cardinalis Julii Mazarini.* Amstelod. 1690. in 12. quoad Tomum I. & quoad Tomum II. ibid. 1693. in 12. Gallice publicatas. Epistolarum harum aliquæ datæ sunt ad Ludovicum XIV. Galliæ Regem, aliæ ad Regis Matrem, cæteræ ad Ministros Regios Lionneum & Tellerium. Prudentiæ verò promptitudinis & aliarum, quibus MAZARINUS eminuit, virtutum documenta singulæ Epistolæ affatim suppeditant simulque docent, quo pacto infinitis tandem difficultatibus superatis pax & quies reddita fuerit fessis Europæ rebus. *Legantur specimina in Lipsienſ. Act. Erud. Collect. T. X. 1691. m. Mart. p. m. 131. 132. & Tom. XIII. 1694. mense Augusti. pag. m. 382. 383.* MAZARINUS.

(III.) *EPISTOLAS Armandi Johannis Richelii Cardinalis* Parisiis 1695. in 12. Gallico habitu vestitas. Habent in iis Prudentiæ Civilis Cultores de quo sibi gratulentur. Habent verò & qui historico studio justum ponere pretium didicerunt. Elucet enim in Epistolis indoles ac genius cujusque ut ab Historiarum conditoribus, quantumvis plæclaris & dicendi facultate æque ac fide integerrimâ præditis vix luculentius designari aut repræsentari possit. Magnam quoque lucem Historiæ ejus ætatis per hasce Epistolas affundi nemo abnuet. Præterea non minus luculenter testantur id proprium ac peculiare fuisse RICHELIO RICHELIUS.

LIO ut non tantum prudenter feliciterque rerum ſummam tractaret, ſed & quo pacto tradenda eſſet, quia quam Politicus in omni vitæ genere interque fortunæ ancipites caſus tenere rationem deberet, accuratè docere alios poſſet. *Contenta exhibent Lipſienſ. Act. Erud. Collect. T. XIV. 1695. menſ. Januarii pag. m. 295. 296.*

OSSATUS. (IV.) *Epiſtolas Cardinales Arnoldi OSSATI* in lucem denuò productas cum notis Hiſtoricis & Politicis Ameloti Houſſæi Lutetiæ Pariſ. 1697. in 4. Maj, Gallicè. Adeſt in illis uberrima rerum pulcherrimarum copia, Judiciorum itidem de civilibus negotiis farrago, cujus hæc eſt ratio, ut leviter ſaltem delibata nec proſint multum nec delectent. Vir illuſtris Amelotus Houſſæus, qui eas repetiit, nihil fecit reliqui, ut omnibus, quæ in libris requirimus ornamentis cumulatiſſimè aucta prodirent. Typorum nitor oculos delectat, mentem multò magis monumenta quæ vel in prioribus editionibus non comparent vel quæ ibi datâ opera reſecta, ſuo loco bonâ fide reſtituta. Accedunt annotationes doctiſſimæ, quibus obſcuris lux affunditur &, qui ſub cortice latent, civilis prudentiæ fructus deteguntur omnibusque deguſtandi proponuntur. Specimina afferunt *Ludov. Neocorus & Henr. Sickius Biblioth. Nov. libr. Tom. II. 1698. num. IX. pag. 211. ſeqq.*

(V.) *Epi-*

Digitized by Google

(V.) *EPISTOLAS Gregorii LETI,* Italicâ linguâ ab ipso LETI divulgatas & Amstelodami impressas 1700. in 8. Fatetur rem esse novam (quæ tamen exemplo non caret) amicorum literas illis insciis, evulgare: at cum in his edendis nihil secutus sit nisi quod honori sit Autoribus eorumque vel ingenium vel virtutem & liberalitatem patefaciat; sperat hoc institutum suum non reprehensione modo cariturum sed & imitatores inventurum. In eum verò finem has epistolas à se divulgari ait ut his exemplis cognoscatur scribendi ratio qua Illustres Viri & Magnates erga literatos aut hi vel erga illos vel inter se seu seriò agentes seu jocantes uti soleant. Exstant enim hic Epistolæ à Principibus, legatis, aliisque proceribus imò & fœminis illustribus & moralibus ad Autorem datæ: in quibus etsi nonnulla Gallica aliave lingua fuerint scriptæ omnes tamen Italicâ linguâ legi voluit. Cum ergò in his literis stylum maximè spectari velit, factum indè sine dubio ut nec temporis ordinem servaverit nec omnibus literis diem adscribendum putaverit. Præter dictionis verò cultum res quoque in his occurrunt quæ vel ingenii vel doctrinæ dotibꝰ lectorem detinere possunt, tàm familiares, officiosæ, jocosæ quàm historicæ ac civiles seu politicæ quæ ad illustrium Virorum novissimique adeò seculi historiam faciunt. Quinimò reperiuntur non paucæ quæ ipsius Auctoris genium, studia, opera & fata aperiunt. Quo pertinet hujus operis Epistola postrema qua Au-

LETUS.

Autor indefessus & alter Didymus χαλκέντερος denunciat, se post centum opera perfecta, alterum centenarium ingredi & in componendâ Caroli V. Imp. vitâ sic versari, ut quotidiè horas XIV. scriptioni impendat, opusque adeò nitidissimè excusum propediem nos exspectare jubeat.

TEMPLEJUS. (VI.) *EPISTOLAS Guilel. Templeji Equitis Baronetti*, duobus voluminibus in 8. 1700. Londini Anglico idiomate expressas De his Viri illustris ad summos Europæ Proceres conscriptis Epistolis Jure optimo asseveramus quod de Tullianis non familiaribus tantùm sed ad Atticum præcipuè literis eruditi dudum affirmarunt, civilis prudentiæ locuples eas penu esse. Enimverò Character Viri non modo prudentis sed probi etiam atque honesti ex singulis fermè elucet. Pars prima complectitur Res civiles atque militares in Anglia ann. 1665. 66. 67. agitatas quibus passim immiscentur epistolæ familiares: Secunda autem continet quæ anno 1668. --70. acciderunt. Accedunt utrique parti epistolæ ab aliis & inter illos Maximis orbis terrarum Proceribus ad Templejum scriptæ. Prodiit alia quoque epistolarum Templeji editio ann. 1700. Hagæ Comitis Gallicæ consuetudini ex Anglico sermone tradita quam JONESIUS procuravit. Sed ista longè diversa est à Londinensi si epistolam primam & illam quidam longè quam in Anglicano exemplo auctiorem, exceperis. Continet autem epistolas à Viro illustri ad Arliugto-

lingionium & Trevorium pari, quo reliquæ, candore & prudentia exaratas. Excerpta ex his epistolis observationibus rarioribus illustrata dat *Eccardus Secretarius Hannoveranus Excerpt. Menstr. Nov. Libr. d. a. 1700. m. Sept. n. V. p. m. 580. seqq.*

§. VII. Ex Antiquis ORATIONUM POLITICARUM Scriptoribus præter-mittimus GRÆCOS, quia pauciſſimæ ex iis ſuperſunt Orationes, quæ juvare Politicos poſſunt & quæ ſuperſunt, ne quidem propter vulgarem linguæ Græcæ neglectum Politicis uſitatum ipſis proſunt neque propter rerum ſive argumentorum genium hodiernis Imperiis minus accommodum. Commendamus autem LATINOS & ex his præ reliquis omnibus, *PANEGYRICOS VETERES* variorum Autorum, qui Plinii Epiſtolis ſubjiciuntur in editione Francof. ad Viadrum 1650. 1651. in 8. quique numero ſunt duodecim præter PANEGYRICUM Plinii ex calculo accuratiſſimorum Philologorum, nominatim CELLARII, nempe ſequentes (1.) Panegyricus Maximiano & Conſtantino Auguſtis dictus incerto Auctore. (2.) Claudii Mamertini Panegyricus dictus Maximiano Auguſto. (3.) Ejusdem Genethliacus Maximiani Auguſti. (4.) Eumenii pro reſtaurandis Scholis Oratio. (5.) Ejusdem Panegyricus Conſtantino Auguſto dictus. (6.) Ejusdem Panegyricus dictus Conſtantino Cæſari Patri Conſtantini M. (7.) Ejusdem gratiarum actio Flavi-

ORATORII Antiquiores.

Panegyrici XII.

ensium nomine de remissis debitis â Constantino Augusto. (8.) Incerti Panegyricus, Constantino Aug. dictus. (9.) Panegyricus Constantino Imp. dictus à Nazario. (10.) Mamertini pro Consulatu gratiarum actio ad Julianum Imp. (11.) Ausonii Gratiarum actio pro Consulatu dicta Gratiano Imperatori (12.) Latini Pacati Drepanii Panegyricus Theodosio M. Imp. dictus. Laborarunt de COMMENTARIO in Panegyricos illos SELECTO *Beatus Rhenanus* Basil. 1520. in 8. *Johannes Livinejus* Antwerp. 1599. in 8. *Janus Grüterus* qui Francof. 1607. in 12. edidit cum suis, Livineji, Val. Accidalii & Conr. Rittershusii notis & castigationibus: Parisienses {1643. 1655.} in 12. 2. Volum. qui addiderunt ad Plinii Panegyricum notas, Catanæi, Fr. Balduini, Lipsii & Herm. Ragani: ad Eumenii pro restaurandis Scholis & Pacati Panegyricum Theodosio dictum observationes Fr. Balduini; ad Ausonii gratiarum actionem notas Eliæ Vineti & Jos. Scaligeri; ad Ennodii Orationem Scholia Andreæ Schotti & Jacobi Sirmondi; tum in omnes Panegyricos annotata Claudii Puteani, Theodori Pulmani & Andreæ Schonhorii, non prætermisis etiam quæ ad locos nonnulla observarunt Petrus Faber Sanjorianannus & Franciscus Juretus: *Jacobus de la Baune*, qui Panegyricos in usum Delphini augustiore forma cum suis adnotamentis edidit Parisiorum Lutetiæ M. DC. LXXVI. in 4. denique *Chri-*

Commentariorum Apparatus.
1. Rhenani.
2. Livineji.
3. Grüteri.
4. Parisiensium
5. Baunei.

ste

Digitized by Google

ſtophorus CELLARIUS, qui Panegyricos illos, qui ſuperſunt, rarius adhuc & minori curâ in Germania excuſos, Halæ Magdeburg. 1703. in 4. publicans omnibus his uſus eſt interpretibus & quod quisque præſtantisſimum, præſertim ex MSS. obſervaverat, excerpſit, & ſuis interpretamentis inſeruit, quibus quicquid difficile ad intelligendum erat, planiſſimè clariſſimèque expoſuit. Singulis Panegyricis argumentum præmiſit, ut in conſpectu ſit materies. Continent enim res præſtantiſſimas, ad hiſtoriam illorum temporum complendam & explicandam cumprimis utiles ac neceſſarias. Verbi gratia de Maxentii Tyrannide, de Conſtantini contrà illum bello & victoria nemo plenius, nemo diſtinctius diſſeruit, quam Nazarius & alius Anonymus Auctor enarraverunt. Egregia quoque & rara ſunt, quæ de Conſtantino Patre, de Juliano, de Theodoſio traduntur, ut verè Celeberrimus Editor in præfatione dixerit, arcanam Hiſtoriam & ab aliis præteritam in his Panegyricis reperiri De dicendi genere nonnunquam glorioſiore quam pro mortalium conditione Principum in eadem præfatione præmonetur. Ad calcem Indices copioſiores rerum & verborum adjecit. Idem ille Vir diſertisſimus omni humanitate perpolitisſimus *PANEGYRICUM* Plinii cum Epiſtolis illuſtratum olim ediderat (de qua editione ſupra dictum §. III.) ac propterea hèic non adjunxit. Nunc verò unius ſeculi orationes, quod à Diocletiano ad 6. Cellarii.

6. Aliorum.

Theodosium fuit, complexus hoc fasciculo est Hunc etiam Panegyricum sive hanc Plinii præstantissimam Orationem cujus ipse meminit Lib. III. epist. XIII. & XVIII. una cum suis epistolis ediderunt illustraruntque *Catanæus* & *Janus GRUTERUS*. His adde editionem Epistolarum & Panegyrici *oxonienſem* cum notis vulgatam ann. M. DC. LXXVI. Seorsim quoq; Panegyricum Plinianum dederunt annotationibus expositam *Robertus Stephani*, *Justus Lipsius*, *Georg. Casp. Kirchmajerus Johannes Frischmannus* cujus commentarius 1635. Argentorati editus intellectui pleniori maximè inservit. Extat denique elegantissima editio in Belgio cum *Dominici Baudii* & variorum notis adornata Lugd. Bat. 1675. in 8.

Judicio rum Selectus.

Condecorarunt *Optimo* Panegyricos illos Veteres Elogio atque *Judicio* optimi quique Philologi atque Politici ex quibus selectissimum pro more & scopo nostro adscribimus, utpote

I. Conringii.

(I.) *Hermanni CONRINGII libr. de Prud. Civil. Cap. XIV. p. m. 339.* Quæ juvare Politicum possint Orationes ex antiquis latinæ sunt variæ, primis quatuor Christianis Seculis natæ, quæ eximio leguntur cum emolumento, maximè Panegyricus Trajano Imperatori à Plinio juniore dictus.

II. Bœcleri.

(II.) *Joh. Henr. Böcleri Bibl. Polit. Contr. vel cujuscunque ejus Collectoris & Editoris §. CIX.* Ex Orationibus Politicis potissimùm legi debent Varii Panegyrici Principibus Reipubl. aut illorum præcipuis Ministris dicti, quales sunt illi XII. qui junctim

Digitized by Google

ãim edi ſolent vel ſeorſim vel cum Epiſtolis Plinii junioris, inter quos omnes, velut inter ignes Luna minores, emicat Plinianus ille Panegyricus boni Principis ideam perfectâ ratione exhibens. (III.) *Joach. Paſtorii Palæſtra nobilium §. IX.* Majore elegantia quam veri curâ Imperatorum res geſtas laudesque deſcripsère PANEGYRISTÆ adeoque ob ipſa inprimis magnifica verborum lumina & acutiſſimas ſententias legi debent. Præcipuè Plinius, qui omnium maximè eximia quadam ingenii & artis conſpiratione id aſſecutus videtur, ut mirificè ubique & ſine damno tamen perſpicuitatis ſit argutus. (IV.) *Thomæ Crenii Tom. Method. II. ed. in 4. Lugdun. Batav. 1696. pag. 287.* Panegyricis in Orationibus omnem dicendi & ingenii vim mihi explicuiſſe videntur Veteres, ut non ſine magna Reipubl. literariæ jactura tãm multa ejus generis temporum iniquitate ſint intercepta. Conſtat enim in ſingulis penè urbibus laudatos olim Cæſares & illuſtriſſima quæque ingenia ad agendas iis gratias auctoritate publicâ excitata fuiſſe. Nihil autem auctore BOXHORNIO pag. 21. Epiſtol. eſt, quod cum Plinii Panegyrico poſſit comparari. Ut enim in latinitate poſtremum, non negandum, ita ævo Auguſtæo dignisſimum eſſe in dubium vocari non debet.

III. Paſtorii.

IV. Crenii.

§. VIII. Recentiores quod attinet Orationum Politicarum Scriptores, alii *alienas*, Veterum ſcil. aut Recentiorum Politicas colle-

Oratorii Recentiores.

gerunt. alii *proprias* proprio Marte compoſuerunt. Ex *priorib*us illis eminent. (1.) Orationes Livii, Saluſtii, Taciti, ac Curtii excerptæ & junctim Lugd. Batav. publicatæ in 8 anno M. DC. XXVI. E. quibus quanta utilitas ad eos redundare poſſit, qui Reipubl. regendæ ſcientiam conjungere cum ſuccincta quadam & efficaci dicendi vi cupiunt, oſtendit doctiſſimi Viri *Jobi Veratii* diſſertatio ei præfixa. (2.) Orationum ſelectiſſimarum ex Latinis Hiſtoriographis Syntagma anno M. DC. XXXVI. in 12. ſumtibus *Bernhardi Gualteri* Bibliopolæ Colonienſis. (3.) *Chriſtophori Cellarii* Conciones Civiles ſeu Orationes ex optimis quibuscunque hiſtoricis latinis excerptæ, editione Joach. Geſſenii demùm recognitæ Lipſiæ an. 1699. (4.) *Suada Gallicana* h. e. Conciones & Orationes Thuanæ, unà cum argumentis præfixis ac mantiſſa elegantiſſimarum ex ejusdem illuſtris Viri hiſtoriarum continuatione excerptarum orationum, uti & Teutonicarum quarundam Appendice, *Abrahami Vechneri*, Gymnaſii ad Niſſum Pro Rectoris, prudentiæ civilis quoddam veluti ταμεῖον exhibentes, Francof. & Lipſ. M. DC. LXXIX. in 12. (5.) Orationes Clarorum hominum collectæ à *Rhetoribus Academiæ Venetæ* editæque Venetiis ann. M. D. LV. vel ad aliorum exemplum M. D. LIX. (6.) *Hermanni Kirchneri* duo Panegyricarum volumina M. DC. IX. Marpurgi divulgata. *Vid. Danielis Hartnaccii Oratoria ſacra & civilis M. D C C. in 8.*

1. Veratius

2. Gualterus.

3. Cellarius.

4. Vechnerus.

5. Veneti Rhet.

6. Kirchnerus.

Sleſvi-

Sleſwigæ pag. 566. 567. 568. Poſteriores idem recenſet HARTNACCIUS ibid. pag. 569. 570. ſeq. ex quibus impræſentiarum unicum ſeligimus *JOHANNEM HENRICUM BOECLERUM*, de cujus eruditione deque aliis ad illius vitæ curſum ſcriptorumque notitiam pertinentibus dicenda venirent plurima, niſi illa doctis quibuscunque latis ſuperque eſſent cognita & in his conſignandis ſolertiſſimus *WITIENIUS* in ſuis, quas vocat, Philoſophorum Memoriis Decad. IX. p. m. 577. ſeq. ſollicitum ſe exhibuiſſet & noviſſimè *Adolphus Clarmundus* in Vitis Clariſs. Viror. Part. II. n. XXVIII. pag. 251. ſeqq. Hoc ſaltem dicimus; Nobile Bœcleri nomen eſt & latè patet nec ullo tempore ex memoria hominum effluet aut intermorietur. Qui quoad vixit, benè meruit, editisque ingenii monumentis orbem eruditum inſigni optimarum rerum acceſſione locupletavit. Sive enim annales mundi faſtosque componeret ſive Rerumpubl. vicisſitudines ac indolem explanaret ſive denique in conſilio emendandæ ornandæque orationis & reliquorum ritè perficiendorum defixus eſſet; certe ad ſummorum gloriam Virorum acceſſit & optimè fundatas ſtudiorum rationes habuit. Unde non miramur tanto in loco & numero apud omnes ejus ſcripta haberi & ſtudioſè inveſtigata juſtisque comprehenſa voluminibus in lucem vindicari & hæc inter *ORATIONES* etiam ejus *HISTORICO-POLITICÆ* quippe quæ

9. Bœcle-rus.

ex Argentoratensi de ann. M. DC. LIV. in 8. repetitæ prostant in Volumine altero Dissertationum Academicarum Argentorati novissime recusarum.

Oratores Recentissimi. I. Fabricius.

§. IX. Ex Recentissimis Orationum Politicarum Scriptoribus seligimus (1.) *Vincentium Fabricium*, Oratorem & JCtum planè eximium, qui primum quidem à Serenissimo Principe, Episcopo Lubecensium & Holsatiæ Duce Consiliarius fuit electus, dein ex aula illius ad Syndici munus apud Gedanenses obeundum evocatus, ubi & Consularem ejusdem Civitatis honorem obtinuit. Orator ter decies ad Potentissimos Reges Poloniæ missus, Varsaviæ in ipsis tandem regni Comitiis anni M. DC. LXVII. 3. Id. April. vitæ IV. diem suum obiit. Qui cum & ob variam eruditionem & ob res pro Civitate Gedanensi præclarè gestas dignissimus omninò sit, cujus memoria nunquam in Republica literaria intermoriatur, filius ejus *Friedericus Fabricius* faciundum sibi existimavit, ut quicquid scriptorum adhuc paternorum delitesceret, erueret, & cum illis quæ jam dudum lucem adspexerant conjunctim evulgaret. Sunt autem inter illa *ORATIONES CIVILES*, puta Civitatis Gedanensis nomine ad Serenissimos Poloniæ Reges habitæ de obsidione & liberatione Urbis Leidensis ann. M. DC. XXXII. in Academia Leidensi publicè recitata, Pauli Parutæ discursus aliquot Politici ex Italico in Latinum sermonem translati, cum dissertatio-

Digitized by Google

nibus varii argumenti in lucem protracti Francof. & Lipſ. M. DC. LXXXV. in 8. (2.) *VITUM LUDOVICUM à SECKENDORFF*, qui ex piisſimi quondam Ducis Saxo-Gothani ERNESTI diſciplina velut alumnus prodiit nec educatus modo in illius aula à teneris ſed negotiis quoque publicis adminiſtrandis maturè admotus; quippe per annos ſeptendecim Cancellarii munere apud laudatisſimæ virtutis Principem MAURITIUM, Ducem Saxoniæ, adminiſtratorem Epiſcop. Naumb. dexterrimè eſt functus & omnia ejus negotia ſumma cum fide & ſucceſſu felici curavit, donec morte Optimi Principis otium exoptatum nec ſine dignitate fuit conſecutus, Is ipſe VIR ILLUSTRIS reputans ſecum practicam ORATIONUM POLITICARUM præſertim facultatem dependere à regulis ſimul & exemplis, exemplorumſive copiam ſive pleniorem notitiam illos non poſſidere qui continuò non ſint in aulis verſati, cæteros verò quò magis aulicam hanc lucem ſecuti tantò minus vel curare regulas, quod ipſi profecerint experiendo uel easdem in ordinem redigere vix ſuſtinere, quod negotiis vacent ſublimioribus; proſtare in Actis publicis varia ſermonum genera quibus adjuvari poſſet curioſus hujus eloquentiæ ſtudioſus: ſed magnum quoque momentum repoſitum eſſe in conſuetudinibus, ceremoniis, ſtylo quem vocant curiæ, aliisque circumſtantiis quibus aſſequendis non acri ingenio ſed

2. Seckendorffius.

propiore experientia opus: Denique tanto minus exſpectari poſſe exempla in hanc rem idonea, quod plerique extemporaneam ſuam dicendi rationem ſecuti nihil in chartam conjeciſſent, reliqui ſcripta ſua committerent amicis, qui theſaurum pretioſiorem occultando reddant; Hæc inquam ſecum reputans VIR ILLUSTRIS, cum literarum ſtudiis per tot annorum ſplendidisſima in aulis miniſteria, experientiam inter multas ſolemnia audiendi & loquendi occaſiones, junxiſſet amicorum tandem precibus & publicæ ſimul autoritati ſatisfecit, editis *Orationibus Germanicis XLIV. cum Præfatione & Additamentis aliquibus Lipſ. M. DC. LXXXVI. in 8.* Habentur ibi Orationes ad Sereniſſimos Duces Saxoniæ ERNESTUM & MAURITIUM, Natalitia una, Januariæ quindecim; in comitiis provincialibus nomine Principum habitæ quinque; Principum nuptiales duæ; pro Miniſtrorum aulicorum introductione octo; in Comitiis provincialibus nomine ſtatuum habitæ octo: Nobilium nuptiales duæ; in condito Principis teſtamento una; Parentationes in illuſtrium Virorum exequiis duæ. Eruditionis exquiſitisſimum apparatum Exemplis his ſine exemplo ubique adſperſit, ut ſubindè petitas tùm è ſacris tùm è priſcorum ſcriptis alluſiones, ſingulari miraculo aulicorum quoque guſtui commendaret. Cæterum ne ſolis exemplis profuiſſe videretur, accuratam præmiſit Diſſertationem de *Natura & Conſti-*

tu-

Digitized by Google

tutione Orationum Politicarum, quâ non tàm ſui Operis, quod evulgavit, egit cauſam quam neceſſaria ſimul hujus ſtudii requiſita congeſſit. Inter *Additamenta* reperiuntur oratiunculæ latinæ quatuor, una, qua Autor Anteceſſori ſuo Cancellariæ munus reſignanti reſpondit; tres quibus Miniſterii Eccleſiaſtici Candidatos in Conſiſtorio examinandos adhortatus eſt. Succedunt *diſſertationes duæ de notitia Juris tùm Civilis tùm Naturalis*, quatenus ea verbis Germanicis accommodari debeat ad captum hominis non eruditi. Denique ut cum ſuis Orationibus conferri poſſent quæ antiquiori & alicubi nunc quoque uſitato ſtylo, abſque ornatu literario haberi ſolent, produxit nonnullas ex MSS. Proſoceri ſui, ſplendidi quondam in Thuringis Equitis & Conſiliarii Saxonici *Georgii à Vippach*, quas is ineunte ſeculo XVII. in ſolemnitatibus aulicis cùm applauſu pronunciavit.

Poetæ Politici Antiquiores

§. X. Ex Antiquioribus Poematum Politicorum Scriptoribus, *GRÆCOS* negligimus inter eos HOMERUM, cujus, ſi non Odyſſea ſaltem Ilias Politici generis figmentum eſt Poeticum, ut & hujus æmuli VIRGILII Æneis; quoniam etſi haud exigui ſint uſus, ſi verum tamen eſt fatendum, non ſunt idonei, ut exindè promi poſſit firma aliqua politica ratiocinatio. Politica enim certa & immota nititur unicè certis & immotis principiis, qualia cum ex hiſtoriis fictis peti nequeant, manifeſtum eſt, ad hunc quidem

ſco-

ſcopum Poemata Homeri & ſimilia, quamvis elegantiſſima, non perindè utilia eſſe; Accedit ſtudium linguæ Græcæ à Politicis vulgò prætermiſſum. Ad *LATINOS* igitur nos convertimus & ex iisdem ſeligimus C. *CLAUDII CLAUDIANI Carmina Panegyrica in Olybrii & Probini fratrum Conſulatum, in Conſulatum Mallii Theodori, in Stiliconem ejusque Conjugem ſerenam Reginam, in Conſulatum Honorii Auguſti, nuptias denique Honorii Auguſti & Mariæ.* *NICOLAUS* equidem *HEINSIUS* in præfatione editionis Amſtelodamenſis omnia ferè recenſuit in Panegyricos iſtos Claudiani Commentaria, adeòque otium eadem enumerandi in genere fecit; reliquit tamen nobis adornatum in ſpecie Commentariorum apparatum. Prodiit primùm Claudianus Parmæ opera Angeli Ugoleti ann. 1493. in 4. hinc Vicentiæ ann. 1498. in fol. cum Commentario Johannis Camertis Viennæ 1510. quem vidit, dum allegavit *ὁ κάνυ Fabricius* in Bibliotheca latina p. 202. fruſtrà adhuc ſe quæſiviſſe *ὁ μέγας* *CRENIUS* monet in Animadv. Hiſt. Phil. Part. XII. p. 40. Sine commentariis & cum commentariis, variis in locis poſteà excuſus. Janus Parrhaſius, Vir ingenioſus & eruditus, tres de raptu Proſerpinæ Claudiani libros notis illuſtravit quas legimus ex editione Pariſinæ M. D. XVII. in 4. & quamvis animadverſiones in reliqua Claudiani receperit opuſcula, morte tamen præventus fidem non liberavit. Præſtantiſſima

Claudianus.

Commentatorum ejus Apparatus.

Com-

Commentaria sunt (1.) *CLAVERIANA*, *Stephani Claverii*, in suprema Parisiorum Curiâ Advocati, qui selecta quædam è Parrhasii Commentariis cum M. Anton. Delrio notis & coronide miscella ad Claudianum, in qua Poemation, cui titulus; Ærumnæ Cereris, supplementum adnotationum Claudiani, Pontini Paulini epistola & carmen ejusdem ferè argumenti falsò Claudiano adscriptum; Symmachi relationes sex de Pontificis electione; Epigrammata Damasi, Hieronymi, Ambrosii & aliorum, penè ejusdem seculi cum Claudiano, editioni Parisinæ Claudiani operum anni M. DC. II. in 4. cum adnotationibus suis perpetuis subjecit. Ille ipse verò doctus Vir Claverius non satis circumspectè totos tres Claudiani libros de laudibus STILICONIS uni eidemque Consulatui dedit fol. 184. nam non advertit posteriorum duorum præconia duos ad diversos pertinere consulatus, ratus fortè, nec enim se satis explicat, semel tantum eum honorem STILICONI gestum. Tu vide fastos Græcos & Latinos Idacii, Cassiodori, Marcellini Comitis & aliorum Chronica. (2.) *BARTHIANA*, *Casp. Barthii*, qui Claudianum cum suis notis prima cura edidit Hanoviæ ann. M. DC. XII. in 8. secundâcurâ Erancof. M. DC. L. in 4. De hac editione Francofurtana ille ipse Autor in Animadvers. ad Rutil. Itiner. lib. 1. c. 504. p.m. 286. extr. ed. Amstelod. 1687. in 12. perhibet: *Plura ad Claudianum, iteratâ editione, quam ope*

1. Claverii.

2. Barthii.

ope librorum septendecim partim à Viris doctis partim à nobis collatorum talem emittemus ut immortalitatem meriti vel solo opere posteritatem persuasuri videamur. Et jam pulsat repagula liber incomparabilis, diligentiæ faveat modo Numen. Quæ an mendo careant, dubitant Philologi accuratiores. Christianus Daumius in præf. Statio à Barthio inlustrato & Cygneæ edito ann. M. DC. LXIV. in 4. præmissa p. m. 3. ista de editione Claudiani hæc monet: *Francofurti annis abhinc quatuordecim BARTHIUS publici juris fecit Cl. Claudiani alteram priore longè locupletiorem editionem, quanquam satis negligenter, præsertim in Græcis [quod ipse non semel publicè privatimque conquestus est] a Typographo habitam.* Sphalmata isti editioni subjecta, adeò obscurè, confusè, & vitiosè notata sunt, ut mendis ipsis vitiosiora sint. Quos indices memorat Christ. Daumius Epist. XX. ad Thomam Reinesium p. m. 59. scribens: *in Barthianum Commentarium in Claudianum concinno nunc indices Verborum, rerum, Auctorum;* eos in mea Francofurtana M. DC. L. in 4. non reperio præter indicem Auctorum, qui quoniam sine numero paginarum, nulli usui est. (3.)

3. Heinsii. *HEINSIANA, Nicolai Heinsii*, qui Claudianum cum suis animadversionibus edidit Lugd. Batav. M. DC. XLI. in 12. De hac editione notabile est monitum Typographorum in præf. ed. Amstelod. *Quantâ curâ, ingenio & industriâ in tot numero mendis, quibus ante*

tehac publicata Claudiani exemplaria contaminabantur, exigendis, Vir Nobil. & Celeb. Nicolaus Heinsius versatus sit, quot propterea Bibliothecas excusserit, quot veterrimos manu exaratos codices evolverit & cum libris editis comparuerit, ex ejus præfatione & notis optimè cognosces. Consentit Olaus Borrichius dissert. II. de Poet. Lat. §. LIV. p. m. 73. ed. Francof. 1683. in 4. ita scribens: *De Claudiano inter alios optimè meruit doctissimis commentariis Casp. Barthius, feliciorem tamen in emendando textu fuisse Nicolaum Heinsium nemo dubitat, cujus notæ cum commentariis variorum adplausum provocant.* (4.) *SCHREVELIANA, Cornelii Schrevelii,* qui Claudianum cum notis variorum publicavit Amstelodami M. DC. LIX. & DC. LXV. in 8. de qua Auctor Ephemerid. Erud. anni M. DC. LXVI. d. 11. Januar. pag. m. 19. edit. Lipsi. M. DC. LXVII. in 8. interprete Fried. Nitschio, ita judicat: *Post accuratissimam diligentiam cum qua revidit BARTHIUS & illustravit Claudiani opera, commentario,* [edito optimè Francof. M. DC. L. in 4.] *nihil quicquam de hoc Auctore dici posse visum est. Nihilo tamen minus, postquam apparuerat editio ejus HEINSIUS inpublicum edidit Claudianum cum antiquis MSC. collatum, quæ Barthius conspexerat nunquam. Et cum detexisset plura adhuc alia MSCA, quæ ipsi accenderunt lumen novum, adornavit secundam hanc editionem multò priori exactiorem. Nihilominus* 4. Schrevelii.

ha

hæ observationes omnes non faciunt, ut reddi ratio possit eorum quæ in Textu sunt immutata, neque quidquam explicare valent quod obscurum est in hoc Auctore. Quam ob causam, ut perfectiorem hanc reddat editionem Com. Schrevelius, id, quod optimum fuit in Barthio aliorumque Commentariis, qui ad hujus Poetæ illustrationem ediderunt nonnulla, collegit fecitque compilationem parem illi, quæ facta est in Belgio quibusdam abhinc annis circa optimos qui superfunt, Auctores latinos. (5.) *PYRRHANA Guilielmi Pyrrhi*, cujus editio, quam in usum Delphini cum interpretatione & notis suis confecit, prodiit Parisiis an. M. DC. LXXVII. in 4. Exornarunt Claudianum debitis virtutum elogiis Philologi atque Politici Celeberrimi, ex quibus, quum lateat in iis *accuratius Eruditorum judicium*, excerpimus sequentia. (1.) *Olai Borrichi in diss. II. de Poet. Lat. §. 54. p. m. 73. ed. Francof. 1683. in 4.* Legimus hodiè versus Claudiani non sine veneratione tanti ingenii; notamus dictionem castam, gravem, sublimem & nihilominus, quod mirêre, facilem, moralis & Politicæ sapientiæ monitis intertextam; sed ne quid dissimuletur, subindè tumidiorem, pene juveniliter exsultantem, quod in Marone nemo justè culpaverit. (2.) *Joh. Guilielmi Bergeri in Disp. pecul. sub tit. Lemmata doctrinæ Poeticæ Witteb. 1703. hab. §. X.* Nunquam vel evolvimus Claudianum, quin intelleximus, vel loquuti de eo sumus, quin fateri libuit, eum

5. Pyrrhi.

Judicio-rum Selectus.

1. Borrichii.

2. Bergeri.

Ci-

Civilis moralisque prudentiæ tantâ affluere copiâ, ut, cum multum uberrimi suavitate ingenii oblectet, plus tamen variæ & exquisitæ momentis doctrinæ prodesse videatur. Difficile profectò dictu est Poetane an Philosophus major recensetur &c. (3.) *Joh. Henrici Bœcleri in Bibliographia Curiosa.* Claudianus facillimus Poetarum est, studiosus eloquentiæ, argumentum plerumque est adcommodatum præsertim in Panegyricis. In Eutropio & Rufino vita habet Ministrorum. Vigor etiam in eo & Spiritus magnus est gravissimasque habet sententias, *& in Biblioth. Polit. Contract. §. CXI.* Poetarum non pauci civilis prudentiæ studium adjuvare possunt, dum recensent virtutes & res gestas Principum aut Ministrorum, ut Panegyrici, in quibus excellit Claudianus legendus cum Commentariis Casp. Barthii. (4.) *Joh. Fried. Reinhardi Theatr. Prud. eleg. ex Polit. Lipsi. erect. 1702. Witt. in 4. ed. pag. m. 80. 81.* Claudius Claudianus, non Hispanus, non Gallus, non Florentinus, sed Alexandrinus. Floruit sub Theodosio III. maximè verò sub ejus filiis Honorio & Arcadio. Scripsit ultimâ senescentis latinæ linguæ ætate post Gothorum in Italiam irruptionem. Castigatus tornatusque nobilissimus itidem ac elegantissimus & sui temporis Poeta omnium præstantissimus, sed sui temporis, quod ab aurea plurimum degenerat antiquitate. Hinc Casp. Barlæo dicam scribit Joh. Georg. Grævius in præf. Flori, quod non

3. Bœcleri.

4. Reinhardi.

excellentisſimos, ut Virgilium, Catullum, Horatium, ad imitandum, Poetas, ut ipſe fatetur, ſibi propoſuerit ſed Claudianum. Hinc etiam Daniel Heinſius, ut annotat Henricus Mühlius præf. ad Morhofii opera Poetica, ſerò tandem doluit quod in legendo iſthoc Auctore tamdiu hæſerit. Dicit etiam idem Mühlius quod ejus quidem numeri ad aures ſuaviter allabantur ſed verbis rebusque elimato judicio inter ſeſe comparatis neſcio quid puerile & ſubſultans in iis deprehendi. (5.) *Thomæ CRENII in Animadv. Hiſtor. Philol. Part. XII. cap. I. §. III. p. m. 31.* Etſi Claudius Claudianus principatu Theodoſii M. Honorii & Arcadii maximè floruit, latè jam per Italiam graſſantibus Gothis circa annum Chriſti CCCCVI. nihilominus tamen immigrante jam tùm plenis legionibus barbarie, maſculum illud linguæ latinæ robur, quod ex Oratoribus bonis conlegerat, magnam partem retinuit illibatum. Quare & in ſummo pretio fuit præcipuè verò Poeticam ob artem, quam ad invidiam usque calluit ſtatuamque in foro Romano meruit. Inſcriptio ſtatuæ hæc eſt:

5. Crenii.

CL. CLAUDIANI V. C.
Cl. Claudiano. V. C. Tribuno. &. Notario.
Inter. cæteras. vigentes. artes.
Præglorioſiſſimo. Poetarum. Licet.
a. D. memoriam,
Sempiternam. Carmina. ab. eodem. ſcripta.
ſufficiant.

Ad-

Adtamen. Testimonii. gratiâ. ob. judicii. sui. Fidem
D. D. N. N. Arcadius. & Honorius. Felicissimi. ac. Doctissimi. Imperatores.
Senatu. petente.
Statuam. in. foro. Divi. Trajani. erigi. collocarique. jusserunt.

Poetæ Recentiores.

§. XI. Ex Recentioribus Poematum Politicorum Scriptoribus seligimus, JULII CÆSARIS & JOSEPHI JUSTI SCALIGERORUM Poemata, quippe in quibus multa occurrunt Encomiastica Virorum maximè illustrium. Sed quoniam de illis peculiari B. C. D. Schediasmate exposituri sumus quæ nobis obvenerint, miscella tantùm quædam Memorabilia heic apponimus & quidem de Patre, *JULIO CÆSARE*, (1) *Injustum Typographi defectum.* Gestiit in publicam producere lucem Libros de arte Poetica Jul. Cæs. Scaliger & Typographum reperire non potuit. Audiamus hac de re verba *Jani Maumontii in epist. ad Jul. Cæs. Scalig. in hujus epistolis p. m. 214. 215. edit. Hanov. M. DC. XII. in 12.* Elevabat Carolus Stephani Artis Tuæ Poeticæ tractationem, dispositionem ejus reprehendebat, seque in eo libro, imprimendo neque laborem ullum neque operam omninó ullam velle desumere ajebat. Si alios Tuos, quos habes multos in arcâ, admodum utiles de utilique differentes materia, illi mitteres se & Tibi & amicitiæ satis-

(1) J. Cæsar Scaliger. Injustus Typographi defectus.

facturum. Hunc porrò librum Poeticæ tra-„
ctationis se mihi reddere, ut ad Te referatur, „
vel ad alium detur librarium. Quanquam „
sciat nullum futurum, qui huic rei, in qua „
multus labor, multa impensa, quæstus verò „
est modicus, suam velit dare operam. Tunc „
librum contemtim mihi tradidit, cum sua „
i. è. quæ in ipsum pauca scripserat, manu „
ad se retraxisset, simulque foras furibundus „
se proripuit. Ac nescio, an aliquid ex li- „
bro Tuo pervertit, evolvam tamen diligen- „
tissimè Teque de eo certiorem faciam. (2.)

Correctum de eo Sangenesii judicium

Correctum de eo Sangenesii judicium. Joh. Sangenesius, Gallus, Lib. 2. de Parnasso Cap. IV. quod de Parnassi Magistratibus agit p. 206. de SCALIGERO Patre non tàm benignè sentit his verbis: *Magistratus* genus est apud „
Parnassum, quo qui funguntur, plus ipsis „
Regibus possunt, atque in ipsos Reges habent „
potestatem. Critici nominantur. His præ- „
sidet, qui dicitur, Hypercriticus, quo in Ma- „
gistratu versatus est iniquissimè Patrûm no- „
strorum memoriâ JULIUS CÆSAR „
SCALIGER. De ejus decretorum im- „
probitate omnes querebantur. Statio & „
Claudiano cum supra modum faveret, ve- „
xavit Ovidium, Terentium Plauto, Catullum, „
Martiali, Horatium Juvenali indignè post- „
posuit. Deteriorum partium sectator assiduus, „
& pessimus cujusque defensor, judiciorum „
suorum perversitate effecit, ut lege caven- „
dum existimarent prudentes Viri, ne quis, „
ni-

nisi bonus Poeta, quantumlibet literatè do-„ ctus & industrius de Poetis judicaret. Hæc„ Sangenesius. Quæ tamen ipse Auctor in fine exemplaris quod Nobil. & Amplissimo Viro Dn. Constantino Hugenio, qui Principi Arausionensi à Consiliis & secretis olim fuit, dono dedit propriâ suâ manu ita emendavit: *Deleantur hæc verba:* Statio & Claudiano supra„ modum cum faveret &c. usque ad finem ca-„ pituli & in eorum locum ponantur, quæ„ sequuntur: In his controversiis, quas cum„ Plauto Terentius, cum Martiale Catullus„ cum Horatio Juvenalis habuerunt, semper„ deteriori causæ favit. Tibullum atque Ovi-„ dium indignè tractavit. Statium Papinium„ Cacozelum manifestum, acerrimè defendit:„ eumque accusatum non solum absolvit sed„ ejus accusatores, honestos homines, contu-„ meliis affecit & pædagogos appellavit, ira-„ cundia elatus contra dignitatem & officium„ judicis, quem maximè pacato tranquillo-„ que animo judicare oportet. Vir cætero-„ quin probus & industrius, sed ad hunc, quem„ gerebat, Parnassi Magistratum, parum ido-„ neus, multa temerè improbeque fecit. „ Hæc Sangenesius sua manu.

De Filio *JOSEPHO JUSTO.* (1.) Jos Just. Scaliger. Αὐτοδίδακτος in Poesi & linguis genium. Ipse Josephus hunc enarrat in *Epistola de vetustate & splendore Gentis Scalig. Lib. I. ep. 1. p. m. 50. ed. in 8. Lugd. Bat. 1627. his verbis:* Annos natus undecim Burdegalam à Patre missus Αὐτοδίδακτος in Poesi & lin-

guis ge-
nius.

triennium primis elementis latinitatis operam dedi. Inde peſtilentia exactus ad Patrem me recepi. Qui, quamdiu apud eum fui, (& quidem quamdiu vixit fui) à me quotidiè declamatiunculam exigebat, facto mei arbitrii argumento, quod ex aliqua hiſtoria peterem. Hæc exercitatio & uſus ſtyli quotidiani latinè me ſcribere aſſuefecit. Quia verò verſus Patris excipiebam, ex hac neceſſitate aliquem ſaporem Poetices imbibi. Itaque & verſu & proſa oratione neſcio an aliis, certè Patri pro captu ætatis ſatisfaciebam. Ut aliquando me ſeductum rogaret unde ſententias illas & colores depromerem; Ego id, quod erat, mea illa & de meo eſſe reſpondebam. Lutetiam petii poſt obitum Patris literarum græcarum amore. Poſtquam menſes duos operam Adriano Turneto dediſſem, quia deſtitutus aliis præſidiis, operam omnem in ejus doctiſsimo auditorio ludebam, in Muſeum me abdidi & in illo priſtino inclufus, quod ex aliis non potueram, me magiſtro diſcere experiebar. Igitur vix delibatis conjugationibus Græcis, poeticæ in Homero dialecti veſtigiis inſiſtens, Grammaticam mihi ipſe formavi neque ullam aliam didici, quam quæ mihi ex analogia verborum Homericorum obſervata fuit. Biennium continuum Græcis literis impenderam, cum ad Hebræas me impetus animi rapit. Et quamvis ne unam quidem literulam in ea lingua noſſem: tamen ad diſcendam eam nullo alio Magiſtro quam me ipſo uſus ſum. *Conf. M.*

M. Henrici Bönik Budiss. Lusat. Disp. de Eruditis sine libris Lipsi. 1693. in 4. (21) *Præcox etiam quoad Poesin ingenium.* Hoc iterum ipsemet describit *in epist. alleg. pag. 50. 51. sequentibus verborum pigmentis:* Admirationem apud amicos dissimulare non potuit Tragœdia Oedipi prima fœtura ingenii mei. In quam, quantum ætas illa patiebatur, (minor enim annorum XVII. eram) omnia Poetices ornamenta & verborum delectum impenderam. Et sanè si benè memini, ejusmodi erat abortivus ille partus, ut ejus me senem pœnitere non debeat. Anno ætatis meæ decimo nono Poetas Græcos omnes intrà quatuor menses devoravi. Neque ullum Oratorem aut Historicum prius attigi quam Poetas omnes tenerem. Poteramus & edere nostra appositis ætatis annis, ut fecit POLITIANUS in suis græcis poemâtiis, quæ præter pauca digna erant, quæ in adolescente potius amaremus quam quæ à Seniore Politiano venditarentur. Sed nostra edere odium ambitionis, à qua semper alieni fuimus, prohibuit: quamvis ea edere & nunc quidem sine fraude nostra liceret. Scripsi enim illa non tanquam publicaturus sed tanquam amabili insaniæ, quæ nos ludebat, indulgens. Testor verò meam culpam non esse, si invito me aut injusso quidam versus claustra fregerunt. Vid *Adriani Bailletti Tr. Histor. 1688. in 12. Paris. gall. editus, de Pueris qui studiis scriptisve inclaruerunt & qui supplementum ejus dedit Seb. Kor-*

Præcox etiam quoad Poesin ingenium.

tholtus in libro inscripto: Ἀνδρόπαις i. e. Puer doctus & Ὀψιμαθής i. e. Discipulus senex 1703. in 8. Kilon. it. Accessiones ad Adriani Bailleti librum de doctis præcocibus, Præside Marco Henrico Klausing Resp. M. David Sculteto Hamb 1702. Witeb. M Joh. Gottlob Pfeifferi Eruditus θαυμαζὸς in ætate tenera. Lipsi. 1696. in 4. Dn. Johan. Volck. Bechmannus de privil. stud. cap. X. n. 28. sqq. Saldenus de libris lib 2. cap. 3. n. 12 pag. m. 359. sqq. Crenius Tom. III. Method 1699. in 4. Lugd. Bat. pag. 37. 38. Struvius Introd. in notis Rei literar. 1704. in 8 Jen. cap. II. §. 6 pag. 43. 44. 48.

Manilianæ Commentarii æstimium.

(3.) *Manliani Commentarii æstimium* AndreasSchottus in Epistola quadam ad Lipsium nunc primum edita & Aurelio Victori nuper evulgato præmissa à Samuele Pitisco, memorat, Josephi Scaligeri Manilium ipsi lucrosum his verbis: *Rex Gallorum Scaligeri Manilium gratè accepit annuam pensionem bis mille Francicorum dedit. Bene res habet si solvitur fide non Gallica sed Græca vel oculata manu.* Auctore quidem *Joh. Conr. Dieterichio in Historia Augusti p. m. 9. ed. Giess. in* 4. credas commentarium Scaligeri in Manilium à primo ætatis fervore extrusum, adeò scatet castigationum facilitate; sed judice *CRENIO Animadv. Hist. Philol. Part. XII cap. I. §. 1 pag. m. 10.* præclarè de Manilio meruit insigni Commentario edito Argentorati M. DC. LV. in 4. Josephus Scaliger, quam editionem infinitis in locis locupletatæ Scaligeri notæ mThomæ

mæ Reinesii Ismaelisque Bullialdi animadversiones à B. Joh. Henr. Boeclero curatæ præ cæteris præcedentibus editionibus, Parisinâ 1579. in 8. Commelina 1590 in 8. & Lugdunensi Batava 1604. in 4. optimam reddunt. Plura nunc non addimus.

§. XII. Ex Recentissimis Poematum Politicorum Scriptoribus seligimus Vincentium Fabricium & Bartholomæum Crassum. *VINCENTIUS FABRICIUS* (de quo supra Classi. III. §. 9.) cum Lugduni Batav. Dan. Heinsii, incomparabilis illius Panepistemonis & hospitem & convictorem ageret & poetandi facultatem minimè trivialem ei approbasset, anno 1632. suasu ejus aliorumque Procerum Leidensium sua carmina, sanè oppido quam tersa ac perpolita, rebusque illustribus referta evulgavit; sed cum rudia ipsi ac nuda quadommodo post deinceps viderentur ea auctiora ac nitidiora anno 1683. Lugduni Batavorum edidit & Patronis partim, *Gerh.* videl. *Joh. Vossio*, *Hugoni Grotio*, *Constantino Hugenio*, *Danieli Heinsio*, partim amicis, *Johanni Berevovvicio*, *Joh. Fried. Gronovio* & *Nicolao Heinsio* dedicavit; quibus & Satyra prosaria *PRANSUS PARATUS* dicta & summo Viro Claudio Salmasio inscripta, annexa erat, in qua tùm Poetæ hujus seculi, Anagrammatistæ imprimis, Fescennini & extemporanei speciatim Pogon Myrtilus & Polyphilus tùm Poetarum contemtores falsissimè perstringuntur. Atque hæc quidem primam

Recentissimi ex Politicis Poetæ.

Fabricius

absolvunt Poematum partem. Pars IIda edita est demùm anno 1685. Francof. & Lipsi. curante filio Friederico Fabricio post obitum Parentis, unà cum *strena* seu voto pro pace ad Illustrissimum Claudium Memmium Comitem de Araux Regis Christianissimi legatum extraordinarium circa auspicia anni 1642. facto & *Tragœdia* cui nomen est Themistocles. Adduntur his carmina adoptiva. Manes item Fabriciani Dan. Georg. Morhofii & monumentum sepulchrale à Godofredo de Peschwitz Vincentio Fabricio erectum ut & pietas Fried. Fabricii in Parentem desideratissimum una cum pleniori rerum & verborum indice.

& Crassus. *BARTHOLOMÆUS CRASSUS*, Neopolitanus de Planuræ Dominis eruditæ adolescentiæ egregia edidit specimina, *Elogia* scil. seu ut alias appellari solent, Inscriptiones, argutum scribendi genus, & *CARMINA* ab ipso veluti Apolline dictitata, Neapoli 1684. in 4. In quibus unicè occupatus in celebrandis Heroibus, Regibus nempe ac Magnanimis Ducibus, iisque quà mortuis, quà adhuc suo tempore superstitibus qui invictâ animi fortitudine, armorumque felicitate per totum orbem inclaruerunt. Exhibentur itaque primo loco *Christiani Orbis trophæa seu Vienna triumphans*, ubi Johannes III. Poloniæ Rex, tanquam Viennæ à Turcis obsessæ liberator, & Innocentius XI. Pontifex Maximus, quem nummos sine numero in bellum Anti-Turcicum impendisse Autor dicit, elogiis; elegiis

diis verò præter Regem Poloniæ jam laudatum, primogenitus ejus Princepsque ſerenisſimus Jacobus Sobieskus, Erneſtus Comes de Starenberg, tanquam præſtantisſimus Viennæ defenſor, Carolus Lotharingiæ Dux, tanquam Cæſarei exercitus contra Turcas ſupremus Moderator &, cui ipſum quoque opuſculum dedicatum eſt, Leopoldus Cæſar Auguſtus, tanquam triumphator exornantur. Sequuntur ſecundo loco *Bellica præſtantisſimorum Ducum* & quidem tàm Barbarorum quàm Chriſtianorum, *monumenta & elogia*; & tertio denique loco *Carmina diverſa*; quà ſacra quà profana ſeu epigrammata, vividum ubique & felix Autoris ingenium oſtentantia quibus & epigramma Joſephi Barberii in laudem Auctoris annectitur.

(o)

CLAS-

CLASSIS QUARTA

Genuini ad Politicam Apparatus

ſuppeditans

FLORILEGICOS SELECTOS.

§.

Florilegicorum Uſus.

NOn ſine fructu adhibentur à Politicis qui varias ſententias ſub certa titulorum diſpoſitione collegerunt. Teſtatur id ipſum *Juſtus Lipſius* ſuo Politicorum opere, cujus ſcopum & materiem lib. I. cap. 1. §. 1. his verbis expreſſit: *Vitæ civilis iter qui rectè ineas, rectè peragas, præripere mihi eſt animus nec id meis ſed Veterum monitis imò & verbis. Lapides & ligna ab aliis accipio, ædificii tamen extructio & forma tota noſtra eſt. Architectus ego ſum ſed materiam variè undique conduxi. Nec aranearum ſanè textus ideò melior, quia ex ſe fila gignunt: nec noſter vilior quia ex alienis libamus ut apes.* Legatur ad hæc verba

ba Joh. Henr. Bœcl. Diſſert. de Polit. Lipſ. p. m. 26. ſeqq. p. 33. ſeqq. ubi monet duo eſſe verborum è veteribus genera connexionis & inſtructionis: item loca auctorum diligenter eſſe evolvenda, conferenda, & diſpiciendum, quo fine ab auctore hoc vel illud ſit dictum & quomodo à Lipſio applicetur, pag. 38. ſeqq. ubi & exempla & alia congerit ſingularia. Quod autem Lipſius verba & ſententias variè conquiſiverit à Scriptoribus priſcis & è millè aliquot particulis uniforme hoc & cohærens corpus formaverit hoc ille tum in Prætatione ad Lectorem tùm in Epiſtolis hinc atque inde aſſerit. Politica, inquit, *neſcio quæ ego molior, non à me ſed à priſcis: Illorum gnomas filo quodam meorum nectо.* Cent. 2. miſcell. epiſt. 17. item: *Politica etiam nunc me tenent; neſcio an cœptum opus bona avi certè lenta: Pennas ſuas non habet, quin vellico & carpo eas undique ex alieno ſcriptorum corpore eoque res tardior. Quando futurum opus ſit, nec ipſe adhuc ſcio, attamen auguror quam laudatius i. e. majoris rei quam famæ, Sed vos judicabitis* Epiſt. XVIII item: (*Valdè id opus Politicum me tenet, magis quam ullum meum. Colligo enim & conſarcino ex ſcriptis alienis. Quid faciam? vereor ut error judicii mei fuerit in ordiendo: non conſtantiæ onus in abſolvendo* Epiſt. 50. Teſtatur id etiam Opus de Jure belli & pacis *Hugonis GROTII* quod miro artificio & delectu, quicquid uſpiam egregiè apud Oratores Hiſtoricos, Phil-

& Selectus. Lipſii. Grotii.

losophos, JCtos reperitur, congessit, suoque instituto summo cum eruditorum applausu adaptavit (Vid. infrà. Class. XII.)

§. II. Nos in præsenti præter *SELECTA POLITICA* quæ è Cicerone, Dione, Polybio, Suetonio, Seneca, Lucano, Claudiano, Juvenali & aliis congessit & artibus suis reconditis regendi Respubl. & dominandi addidit *Desiderius CRESCENTIUS*, JCtus Ultrajectinus Trajecti M. DC. LVII. in 12. & præter *Christophori Lehmanni FLORILEGIUM Politicum* 1638. Francof. in 12. editam, quod adagia sistit germanica collecta ex Franckio, Agricolâ, Henischio & Egeringio, subtitulis certis dispositâ, multa arguta continentia & argutos conceptus epigrammatibus præbentia; quodve Germanis nostris commendamus ob utilitatem & doctrinam omni nostro encomio majus; tres seligimus in usum nostrum atque scopum, ex Florilegicis quoad Politicam scriptoribus, Viros eminentissimos & tria in hoc genere scripta eminentissima, Jani scil. Grüteri, Eliæ Reusneri & M. Zuerii Boxhornii, Florilegia Politica.

Crescentii. Lehmanni.

§. III. *JANUS GRUTERUS*, Polyhistor & Criticus Heidelbergensis, cujus vitam, officia & scripta recensuerunt Balthasar Venator Panegyrico Jano Grütero scripto & Decad. II. Memoriæ Philosophorum ab Henningo Wittenio renovatæ inserto pag. m. 212. edit. Francof. in DCCC. LXXVII. in 8. Friedericus Hermannus Flayderus in Vita Grüteriana

Janus Grüterus. Biographi ejus.

Tu-

Digitized by Google

Tubingæ ed. M.DC.XXVIII. in 12. Adolphus Clarmundus Vitis Clariſſ. in re literaria Virorum Part. II. n. XIX. pag. 113. ſeqq. & qui ab eodem allegantur ſcriptores alii pag. 153.] varia in vita nobis reliquit memorabilia quæ inter ſequentia enotamus. (I.) *Indifferentiſmi & Atheiſmi crimen immeritum.* Jacobus GRETERUS, Jeſuita, tam ſæpe mentiens, narrat in lib. I. rerum var. cap. IX. Philippum Pareum in Criticorum Principe Jano GRUTERO teporem in religione, frigus ac ψυχρότητα perſtrinxiſſe his verbis quæ & Cl. Chriſtoph. Arnoldus citat in ſpicilegio B. Johannis Henrici Urſini Exercitationibus de Zoroaſtre Bactriano ſubjuncto p. m. 3. *Unum Apulejî aut Petronii effatum pluris facit, quam infinita ſervatoris noſtri παραγγέλματα. Notus quippe ejus eſt* Ἀθεσμὸς *& in ſacra religione* ψυχρότης *frigus.* Si ita ſcripſit PAREUS vel ſenſit de GRUTERO nihil mirum, cum palam ſit, altercatos eſſe hos inter ſe. Eſt in multorum manibus Chriſtophori Pflugii i. e. Jani GRUTERI (vide Syntagma Vincentii Placcii de ſcriptis & Scriptoribus Anonymis p. 238.) Epiſtola monitoria ſive ad Lectorem in qua fatuitas Apologiæ Johannis Philippi Parei contra Janum Grüterum detegitur Witteb. 1620. in 8. item Euſtathi Sv. P. i. e. ejusdem Grüteri, ut ipſe Pareus indicat, in provocatione ad Senatum Criticum contra Pareum Franc. 1620. in 8. Hoc ſcimus è *Balth. Venatoris Panegyrico apud Wittenium Memor. Philoſ. 239.*

Indifferentismi crimen immeritum.

Si

Si decus suum & vocem publicam Academiæ Patavinæ voluisset impertiri, postquam RICOBONUS, illic & vivere & docere desiisset, illum mille ducentos ducatos annuos nanciscì potuisse cum totidem tales illi promissi. Invitabat PINELLUS, sollicitabat VELSERUS, negabat utrique GRUTERUS. Erat ei religioni religio sed & erat religioni ipsa pecuniæ summa quæ cæteroqui paucis nimia est & multis opportuna ad impietatem merces. Nefas ducebat eò ire ubi & plus inveniret & minus sed ut minus hoc plus damni quam plus illud commodi haberet. Cultus enim divini libertatem publicam (quamvis privatam recepturus) pro quibuscunque divitiis sibi negabat esse venalem. *Et pag. 272. ait laudatus Venator*: Cum juberetur ad aliam religionem transire aut exire foras, hoc malo, inquit GRUTERUS, quam illud. Si non licebit vivere in urbe, licebit in agris & sylvis. Aliquid semper DEUS suppeditavit radicis aut herbæ quod spiritum hunc alat non diu moraturum. *Quæ verba profectò non arguunt illum Atheum aut Indifferentissimo addictum.* Addantur & reliqua plane huc facientia è Venatore verba p. m. 268. seqq. Cum jam Brettæ novus cultus ---- usque quaque quacunque.

Impro. visus memoriæ Lapsus.

(11). *Improvisum memoriæ lapsum.* Janus GRUTERUS Discursu XXXV. ad illa verba Taciti Lib. 2. Annal. cap. XLII. *Amoliri juvenem specie honoris statuit* lapsu Scipioni AFRI-

AFRICANO tribuit, quod debebat Scipioni NASICÆ, vid. Valer. Max. Lib. V. cap. 3. n. 2. Idem non satis circumspecte usus est loco Velleji è cap. II. Lib. I. docente *Christoph. Ruperto in p. m. 201. observ. ad Vellejum his verbis:* GRUTERUS discursu in Tacitum XI., ubi exemplis ostendit, *neutrales mediosque ab utraque parte malè accipi*, inter alia etiam firmandæ sententiæ suæ hoc adducit, tanquam neutralitas *Massilienſibus* exitio fuerit, quod contra mentem nostri auctoris est. Nam his verbis tam minutis civitatibus apertè dissuadet Neutralitatem. Quod si *Massilia* transitione ad partes *Pompeji* nihil sibi periculi, Pompejanis verò plurimum attulisset momenti utique prudentibus consiliis hoc adnumeraretur. Nunc quum eâ potentia non fuerit, sed imbecillâ potius ac invalidâ, debuisset acquiescere, nec controversiæ summorum capitum sese interponere. Uno verbo, Neutralitas à Cæsareanis petenda fuit. Hic sensus, hæc mens Auctoris nostri. In Vellejo.

(III.) *Typographicum scriptorum defectum.* GRUTERI multa scripta non potuisse edi ob negatos à bibliopolis sumtus, *Casp. Sciopius queritur, de arte Critic. p. m. 14. his verbis:* De nobilissimo Jano GRUTERO Antwerpiano, etsi ille bonis omnibus & doctis, qui jam in ore famæ sunt, amicis utitur, quantum sibi bonas literas scriptis suis, edito præsertim post Pincianum & alios Senecâ & novem suspicionum libris devinxerit, nemini Typographicus scriptoris defectus.

Digitized by Google

non constare potest. Non possum tamen non dolere & queri mecum, quod typographi, cunctatione supprimuntur notæ ad integrum Suetonium Politicæ, notæ in Tragicum Senecam, maximè verò triginta novi suspicionum libri, quibus ex MSS. fere libris Plautus, Apulejus, Martialis, Prudentius, Ovidius, Seneca certò emendantur; ex conjectura verò Symmachus, Quinctiliani declamationes. Panegyrici, Propertius, Tibullus, Plinii epistolæ aliique classici aut corriguntur aut vindicantur contra Douzam, Scaligerum, Lipsium, Ursinum, Casaubonum, Colvium, Ciofanum, Petrum Fabrum, Gothofredum, aliosque promiscuè, idque tantum non demonstrativè; Scilicet eò jam pervenimus, ut si diu noctes atque dies præstante & egregio labore bono publico fategeris, vix tandem typographum aliquem reperire queas, non si vel supplicium illi dederis.

Selectum doctrinæ & vitæ Symbolum.

(IV.) *Selectum doctrinæ ac vitæ symbolum.* Hoc ipsum aperit nobis *Fried. Herm. Flayderus vitæ Grüteriane scriptor his verbis*: summam illam nobilissimamque disciplinam (assiduam mortis meditationem uti vel ipsi Gentilium Philosophi nuncupavêre) curæ cordique Grüterus tantopere habuit, ut eam non symbolo solùm memorabili ex duobus composito vocabulis: *LABOR & MORS*, verum etiam nobili suo opere quod Bibliothecam exulum vocavit, notanter expresserit, nulli plures quam loco de morte paginas tribuendo,

Digitized by Google

do, in fatali etiam operis præfatione scribens: se vixisse &, quem DEUS dederit cursum, feliciter peregisse. Aliud tamen GRUTERO symbolum adscribit *Thomas CRENIUS in sylloge symbolorum Pict. XI. Animadv. Hist. Phil. Cap II. §. 1. pag. 140.* Janus GRUTERUS (inquiens) pro symbolo delegit illud: MEDIO TUTISSIMUS IBIS.

Assiduum etiam in morbo studium.

(V.) *Assiduum etiam in morbo studium.* De hoc conferendus est Reverendissimus atque celeberrimus Lübecensium Ephorus D. Georg. Henr. Goetzius in Bibliotheca ægrotorum 1705. in 4. Rudolphopolis ed. §, 25. pag. m. 49. & qui ab eo adducuntur, Adolphus Clarmundus Vit. Clariss. Viror. Part. II. p. m. 142. & Balth. Venator Panegyrico Vitis quoque selectorum aliquot virorum Londini 1681. impressis inserto, in quo verba sic fluunt: *Ultimis annis morbus vetus ac princeps* (scil. vertigo capitis) *propè perpetuus fuit & exquisite molestus, nec somnum interdum capessere passus nec laborem. Hunc tamen plerumque vindicavit & studiis, etiam morbo rixante, tempus indulsit, sed majori patientia, quàm fructu, nec tamen sine fructu, semper enim aliquid meditabatur, quod publico prodesset. Nam per illos ipsos morbidos annos præter Bibliothecam exulum sive Enchiridion divinæ humanæque prudentiæ Argentor. 1624. & Francof. 1625. in 8. ed. duo Florilegii Magni volumina procudit & Livium cum quinquaginta aliquot dissertationibus ad Tacitum feliciter exire jussit.*

Lacrymabile Bibliothecæ incomparabilis ſpolium.

(VI.) *Lacrymabile Bibliothecæ incomparabilis ſpolium.* Deſcribit illud ipſum his verbis *Balth. Venator Panegyrico apud Wittenium Memor: Philoſ. p. m. 265.* Proſcripto Electore Palatino Friederico V. quatuor hoſtes in totidem prædas Paletinatum diſtrahunt. Infeſtior Heidelbergam obſidet, funeſtat, ſpoliat privatas, publicas opes raptat, tantùm non domos arces & quicquid invidetur transportat. Bibliothecam, quæ per totam Europam vix parem habebat, trans alpes usque Pontifici dono mittit & irreparabile decus non tantum Palatinatui ſed & ſibi & toti Germaniæ ereptum in montem Vaticanum relegat. Variis exercitiis vexatæ & reliquæ Bibliothecæ, quas multitudo gregalis aut laceravit aut disjecit aut viliſſimo pretio divendidit, paucæ relictæ ſunt Dominis nullæ ſine damno. GRUTERIANA licet non tota perierit, paſſa tamen eſt cladem inſignem. Quædam enim diſcerpta, quædam fœdata, quædam conculcata, quædam mutilata jacebant: alia volumina ſupererant, alia, ſine quibus relicta non erant integra, ſæpe deſiderabantur, quærebat liber librum. Miſerabilis in illo facies, quod libros præſertim non ligatos, & reliquam chartarum turbam, in qua nihil erat quod non merebatur clementiam, alii ſubſternebant equis, alii fovendi aut coquendi cauſa ferebant in ignem. Focus & furnus ardebant libris; equile candebat paginis: obſcœnitatibus jumentorum conſpurcabatur in-

no-

nocentissima doctrinarum suppellex, fiebat papyraceus fumus & fimus: Dolet recordari tot summorum Virorum Epistolas, quas ex toto orbe GRUTERUS noster receperat prope innumeras sic fœdè conflagrasse aut turpibus aquis maceratas viliter tabuisse: quam solam jacturam equidem pluris taxo quam ullam opulentissimam rapinam auri per dies illos tormentis ex sævitia repertam.

(VII.) *Florilegii Historico-Politici æstimium.* De hoc Florilegio notandum est, laudati verba sequentia VENATORIS in p. m. 274. Memor. Philos. Witten. Decad. II. *Per illos ipsos morbidos annos præter Bibliothecam Exulum duo Florilegii Magni volumina procudit*, non ita esse capienda ac si tantum duo procuravit; cum habeamus tertiam ejus Florilegii partem Francofurti publicatam anno M. DC. XII. in 8. sed solùm de tempore illo, quo de ibi loquitur, hoc est morbidorum annorum. Clarissimum *WITTENIUM* hæc pars tertia fugit, dum enim Florilegium hoc Ethico-Politicum in scriptis GRUTERIANIS l. c. p. m. 279. tantum de anno M. DC. XI. in 8. adducit, certum est illum ultimam partem de ann. M. DC. XII. ignorasse. Non fugit πάνσοφον illum & πανάριστον *MORHOFIUM* qui in Polyhistoris literarii Lib. I. cap. XXI. p. m. 232. ed. Lüb. 1695. in 4. ita nos de Florilegio Grüteriano informat: Jani Grüteri Florilegium Ethico-Politicum aliquot tomis multarum gentium adagia complectitur. Florilegii Historico-Politici æstimium.

Colliguntur in hoc libro sine ordine breves sententiæ & adagia Græcorum, Latinorum, Germanorum, Italorum, Belgarum, Hispanorum, Gallorum, Anglorum; sed confusum chaos est & plane non adusum: esset verò maximè, si sub titulo redigerentur. Uti tamen hoc libro vel sic possumus & si tantum temporis ipsi impendere velimus, redigere possumus in ordinem. Sed multa hic habentur quæ vix argutæ sententiæ laudem merentur: nam effata omnia vel moralia vel civilia in adagiorum censum venire non debent. Notulas aliquas breves adjecit, ubi sententiarum sensus obscurior, præsertim in P. Minori sententiis quæ omnium sunt argutissimæ. Neque gnomæ & Jambi, quos ipse confecit, sunt contemnendi qui & in Polyanthea ejus leguntur & seorsim in libro, cui titulus: Bibliotheca exulum habentur. Tres ejus libri partes constituuntur. Editus est Francofurti M. DC. XII. in 8.

ELIAS REUSNERUS.

§. IV. *Elias REUSNERUS* Medicinæ Licentiatus & Historiarum atque Poeseos Professor Jenensis, *HORTULUM* composuit *Historico-Politicum Coronas sex ex floribus variis variegatas complectentem* Herbanæ, M. DC. XVIII. in 12. & M. DC. LI. in 8. editum, qui laudatione in suo genere egregia minimè spoliandus. Parentationem Manibus Viri hujus Nobilissimi dicatam à Johanne Gryphiandro Memoriis Philosophorum Decad. I. pag. 62. seqq. inseruit Henningius Wittenius. Nos tria de REUSNERO hoc loco excipi-

Biographi ejus.

pimus notatu digna. (I.) *Membrum corporis luxatum.* Non fuit usque adeò perfectis Corporis dotibus præditus REUSNERUS quoniam sanos ei artus corporis & molles lacertos nutrix incauta fregerat, membraque suo situ transposita pectoris quoqueusum tardaverant, vitium cerebri & linguæ vigorem læserat, ut ore balbo vox exiret tardior & verba angusto palato hærerent invita. Hunc tamen corporis defectum, natura animi donis abundè compensavit, quibus adeò excelluit, ut vix credibile nonnullis visus sit, exile cerebrum farraginis tàm amplæ capax aut parvo corpore tantam latitare posse doctrinam. membrum corporis luxatum.

(II.) *Correctoris librorum Officium.* Literati Francofurtensis ad Mœnum civitatis clarissimi acciverunt Reusnerum ex aliis oris ut sibi ad edendos libros accommodus esset: quibus lubens paruit vigili cura negotia commissa expediens, lituras ungue dispungens adeoque Calcographorum præsentissimo studio adjuvans labores, ut Auctores sine mendis publici juris fierent. Dumque sic communi invigilavit saluti ipse simul uberrimi fructus commoda sensit, & dum crebra manu doctorum virorum scripta veterumque annales versarit, decerpere simul gnaviter cœpit flores ex variis scriptorum hortis inque suum stipare penum. Correctoris librorum officium

(III.) *Monumentum à Vivo erectum.* Reusnerus memor semper mortis & futuri fati, quod veluti fur serpit in occlusas ædes oculisque semper vigilantibus emigrationis expe- Monumentum à Vivo erectum.

dans horam, monumentum doctrinæ & famæ composuit, quod ita se habet:

JEHOVÆ. LUCI. ET. SALUTI. MORTALIUM. S. ELIAS. REUSN. LEORINUS. HIST. ET. POET. P. P. SECULI. HUJUS. LAQUEIS. EXSOLVI. CHRISTUMQUE. LUCEM. ET. SALUTEM. SUAM. CONTUERI. SATAGENS. QUANTULASCUNQUE. CORPORIS. RELIQUIAS. MAGNÆ. MATRI QUANDOCUNQUE. ET. UBICUNQUE. DEO. VISUM. LUBENS. MERITOQUE. REDDITURUS. IN. FRAGILITATIS. HUMANÆ. MEMORIAM. REDINTEGRATAM. SPEM. VIVENS. HOC. SIBI. MONUMENTUM. PONI. CURAVIT.

Vita mihi CHRISTUS, mors lucrum & janua vitæ
Ut CHRISTO vivam, sit mihi dulce mori.

Mor-

Digitized by Google

Morte tua, mors ô mortis da vincere mortem.
Sic tu CHRISTE mihi vita perennis eris.

§. V. *Marcus Zuerius* BOXHORNIUS Eloquentiæ & Historiarum in inclyta Academia Lugduno-Batavâ, dum viveret, Professor celeberrimus, (cujus vitam & scripta exhibent Jacobus Daselius in Historia vitæ & mortis Boxhornianæ cum epistolis Boxhornianis anno M. DC. LXII. evulgatâ. Henningius Wittenius Memor. Philosoph. Renov. Decad. V. pag. m. 141. seqq. Adolphus Clarmundus Vitis Clarissimorum Virorum Part. II. n. XXI. p. m. 165. seqq. & qui allegantur ibidem p. 177. Auctores alii, cujusve doctrinæ ac vitæ symbolum fuit: QUANTUM EST QUOD SCITUR;) multa & varia edidit quibus literatum orbem locupletavit & inter hæc etiam *Gnomas Morales atque Politicas* Poematibus ejus adcusas & epistolis p. m. 151. seqq. edit. Amstelodam M. DC. LXII. in 12. quæ & acumen ostendunt ingenii & variarum rerum atque elegantiarum velut sesamo & papavere sparsæ salivam movent lectori. Singularia præterea genii ingenii & officii suppeditavit monumenta ex quibus præcipua heic adnotasse sufficiat. Np. (I.) *Stemma falsò impugnatum.* Celebratur in antiquis Brabantiæ fastis, Johannes quidam Boxhornius, Vir genere & bellica virtute præcipuus, ex cujus prosapia

M. Z. Boxhornius. Biographi ejus. Symbolum. Stemma ejus falsò impugnatum.

nomen omenque futuræ dignitatis accepit Marcus Zuerius. Nec ignota hodiè Bruxellis Lovanii aliisque Brabantiæ in partibus Boxhorniorum præluſtris familia, ut audiendus hic non ſit cavillator Cuyckius, perfrictæ frontis ſive Jeſuita, ſive ſacerdos, qui ſcripto publicè edito negare id ipſum impudenter ac refellere conatus eſt. Contrariam ejus rei veritatem teſtantur inſignia eorum, quæ, dum viveret Boxhornius, amicis id requirentibus modeſtè oſtendebat: quanquam & eidem ex aliis inſtrumentis & chartis haud difficulter, ſi opus, edoceri poſſe aſſerat Lambertus Barlæus Orat. funebr. in exceſſum M. Z. Boxhornii. (II.)

Præmaturum dignitatis officium.

Præmaturum dignitatis officium. Boxhornius tantâ diligentiâ, tanto ardore ſtudia ſua in Academia Leidenſi pertexuit, ut brevi temporis ſpatio de variis quæſtionibus præſertim Ethicis & Politicis inter eruditos diſſereret, idque tanta judicii ſagacitate & verborum ornatu, ut audientium omnium oculos animosque in ſe converteret. Hiſtoriarum præ cæteris lectione delectatus eſt & naturali quadam inclinatione totus propendit in literas. Unde factum ut crebris declamationibus privatisque exercitiis vacaret, nec ſe modò ſolum, ſed & ſtudioſam juventutem unà ſecum expoliret, ſalutaribusque civilis doctrinæ præceptis imbueret. Quare cum jam ſupra prætextam ſaperet hic Papyrius conſummatamque in politiori literatura peritiam undequaque teſtatam faceret, Nobiliſſimis Academiæ Curatoribus eum com-

commendandum eſſe cenſuerunt Viri docti, qui tantum quoque gratiâ ſuâ & operâ apud Conſules Leidenſes & Lycei Leidenſis Ephoros effecère, ut communibus omnium calculis Eloquentiæ Profeſſor fuerit creatus, idque juvenis admodum, quod mirandum, vix annum egreſſus decimum & nonum. In quo munere ita ſe geſſit tamque præclarum ſe præſtitit Oratorem ut non Marcus Zuerius Boxhornius ſed Marcus Tullius Cicero à nonnullis appellaretur. (III.) *Hiſtoriographici muneris ambitum*, Non abhorruit ab officio Hiſtoriographi Batavi Boxhornius, cujus verba ſubjicit *è pag. 170. epiſt. edit. Amſtel. M. DC. LXII. in 12.* Auſimne in comitatis tuæ (Conſtantine Hugeni) ſinum effundere deſiderium honeſtæ noſtræ ambitionis? Utique adjicerem animum ad pulcherrimum facinus & ordirer integram ſeriem rerum à Celſiſſimo Arauſii Principe Guilielmo geſtarum, ſi ad induſtriam noſtram ac fidem auctoritas accederet & Hiſtorici ejus titulo æſtimarer. Quod ut præter veteris ac noſtri ævi exemplum non eſt, ita ſi hujus ſpei noſtræ audacia diſpliceat, quæſo Te ne me ſcripſiſſe arbitreris, *Et pag. 172. ad eundem Hugenium ſcribit* : Autores mihi fuerunt præcipuæ dignitatis Viri ut ad Hiſtoriographi populi Zelandici titulum contendero auderem: & jam certus ſum fore, ut de hoc deſiderio noſtro, quod amoris plurimum in hanc gentem ac fidem, nihil autem arrogantiæ aut avaritiæ habet, proximis ordinum comitiis a-

Hiſtoriographici muneris ambitus

ga-

gatur. Assumo Te in præsidium spei meæ, Heros maxime, ac supplere rogo quæsoque ut illustri Knutio, quem plurimum posse non ignoras, qualiacunque ista studia nostra commendare non dedigneris. Interest saltim Zelandorum ut majores eorum tandem aliquando veris laudibus & perpetuo opere celebrentur ac posteri sub eorum illustri exemplo præmoneantur. quâ potissimum via possint ad eandem gloriam eniti. (IV.) *Illustre Virorum Principum Consortium.* Non vulgares modo habuit discipulos & sectatores sed plerosque Optimatum filios florem Belgicæ & Germanicæ nobilitatis. Qui omnes tanti viri gratia & eruditione pelleci sæpe ipsum adibant, de quæstionibus variis, ut Apollinem alterum consulebant collegiaque privata sub eo habebant. Ita ut de domo ejus dici possit quod de Isocratis Rhetoris domo scriptum legitur, ex ea tanquam ex equo Trojano complures prodiisse disertissimos juvenes & in historiis omnique literarum genere versatissimos. In quibus præter innumeros Germaniæ Comites & Barones etiam fuit Serenissimus quondam Dux Mecklenburgensis *GUSTAVUS ADOLPHUS*, qui, ut propius Boxhornii institutione & politissimis frueretur colloquiis mensa ejus aliquandiu usus est, quippe vix octavum & decimum agens annum à Boxhornio sequenti mactatus est elogio, quod ad verbum referimus: *Dum in his scribendis* (Historiæ sibi Universalis momentis) *sumus*, inquit, *videre hic nobis*

Illustre Virorum Illustrissimorum Consortium.

Gustavi Adolphi Ducis Meckl. Elogium Boxhornianum.

& inſpicere propius ac colere ſplendidiſſimi illius Henetorum ſanguinis Illuſtriſſimum Praducem, Guſtavum Adolphum, Ducem Megdp. licuit, Germanicæ juventutis verè Principem & dum raro mundi exemplo in Illuſtriorum omnium ſcientiarum diſciplinarumque ſtudiis excolendis verſatur, nihil niſi digna Principe meditantem, viſu & auditu in primo adhuc juventæ flore venerabilem. Qui cum magnitudinem & gravitatem, quod de Germanico olim pronunciavit Tacitus ſummæ fortunæ ſuæ retineat invidiam, tamen & arrogantiam effugit. Hæc tantus ſcriptor de Principe adhuc adoleſcente ad quam laudem alii aut nunquam aut rarò profectâ jam ætate aſcendunt.

CLAS-

CLASSIS QUINTA.

Genuini ad Politicam Apparatus subministrans DISCURSORIOS SELECTOS.

§. I.

Discursorii Selecti quales.

ACcedimus nunc ad illud Politicorum scriptorum genus, quod veluti mixtum est ac partim præceptis, partim exemplis constat. Quod etsi rerum actuumq; civilium indolem segnius & obscurius attingit præcedentibus, tamen in judicio de rebus informando plurimum potest. Sunt tales scriptores, qui varias & fermè sine certo ordine ac delectu materiarum congestas observationes, digressiones, dissertationes & discursus Politicos aut Historico-Politicos composuerunt, quorum tanta copia est, ut vix numerus eorum iniri queat. Eminent tamen ex tanta multitudine judicii & prudentiæ laude Vi-

Viri duo excellentiſsimi quos pro ratione Methodi & ſcopi noſtri ſeligimus, Michael ſcilicet PICCARTUS & Matthias BERNEGGERUS.

MICHAEL Piccartus. Biographus ejus. Obſerv. Hiſtor. Polit.

§. II. *Michael PICCARTUS* Logicæ & Metaphyſicæ Profeſſor Altorffinus (cujus memoriam ab oblivione vindicatam à Friederico Rochſio Prüteno Piccarto mnema inſcriptam, Memoriis Philoſophorum renovatis Decad. II. p. m. 181. ſeqq. inſeruit Henningius Wittenius) inter varia ingenii atque doctrinæ monumenta reliquit *obſervationum Hiſtorico - Politicarum Decades*, quarum ſex priores prodierunt Ambergæ M. DC. XIII. & Noribergæ M. DC. XXIV. in 8. ſex poſteriores Ambergæ M. DC. XVI. & Noribergæ M. DC. XXI. XXIII. LI. in 8. Decades Poſthumæ Noribergæ M. DC. XXI. in 8. in quibus varia ex Hiſtoricis præſertim antiquis Politica ratione eaque longè doctiſsima & jucundiſsima examinantur atque dijudicantur. Inter varia doctrinæ & vitæ Piccartianæ memorabilia ſequentia nobis obſervare licuit.

Præmaturum eruditionis & dignitatis faſtigium.

(I.) *Præmaturum eruditionis atque dignitatis faſtigium.* Demonſtravit ſcil. Indolem ad ſtudia ſolidiora aptiſsimam, ita, ut anno ætatis decimo quinto gradum Baccalaureatus maximo cum Parentum aliorumve applauſu obtinuerit, qui poſtmodum tantum diſcendi ardorem ac cupiditatem in eo excitavit, ut à ſtudiis illum nec otium abſtrahere nec avocare voluptas, nec ſomnus retardare nec abduce-

re

re alia potuerint, quibus capi Adoleſcentia frequenter ſolet, ut diligentia, poſt biennium ſummum in Philoſophia gradum ſit nactus. Nec hoc condecoratus præmio acquieſcendum ſibi eſſe putavit, ſed maximâ induſtriâ maximâve dexteritate tum ſibi tum commilitonibus & legendo & diſputando præivit, donec tandem ſummum ingenii acumen ſumma docendi dexteritate ita eluxiſſet, ut Nobiliſſimus ſcholarcharum Ordo eundem Profeſſioni publicè anno ætatis vigeſimo quinto præficiendum putâſſet, & quidem divinæ illius artis Logicæ qua ſine nec rerum explicatio vera, nec veritatis à falſitate dijudicatio genuina cuipiam obtingit. Huic ſibi demandato muneri ita ſatisfecit ſummo perſpicuitatis ardore, ut nullus quispiam, niſi qui apertiſſimæ veritati in os contradicere voluerit, de ejus vel negligentia conqueri, vel perſpicuitate dubitare potuerit. Primum Germaniæ noſtræ hoc adſcribebatur ut tarde nimis pueros ſtudiis tribueret ſecundum illud Poetæ:

Namque fere nuper Germania noſtra ſolebat
Non pueros ſtudiis ſed dare pene viros.

E diametro Piccarti exemplum ſtat, cui munus tantum in juvenili ætatis flore datum fuit atque concreditum.

(II.) Cri-

(II.) *Crimen religionis dissimulatæ falsum.* Piccartus quantum humanæ naturæ fert imbecillitas pius fuit & domi non tantum ipse summo cum ardore quotidiè sacris incubuit literis, ita ut Sacra Biblia quinquies ab illo perlecta & relecta sint, sed suos eò adigendos optimè scivit: conciones publicas quantum ob membrorum imbecillitatem potuit frequenter cum suis visitavit: Sacrâ Domini Cœnâ more veterum Christianorum usus est; ut summa illum injuria afficiant hi, qui alterius cujusdam religionis sectatorem illum fuisse perhibent. Quæ enim quæso hæc esset levitas palàm ad hanc se profiteri religionem, ceremoniis non tantum iisdem, sed quod maximum, eodem modo sacrâ uti Cœnâ, & in mente tamen aliam fovere opinionem. Non hæ res ludicræ, sed quæ animæ saltem concernunt maximæ, quibus cum jocari non nisi cum animæ interitu potest. Germanica fides illud obtinuit apud optimos quosvis ut quod loquatur sentiat & quod sentiat, loquatur. Piccartum autem Germaniæ fidei fuisse omnium, qui ipsum agnoverunt, consensu certo certius constat. Unde abstinere à cogitationibus ne dicam sermonibus illis injustis ne ipsi in illam suspicionem incurrere voluerint, longè fuisset melius

Crimen Religionis dissimulatæ falsum.

(III.) *Amplissimum existimationis ornamentum.* Tanta Piccarti fuit existimatio, ut nec Lutetia Parisiorum nec Anglia nec Hollandia tacere potuerit. Magnus ille Casaubonus, Lutetiæ Parisiorum adhuc constitutus

Amplissimum Existimationis ornamentum

φιλοσοφίας ac φιλολογίας Piccartiana ſpecimina magnopere deprædicavit tàm in Epiſtolis ad Piccartum datis quam occaſionibus aliis. Graviſſimus ille Orator Heinſius locorum disjunctionem parvi faciens literas ad Piccartum miſit, poſtquam ſuavitatis Piccartianæ guſtavit delicias, quibus multum laudis, multum tribuit exiſtimationis. Excellentiſſimi illiq Antiquarii MEURSII & aliorum extant teſtimonia, quæ ſcripta Piccarti ſummo ſemper in honore habuerunt.

Improviſus memoriæ lapſus.

(IV.) *Improviſum Memoriæ lapſum.* In Piccarti Decad. XI. Obſerv. Hiſt. Polit. cap. II. p. 278. ed. optimæ Norib. 1651. in 8. notat ceſpitationem improviſam ὁ μυσαγέτης *GRENIUS in Tom. V. Animadverſ. Hiſt. Philol. cap. III. §. VI. pag. m. 237.* quâ ſcribit, Q. Metellum felicitatem à Patre L. Metello, Pontifice, bis conſule, Dictatore, Magiſtro equitum, Quindecim-Viro agris dandis & Triumphali, velut de manu in manum traditam accepiſſe. Non enim L. Metellus Macedonici Metelli Pater eſt, ſed Avus, quod omnes Faſtorum ſcriptores ſciunt. Vide B. Chriſtoph. Ad Rupertum in Obſerv. ad Vellej. Paterc. lib. I. c. XI. in 4. p. 83.

Injuſtum Scriptorum Latrocinium.

(V.) *Injuſtum ſcriptorum Latrocinium.* Non erit abs re de hoc ipſo *B. Ritterhuſium* audire in *Epiſt ad Georg. Richterum p. m. 205. Epiſt. Richt. edit. Norimb. M. DC. LXII. in 4. ita ſcribentem*: Equidem mirari ſatis nunquam potui, tàm apud Veteres Græcos & Latinos, quam

quam superioris seculi Viros magni nominis, aliena scripta tota transcripsisse & sine ulla immutatione aut mentione auctorum pro suis edidisse. Bodinus lectiones Turnebi in Oppianum pro suis vulgavit. Quid Scioppius Giphanio harpagârit, notum est doctis. Hoc non æque omnibus; Davidem Origanum Mathematicum Libros Georgii Rollenhagii de Prognostico Calendariorum & nativitatum pro suis edidisse. Arnoldus Clapmarius hoc nomine accusatur ab Eberhardo à Weihe; Optimi Piccarti nostri p. m. scripta in furaces hujusmodi manus incidisse, nemini hic ignoratur, ut nec illud, ejus lectiones, in Tragœdiam Senecæ hanc ipsam ob causam publicam lucem fugere. Verum tantum abest, ut me tueri velim his exemplis, ut potius furta hæc literaria exsecrer.

Ultimus honoris monumentum.

(VI.) *Ultimum honoris monumentum.* Sepulchro Piccarti hæc verba leguntur inscripta: Michaelis PICCARTI, Franci, Professoris Norici, Annæ Matris, Barbaræ Uxoris & liberorum ac posterorum sepulchrum familiare:

Corporis exuvias gens hic Piccarta reponit
Remigio ut cœlum liberiore petat.

Matthias Bernegg. Biographi ejus.

§. III. *Math.* BERNEGGERUS, Historiarum Professor, Varro Argentoratensis [cujus vitam officia & scripta enarrant Joh. Henr. Bœclerus in laudatione funebri in obitum Bernegg. hab. Argent. 1640. quæ est nona in ordine Orationum Bœcl. ed. in 8. 1650. Arg. p.

m. 230. seqq. Theophilus Spizelius in Theatro Honoris p. 350. sq. & Adolphus Clarmundus in Vitis Clariss. in re literaria Virorum ed. in 8. Witteb. 1704. n. III. p. m. 21. seqq. Part. III.] exquisitissima inter scripta *Observationes* etiam *Historico-Politicas* evulgavit Tubingæ ann. M. DC. LVI. M. DC. LXVI. in 12. & Argentorati M. DC. LXIX. in 12. quibus varia ex Historicis præsertim antiquis eruditissima ac exquisitissima quadam ratione considerat & politico deinceps examine examinat judicioque Politico decidit. Habemus de cætero quod annotemus de BERNEGGERO (I.) *Inusitatum linguarum & literarum commercium.* Non minima commendationis Berneggerianæ portio est, quod præter linguas doctis proprias Hebræam & Orientales reliquas, Græcam atque Latinam Gallis, Hispanis, Italis, Illyriis, Belgis suo reddiderit verba; literas quarum usus venit, promtè scripserit, difficillimaque & vix vernaculis hominibus intelligenda Opera in latinum converterit. Tale enim fuit quod à summo suæ ætatis Mathematico Italice editum, rerum verborumque abditis, supra quam dici potest, plenum Systema Copernicanum, latinum à BERNEGGERO non sine admiratione orbis subtilior recepit. Multum commoditatis habuit etiam inusitata illa linguarum omnigenarum notitia in amicitiis Clarissimorum per orbem Europæum Virorum colendis. Ab illis enim ad BERNEGGERUM, & ab hoc ad illos fre-

Observ. Hist. Polit.

Inusitatum linguarum & literarum commercium.

frequentia commeabant literarum commercia. Invitabat alium ex occasione ad amicitiam, Viri humanitas, ab alio invitabatur: deferebat cultum aliis modestia, ub aliis accipiebat: officia rogabatur sœpius quam rogabat facilitas, familiaritatem instaurabat fides; communes doctrinarum utilitates confovebat eruditio; & dum collatis omnia rationibus geruntur stimuli, auctoritas, præsidium, decus accedit consiliis, elegantiæ & felicitati seculi destinatis. Conciliatrix autem tam optabilis commercii utrinque fama fuit veræ virtutis doctrinæque documentis instructa quæ inter absentes faciebat præsentia quæcunque publicis semel auspiciis ullibi terrarum emicuissent.

Absolutus in scriptores Profanos Commentarius.

(II.) *Absolutum in scriptores Profanos commentarium.* Prodierunt anteà præclari Autores magna cum editorum celebritate, illi quidem, prout cujusque ingenium, occasio supellex tulit. Verum horum operâ nondum erat vel tempori vel eruditioni consultum. Berneggerus ergò inivit rationem quâ semel perfectioni studiorum, & tempori tum & instituto cujusque prolixo, ut ita dicamus, compendio subveniretur. Quicquid ubique terrarum indè post renatas literas ad unumquemque scriptorem Classicum imprimis Ciceronem, Livium, Vellejum, Arrianum, Senecam, Salustium, Thucydidem Pachymorium felicia publico elaboravêre ingenia, quicquid emendationi, illustrationi, dictioni, argumento ex omni penu doctrinarum inserviret, coacta sub

unum conſpectum, diſpoſita in promtos uſus, locupletata ingenio editoris omnia exhibere, conatus eſt, ſicque molem libro demere, copiam augere, ordinem addere. Hujus conatus pars ſanè non ignobilis INDICES non tumultuario aut ſemipleno congeſtu, non frigidâ & triviali Philologiâ, ſed planè novo exemplo, in majores quam facilè dixerimus, opportunitates ac ſubſidia adornandi, quæ experimentis potius quam elogiis innotefcere poſſunt. Hujus operis formam complexus mente BERNEGGERUS, ingenti apparatu, longo tempore inſtrumentoque graviſſimo indigentem, complexus etiam ſine dubio opere niſi intercepto morte BERNEGGERO, omnem hanc formam, omnem induſtriam & vota ſeculi in Freinsheimianos humeros ſupremum numen aptaviſſet, quibus quam benè ſederit hoc onus Floriano & Curtiano Commentario cognitum abundè ac oſtenſum eſt.

Improviſus memoriæ lapſus,

(III.) *Improviſum memoriæ lapſum.* Quemadmodum Partes memoriæ lapſos eſſe oſtendit Johannes Crojus cap. XXVII. Obſerv. in N. T. & alios Magnos viros. Thomas Gatakerus cap. IX. & X. adverſar. ut & Elias Major de varianda Oratione Adpend. Sect. XII. §. VI. item Johannes Coraſius Toloſas JCtus lib. Epiſt. Quæſt. cap. XII. ita & Magno BERNEGGERO idem accidiſſe oſtendit diligentiſſimus errorum obſervator ac emendator Thomas CRENIUS Animadv. Hiſt. Phil. T. III. c. IV. §. VII. p. m. 170. Tom. IX.

cap.

Digitized by Google

cap. III. §. VII. p. m. 202. Tom. XI. cap. III. §. V. pag. 139. seqq. & §. VII. p. m. 274. ubi vide.

Imputatum ab ingenuis plagium.

(IV.) *Imputatum à Viris ingenuis Plagium.* Vir inusitatæ, ingenuæ tamen doctrinæ ac vitæ *Dan. Georg. Morhofius in Polyhist. liter. lib. V. cap. V. pag. m. 348. edit. Lubecens. M. DC. XCV. in 4. hoc habet BERNEGGERIANI plagii documentum.* Acerbior in Lullium ejusque artem *Verulamii* censura est, qui vocat Methodum impostura. Extat & prolixa in illam artem *Berneggeri* declamatio Oratione de parandæ doctrinæ illegitimis modiis, quæ est inter Orationes ejus secunda. Parùm quoque honorifice de ea judicat *Keckermannus* in præcognitis Logicis Tract. II. ubi de variis suæ & superiorum ætatum scriptoribus artem dixerat Berneggerus ἀυτολιξεὶ, quod in Viro doctissimo miratus sum, descripsit: *Idem Vir ingenuus Lib. 2. Polyhist. cap. VI. p. 381. aliud suppeditat documentum his verbis.* Legi in illo argumento (scil. de arte Mnemonica) potest illa *Jacobi Lectii*, JCti doctissimi de Memoria Oratio, qui etsi hanc artem non aspernatur, tamen in ea plus ostentationis, quam frugis esse judicat: qua in sententia planè illi ὁμόψηφος est in Oratione de parandæ doctrinæ modis illegitimis BERNEGGERUS, ut ipsa ejus verba transcribat, scriniorum ejus hac quidem in parte compilator. Sed ille has forsan extemporales & inter negotia deproperatas Orationes typis non destinavit. Nam filius illas post mortem Viri citra contro-

versiam doctissimi, & qui magnum, dum viveret, Germaniæ ornamentum fuit, edidit.

CLASSIS SEXTA.

Genuini ad Politicam Apparatus suggerens

ERISTICOS ET APHORISTICOS SELECTOS.

§. I.

Eristici & Aphoristici quales.

ACcedimus ad novum Scriptorum Politicorum genus, eorum scilicet qui vel ad Historicos Veteres aut Historiæ aliquam Veteris & recentioris partem commentantes, Theses & Antitheses Politicas easque varias agitavêre, vel qui partem aliquam Politicæ quoad doctrinas & controversias integris dissertationibus ex professo pertractarunt; item eorum qui Præcepta & Observationes Politicas quamvis nullâ certâ justâque methodo breviter tamen & per modum Aphorismorum & Axiomatum collegerunt, idque alii nudè, alii cum apparatu & instructu exemplorum.

§. II.

Digitized by Google

§. II. Ex illis qui certam Politiæ partem quoad doctrinas & controversias peculiaribus Disputationibus examinarunt seligimus (I.) *Benedictum Carpzovium* Illustrissimæ Principis ac Dominæ Sophiæ, Christiani I. Electoris ac Ducis Saxonici Viduæ Cancellarium quondam illustrissimum, Serenissimi item ac Potentissimi Electoris Saxoniæ Consiliarium gravissimum nec non supremi Dicasterii Dresdæ quod appellationum vocant, assessorem dignissimum, cujus Vitam, officia & scripta ex Programmate funebri Rect. Acad. Witteb. Jacobi Martini SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. exhibet Henningius Wittenius Memoriis JCtorum renovatis Decad. I. p. m. 104. quo cum conf. Aug. Buchnerus Dissert. Acad. sive Programmatum Vol. II. ed. in 8. 1651. Witteb. n. XXIII. p. 96. seqq. quique inter excellentissima doctrinæ ac famæ suæ monumenta reliquit *Volumen Disputationum Historico-Politico-Juridicarum* Lipsiæ 1655. in 4. & 1666. in fol. publicatum, quibus varia ex Politicis Historicis atque Juridicis Themata & quoad doctrinas & quoad controversias erudite & solide pertractando examinat examinandoque salutarem ad finem applicat. Eristici Selecti. Carpzovius. Biographi ejus. Volum. Disp. Histor. Polit.

(II.) *CHRISTOPHORUM BESOLDUM* Tubingensem Suevum, J. U. Doctorem, primum in Academia Patria, deinde & Ingolstadiensi Codicis & Juris publici Professorem nec non Consiliarium Cæsareum ac Bavarum, è Lutherano Pontificium factum Bessoldus.

(vid. Henning. Wittenius in Diar. Biograph. T. I. ad ann. 1638 d. 15. Septembr. ubi scriptorum Besoldianorum habes Catalogum) quo nemo unus plura in Politicis & magis varia edidit volumina hoc titulo insignita: *Christ. Besoldi Disputationum Juridico-Politicarum Fasciculi IV. Tubingæ in 4.* In iis omnibus Conringio judice de Prud. civili cap. XIV. pag. m. 353. *merito laudaveris auctoris industriam, multam lectionem & ingenuum candorem, ut non possint non esse commoda. Quia verò scriptionis ratio tantum non omnis est & tumultuaria & scatens alienis atque ad rem non facientibus & justo argumentorum robore passim destituta, subnixa verò identidem loco testimonii, nominibus inanibus nunc quidem magnorum, nunc autem & nullius pretii hominum: quid ex operosis illis libris expectari possit jam manifestum est.* Fuit enim Besoldus homo pluri-mæ quidem lectionis, labores tamen suos de-perdens. Namquæ notatu ipse digna legerat, plumbo notavit & tradidit libros candidatis quibusdam quos in domo sua alebat, ut in locos referrent communes seu Repertoria, imò ipsos illos auctores evolvendos eum in finem communicavit. Illi verò ea, quæ notanda & referenda erant, vel ad minus convenientem titulum referebant & interdum non intelligebant. Hinc Besoldo libros scripturo cum vel exempla vel auctoritates quæreret sub rubricis, nec cum cura ipsa scriptorum loca evolveret, sed statim, ut notatum erat, sine so-

Fasciculi Disp. Histor. Polit.

Scriptorum ejus reliquorum eruditio.

Digitized by Google

licitiore inquisitione, exscriberet, plurimi sunt errores nati, ut non rarò ea citet loca ubi vel prorsus nihil extet ea de re vel potius contrarium quid. His vitiis scatent ejus libri præsertim Politica. Thesaurus tamen Practicus optimus liber est ex judicio accuratiorum Censorum, quoniam sedes materiarum adducit earumque Auctores.

(III.) *ERICUM MAURITIUM* Magnum illud inter Jureconsultos Germaniæ nomen, qui cum in Academiis celeberrimis Heidelbergensi, Tubingensi & Kilonienſi, Antecessoris munere functus summo cum decore fuisset ann. 1672, inter supremi Imperii Romano-Germanici tribunalis, cui Spira Nemetum sedem illo tempore præbebat, assessores allectus Wetzlariæ, quo augustum hoc judicium post Spiram hostili furore excisam, migraverat, pridie idus Octobr. ann. 1691. è vivis excessit. Hujus Viri scripta & doctrinæ ubertate & praxis utilitate refertissima, maximam partem jam olim diversis in locis edita, uno nunc volumine complecti omniumque usui exponere voluit Vir Consultissimus, *Johannes Nicolaus Hertius* in Academia Hasso-Giessena Antecessor amplissimus, cui quin eo nomine plurimum Respublica literaria & Politica debeat nulli ambigimus. Titulus horum scriptorum junctim editorum ita habet: *Erici Mauritii Dissertationes Juridico-Politicæ sive Opuscula de Selectis Juris publici feudalis & privati generalis item Politicæ argumentis Francof. ad Mœn. 1692.*

Mauritius. Vita ejus obitus & scripta.

Dissertationes Politicæ.

Digitized by Google

1692. in 4. Index Opusculorum & Dissertationum hic est. De Principiis Juris publici, Germanici imprimis; de libris Juris communis horumque usu; de Imperii recessibus; de Imperii Matricula; de Origine electorum & comitiis Electoralibus; de Nobilitate imprimis Germanica; Introductio ad Praxin Forensem; de S. Cæs. Maj. & Imperii judicio aulico, de jure interventionis; de secularisatione bonorum Ecclesiasticorum; de citatione ad reassumendum; de judicio Rothvvilensi; de potestate Principis, lege regia & Jurisdictione; Nomenclator scriptorum Juris Feudalis; Positionum Juris feudalis Decades XVI. Annotationes in Capitulationem Leopoldi Imper. Aug. De Vitæ defensionis favore; De Duellis; De denunciatione sagarum; de Abolitione; de æstimatione; denique Positiones Juris Controversæ inaugurales.

Aphoristici Scriptores Collecti. Antiquiores

§. IV. Quod attinet Auctores Aphoristicos seu Aphorismorum Politicorum scriptores aut collectores, præterimus jam antiquos utpote *Agapetum in Schedâ regia ad Imp. Justinianum*, de qua, si placet, conf. Schediasmata nostra Bibliothecæ Græcæ difficilioris 1702. Rostoch. in 4. ed. Sched. III. ex professo; *Plutarchum in præceptis gerendæ Reipubl. ad Menemachum*, quæ cum aliis quibusdam Opusculis Moralibus ad vitam tàm publicam quàm privatam rectè instituendam utilissimis edita sunt studio Joach. Camerarii, Medici Norimbergensis M. DC. LXXXIII. in 8. *Heraclidem*

&

in

in Fragmentis de Politicis; quippe qui Scriptores vix tanti sunt, ut magna ipsorum lectione utilitas sperari debeat. Non attingimus quoque brevitatis ergò ex Recentioribus *Johannem Emboſium*, in Enchiridio Apophtegmatum Philosophorum, Regum, Imperatorum & aliorum illustrium Virorum in locos Communes distributorum Genevæ M. D. LXXXVII. in 16. *Gerhardum Tuningium* JCtum in Apophtegmatibus Politicis, Græcis, Latinis, Hispanicis 1610. in 8. Lugdun. Batav. *Justum Lipsium*, in monitis atque exemplis Politicis ed. in 12. 1624. Amstelod. & Jenæ. 1667. in 8. à Georgio Goetzio. *Johan. Chockierium* in Thesauro aphorismorum Politicorum ex optima editione quæ prodiit Leodii in fol. M. DC. XLIII. *Johannem Schmidium* in Aphorismis Politicis ipsis Barclaji verbis nervosè conceptis & exemplis ipsi nativis explicatis. h. e. Joh. Barclaji Principe præceptis & exemplis in Argenide nobiliter informato Oldenburgi 1674. in 12. Duos solummodo ex recentioribus Aphorismorum Politicorum scriptoribus eligimus nomine atque omine clarissimos, *Lambertum* scil. *Danæum & Georgium Richterum*, quorum ille Naudæo teste in Bibliogr. Polit. apud Crenium T. I. Method. I. XIII. p. 570. nude & simpliciter aphorismos enunciavit; hic valde utili & prolixa exemplorum congerie declaravit.

Recentiores.

Aphoristici selecti.

§. IV. De *LAMBERTO DANÆO* memorabilia quæ colligere hactenus nobis licuit

Lamb. Danæus.

Singularis ejus in eruditione apparatus.

cuit literaria ita disponimus ut consideremus. (I.) *Singularem Eruditionis apparatum.* Daenus scilicet natione Gallus, patriâ Aurelianensis facili promtoque ingenio, cui discendi cupiditas labor & exercitatio accessit, id quod voluit, assecutus est. Præter artium enim Encyclopædiam variarum etiam rerum & scientiarum cognitionem adeptus est, earum scil. quibus sancta illa studia, quæ postremò secutus est, ornavit atque illustravit; adeó ut mirum sit hominis unius ingenium tot & tam diversas sententias haurire & retinere potuisse. Initio operam juri dedit & per annos quatuor docentem Aureliæ Annam Burgium audivit qui postea consiliarius in senatu Parisiensi ann. 1555. crematus fuit. Ex quo tempore reformatæ religioni adhærens mutatis studiis Genevam concessit ibique se totum S. literis tradens summa sua vigilantia, lectione auctorum infinita memoriâque stupendâ obtinuit, ut inter præstantissimos & exercitatissimos Theologos fuerit habitus. In Pastorum Doctorumque Genevensium Ordinem accitus & Ecclesiæ & Scholæ suâ operâ perutilis fuit qui semper commentabatur & aliquid edebat. Porrò in Patribus atque Theologiâ Scholasticâ ita versatus fuit, ut non facile extiterit aliquis qui in illo studiorum genere hunc antecelluerit. Genevâ evocatum Academia Lugdunensis apud Batavos excepit docentemque audivit, eruditionem, ingenii alacritatem, promtitudinem memoriamque in allegandis recitandisq; Patrum

Scho-

Digitized by Google

Scholasticorum, Canonistarum Profanorumque Scriptorum sententiis admirata.

Fraudulentus Operum Titulus.

(II.) *Fraudulentum Operum Titulum.* Prodierunt Danæi Opuscula omnia (ita enim legitur in titulo) Theologica Genevæ M.D. LXXXIII. in fol. Qui titulus quam falsus sit & fraudulentus non modò ipse Typographus ibidem lectorem docet sed & sequentes; quos tenemus, omisi in illis ad liquidum redigunt libri. Desiderantur enim Danæi Harmonia sive Tabulæ in Salomonis Proverbia & Ecclesiasten. Commentarii in Matthæum editi apud Petrum Sanctandreanum, cIↃIↃ XXCIII in 8. Quæstiones & scholia in Marcum Genevæ. M. D. XCIV. in 8. Brevis commentarius in tres D. Johannis Evangelistæ & unicam Judæ Epistolam Genevæ M. D. LXXXV. in 8. Theses de Oratione Dominica Lugdun. Batav. M. D. LXXXI. in 8. Christianæ Isagoges ad Christianorum Theologorum locos Communes, partes III. Genevæ M. D. LXXXVIII. in 8. Responsio ad Rab. Bellarmini Disputationes Theologicas Genevæ M. D. XCVI. in 8. Politicæ Christianæ Libri VII. Genevæ M. DC. VI. in 8. Vetustissimarum primi mundi antiquitatum Libri IV. Geographiæ Poeticæ Libri tres. Aphorismi Politici de quibus proximo momento dicemus. Obiter addimus Commentarios in Augustini Librum de Hæresibus ad quod vult DEUM, operibus Danæi insertos seperatim Helmstadii edidisse Gerhardum Theodorum Mejerum ann. M. DC. LXXIII.

in

4. errores autem in iisdem & aliis opusculis obvios ex parte annotasse & emendasse accuratissimum nostrum CRENIUM in Animadvers. Hist. Philol. Part. VI. cap. II. & IX. p. 169. 170. Part. VIII. cap. III. §. 8. p. m. 220. sq. 233. sqq. & Part. XI. cap. I. §. VI. p. 101. sq.

Aphorismorum Politicorum æstimium.

(III.) *Aphorismorum Politicorum æstimium.* Danæi Aphorismos Politicos optime edidit *Abrahamus Gölnitzius*, Dantiscanus. Is enim Auctor latet sub vocibus: *Animi Gradi Debitum & Antecedit Gloriam Depressio* editionis Lugduno Batavæ M. DC. XXXIX. in 12. Non solum enim is Danæi exhibuit Aphorismos & exempla, quæ Evezardus Bronchorst multâ industria junxit ex Historicis conscripta; sed & sexcenta alia superaddidit ut & auctior & magis edolata hæc sic editio. Mirantur accuratiores Philologi & Politici studiosis nostris Politicæ & Jurispublici illum librum non esse notiorem, nec magis in usu, quanquam mores scientes seculi mirari desinant.

Iniquum Pontificiorum de Danæo judicium.

(IV.) *Iniquum Pontificiorum de Danæo judicium.* Magna Danæus sudes fuit in Pontificiorum oculis, quare maximo deprimere nisu ipsum laborant, quo illius præstantiam & suam impotentiam in conspicuo ponunt. Adolescentulum, sub ficto Audeberti Aurelii nomine, Beæ olim amoribus decantatum, quâ veritate nescio, fert Maximilianus Sandæus Jesuita Volum. I. Comment. Academ. n. XIII. §. 14. p. m. 500. & 565. edit. Herbipolit. M. DC.

Digitized by Google

M. DC. XXI. in 4. ex Andr. Eudæmonis Johannis libro & cap. I. Castigationum Danæi. *Jacobus GRETTERUS pro more suo Tom. I. defens. Bellarm. in præfatione.* In omnibus Scholiis Danæi ad Bellarm. disp. Theol. nec unam quidem salis micam inesse, mentitur, quia omnia insciti am immensam, fraudes, impostu as, mentiendi & calumniandi impotentissimam libidinem olent & repræsentant. Nimirum in illud (inquid) tempus vita nostra incidit quo Caput asini octoginta argenteis & quarta pars cibi stercoris columbarum quinque argenteis venundantur. 2. Reg. VI. 25. Quid enim aliud horum opera sunt quam id quod tanto pretio scriptura comparatum memorat; quamvis illos coëgit famis necessitas, hos improbitas.

Præpo. sterum Danæi de L. Osiandro Judicium.

(V.) *Præposterum Danæi de Luca Osiandro judicium.* Miramur imprudentiam Danæi, qua in Encaustice sive responsione ad Laonici spongiam p. m. 1518. Opuscul. Teolog. edid. Genev. M. D. LXXIII. in fol. sequentia de Luca Osiandro consignavit: *Ut mi Laonice in posterum noris, quæ sit Lucæ Osiandri in Astragalis nobilitas, ille Andreæ Osiandri teterrimi Monachi Franciscani est filius: & ut nomen familiæ in Germania reperias HOSENi. e. caliga seu caligarius proprium est isti hominum generi cognomen. Sed ex caligario se hosion i. e. Sanctum hominem scil. esse voluit. Verum verecundior ipse Osiander qui hanc paternam nobilitatem nusquam agnoscit, imò qui hanc*

primam ad veram fidei doctrinam viam sibi esse intellexit, si doctrinam Patris sui aperte, vti planè hæreticam damnaret, quod fecit: tantum abest ut paterno nomine, quemadmodum ipse p. 3. etiam scribis, ille glorietur. Nam Andreas Osiander hunc filium Lucam, Noribergæ in matrimonio ex honestissima uxore genuit, toto decenniô post, quam Papatus Noribergæ prorsus fuerat abolitus; neque Andreas Osiander unquam Monachus fuit, ut Nicodemus Frischlinus in defensione contra Danæum subjunctâ ejus Methodo declamandi p. m. 287. edit. Argent. 1606. in 8. docet.

Selectum ejus Symbolum.

(VI.) *Selectum doctrinæ & vitæ Symbolum.* Quemadmodum eruditorum & Clarorum Virorum Symbola magna non rarò in adversis dederunt solatia, habueruntque semper aliquid doctrinæ, ita & solatium in simili adversitate & dogma salutiferum suppeditare potest illud Lamb. Danæi, quod usurpavit:

Omne solum forti patria est, ut fontibus æquor.
Ut vacuo volucri quidquid in orbe patet.

Georg. Richterus.

§. V. De *GEORGIO RICHTERO* JCto Reip. quondam Noribergensi aliisque Imperii Ordinibus à Consiliis & Academiæ Altorffinæ Pro-Cancellario illustrissimo,

Biographus ejus.

præter vitæ conditionem, itinerum amplitudinem, honorum item ac officiorum dignitatem

rem descriptam ejusdemque Epistolarum operi præmissam à filio Joh. Georg. Richtero JCto & Consil. Norib. Memoriis JCtorum renovatis inservit Henningius Wittenius Dec. III. p. m. 277. & seqq. sequentia enotamus & annotamus momenta memoratu digna.

Rarum Philol. & Philos. cum Jurispr. commercium.

(I.) *Rarum Philologiæ & Philosophiæ cum Jurisprudentia commercium.* Richterus mira ingenii gaudebat præstantiâ, quâ celeriter percipiebat atq; comprehendebat & quæcunque tradebantur fideliter recordabatur. Hujus beneficio tantos studiorum fecit progressus ut decimo ætatis anno in examine publico consueto præsentibus Nobil. Reip. Norib. Senat. & Scholarchis Antonio Geudero & Georgio Volckmaro de utilitate & necessitate Grammattices cum laude perorarit. Hujus beneficio necessaria Philosophiæ purioris supellectile instructus Baccalaurei honores obtinuit, imò post obtentos illos honores Disputationes Philosophicas publice cum admiratione instituit & tredecim volumina MSta Philosophica in præcipuos libros Aristotelis sua manu ac privatâ diligentiâ summoque studio collecta reliquit. Oratoriam etiam Facultatem, ejusque nutricem Philologicam cum Budæo velut alteram conjugem suam impense adamavit, fructus ac dotes hujus studii eximias licet fori litigiis inconvenientes, Reip. tamen inposterum, cui studia sua potissimum adolescens jam dicaverat, vel imprimis conducibiles atque decoras fore sibi persuadens.

Interim tamen tempus per omnia Grammaticorum, Poetarum, Oratorum & reliquorum Philologorum pulpita trahere neque animo sedit neque principale studium nunc temporis Jurisprudentia neque Præceptorum dexterrimorum excoctum consilium permisit. Itaque alterum tantum oculum literis humanioribus se debere existimavit, alterum Jurisprudentiæ & huic sæpe utrumque. Linguæ Græcæ præprimis assiduam operam navavit inque ea tantos fecit progressus ut Orationem Græcam scribere & si opus fuisset non ineleganter græce loqui potuerit. Quam ob rem Andreæ Dinneto JCto qui linguam hanc cum admiratione calluit, longe fuit charissimus. Ex eo siquidem sæpe audiverat ac suopte & ingenio perspectum habebat neminem, qua Veterum quâ recentiorum ad solidæ doctrinæ famam perveniſſe nisi Græcarum literarum auxilio.

Amplissimum Oratoriæ facultatis effectum.

(II.) *Amplissimum Oratoriæ facultatis effectum.* Inter varias legationes quas suscepit Richterus ad multos Imperii conventus, ad Augustissimum Imperatorem Ferdinandum II. ad Reges, Electores, cæterosque Imperii Principes ac Status honorificentissima fuit illa, quam præsente Nobilissimo Dn. Sigismundo Gabr. Holtzsuhero Reip. Norib. Septem-viro prudentissimo una cum Civitatis Francofurtensis & Ulmensis Legatis, pro earundem ut & reliquarum sessionis ordine posteriorum civitatum ex tribus circulis Franconico, Suevico

&

& Rhenensi superiore communi causa ad S. Cæs. Maj. & Eminentissimi Collegii Electoralis Conventum Ratisbonam subiit, ubi directorium ad civitatem Noribergensem delatum, communi nomine tanta dexteritate in se suscepit, tantâque coram Imperatoriâ Majestate facundiâ verba fecit, ut post Audientiam per ministros inquirere cœperit Imperator de Richteri nomine, de ejusdem Patria & Parentibus. Indicium hoc erat prout eventus docuit, summæ gratiæ, quam suada perorantis apud Imperatorem conciliaverat qui eam testatam porrò aliis documentis Comitis nimirum Palatini vel Consiliarii dignitate ac titulis fecisset, si tale quid ambiisset modestia ejus, cui summi honoris loco jam fuerat, placuisse supremo in terris moderatori.

Suavissimum in omni vita septennium.

(III.) *Suavissimum in omni vita septennium.* Inevitabilis illa rerum humanarum vicissitudo nec Richtero felicitatem Vitæ sinebat totam. Fatale enim illud multis & ipsa appellatione, multis quidem in risum, iis vero quos tangit in horrorem definens malum, Podagra inopinantem ipsum obruit, quam paucis deinde annis post secuto est dirus ille & experientia teste multò immitior tot eruditarum animarum carnifex, Calculus. Atque hi duo ac propè individui Comites Valetudinem ejus reddiderunt vacillantem & vitam insuavem. Septennium interim interpositum est, quod inter summas amœnitates ac delicias ante obitum transegit, quove filium unicum *Johannem*

nem Georgium ſalvum non modò exitinere reducem ſed & eodem anno utriusque Juris Doctorem, Maritum, & denique biennio poſt Reipubl. patriæ Conſiliarium adeoque pari ſecum in Honoris ac dignitatis gradu conſtitutum vidit, ejusque ad annum usque quintum cum quinque nepotibus ſumma voti in pectore piè cuſtoditi felicitate ſuperfuit.

Culpabile Neutraliſtarum Patrocinium.

(IV.) *Culpabile Syncretiſtarum atque Neutraliſtarum Patrocinium.* Conſtat ex Epiſtolis RICHTERI, audiviſſe ipſum libentius Eraſmum Roterodamum, Hugonem Grotium, Scriverium, Brentium, Heinſium, Calixtum, Hornejum & alios quam Dominos Theologos Wittebergenſes, Lipſienſes, Argentoratenſes, Roſtochienſes, Gryphisvvaldenſes, Jenenſes. Aperit hoc ſuum judicium *in Epiſtola ad Hornejum p. m. 130. his verbis*: Tui (HORNEI) & Calixti noſtri Doctorum Theologiæ, quos, Germania hodie habet, ſummorum (patere ut pro libertate mea fincere dicam quod verè ſentio) mentionem facimus ſœpiſſimè eamque nonniſi, ut debemus, honorificam. *Et in Epiſt. ad Joh. Fried. Gronovium. p. m. 222.* ſcripta GROTII divina nunquam è manibus depono & ut olim manum ejus præſens: ita nunc abſens mentem avidiſſime exoſculor. *Et in epiſt. earund. pag. 495.* Unum deſidero ut librorum iſtorum præſtantiſſimorum *SELDENI*, Viri ſummi & *VOSSII τῶ πάνυ* copiam videndi aliquando nanciſci liceat. *Et poſt pauca*; Vi-

di-

disti sine dubio scripta Duræi divina, pietatis, pacis, prudentiæ laude eximia & studium concordiæ in controversiis religionis pium & sincerum amabis; quicquid nonnulli malè feriati malèque sani; (qualis est ille vitilitigator sine nucleo i. e. Johannes Hülsemannus) sinistri de illo judicent. Ita Richtero æque ac hodie ARNOLDO illi famosissimo nihil non ab adversariis profectum, divinum est, nostri quid scripsêre ne nominandum quidem. Indignum sanè est summêque dolendum iis in locis & intra ejusdem Ecclesiæ pomœria tantos & ipsis adversariis laudatos Theologos pios ita lacerari, quorum operâ & fidelissimâ institutione multi Christum induerunt ejusque notitiam adepti sunt; cordatos Ecclesiæ ministros acceperunt; imò ipsa non sine successu Religio Lutherana defensa fuit publicè! Mirum homines indoctos Theologiæ Polemicæ, quales Politici, de controversiis Theologicis judicare audere.

(V.) *Impletum in fine vitæ præcipuum in vita desiderium.* Impletum in fine Vitæ desiderium. Sœpe in vita optavit Richterus, ut in ipso mortis articulo & ante ultimum vitæ spiritum præsentia Viri plurimum Reverendi & Theologiæ Consultissimi *Joh. Michaelis Dilheri*, Concionatoris in urbe Norib. primarii & Gymnasii ibidem Directoris prudentissimi vigilantissimique frui liceret, partim ob sinceræ & exploratæ amicitiæ fidem, partim ob rara & eximia dona, quibus Vir ille

in erigendis ex verbo divino morituris & jam-jam agonizantibus cum admiratione excelluit. Quod & factum. Peropportunè enim & singulari quasi DEI T. O. M. providentia accidit, ut DILHERUS, qui Richterum nihil de morte ejus vel præsumens inter cæteros amicos invisere destinârat, eo ipso tempore domum ægrotantis intraverit, quo voti ille sui ex asse particeps fieri poterat. Lecto itaque appropinquantem cognovit & prædicti voti memor amice excepit salvere & assidere jussit, variosque cum ipso de statu æternæ vitæ sermones miscuit, miscendumque inter nulla vel minimi doloris aut cruciatus signa edens sed dexteram suam Dilheri dextrâ oculos postea placidissime obdormiscentis claudente complicans animam feliciter exhalavit.

Legitimum Axiomatum Politicorum æstimium.

(VI.) *Legitimum Axiomatum Politicorum æstimium.* Exierunt Axiomata Richteri Politica optimè GORGIGII ann. M. DC. IV. in 4. Oeconomica eodem anno ibidem. Ecclesiastica GOSLARIÆ anno M. DC. XIV. in 4. quæ inscribuntur: *Pars tertia Axiomatum Historicorum cum Appendice ad regulas historicas continente novorum axiomatum centurias tres.* Continetur autem in Axiomatibus illis non contemnendus eruditionis Historico-Politicæ, Oeconomicæ atque Ecclesiasticæ Thesaurus. Quo nomine & *Naudæus in Bibliographia Politica* Axiomata illa commendat quemadmodum eodem

no

nomine in *Bibliographia militari* Richteri laudat Axiomata Militaria. Nisi tamen Naudæus per militaria illa putet illa quæ in fine Politicorum axiomatum Richterus habet, nescient Eruditi quæ velit. Præter enim axiomata Politica Oeconomica & Ecclesiastica nulla scriptoris ejus Axiomata Militaria innotuerunt unquam vel celeberrimis Philologis.

CLASSIS SEPTIMA.

Genuini ad Politicam Apparatus

portigens

PÆDEUTICOS SELECTOS.

§. I.

Informatio & Educatio Principum & Illustrium Virorum.

ERudiri debent Principes ac illustres Viri non quibuslibet sed iis cum primis artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Nam Principes & illustres Viri imbuti esse debent artium liberalium studiis quantum satis est tantis personis, non exculti quantum exigitur à Professore, quibus cum adoleverint tùm animum suum oblectare, tùm sibi aliisque meliùs consulere possint. Hinc nihil audiant nisi profuturum, nihil discant quod nescisse rectius fuerit. nihil enim populis optabilius esse potest quam si Principum & Illustrium Virorum liberis contingant sapientiâ doctrinâque conspicui Præceptores, quo-

quorum operâ doctrina neceſſaria ipſis inſtilletur & virtus ſalutaris ad regimen ſalutare. Quomodo autem Principum & Virorum Illuſtrium Pædagogi ſeſe illis ad virtutem duces præbere debeant & quomodo quoad reliqua debeant eſſe comparati ex inſtituto docuerunt ſcriptores illi in Claſſe recenſendi.

Prædentiæi in genere.

§. II. Ex Antiquis de Principum Virorumque Illuſtrium Informandorumque ratione conſcripſit quietam *PLUTARCHUS* libello de præceptis gerendæ Reipublicæ. Ex Recentioribus *Scipio Amiratus* de inſtitutione regia: *Michael Piccartus* Obſ. Hiſt. Polit. Decad. VIII. Cap. V. *Stephanus Vinandus Pighrius* in Hercule ludicro: *Conradus Rittershuſius* in ſpeculo Principis civilis boni; *Johannes Sturmius* in nobilitate literata cap. VIII. *Joachimus Camerarius* in numeratione docendorum n. 3. *Joh. Fungerus* de puerorum diſciplina & recta inſtitutione cap. II. *Gabriel Naudæus* Syntagma de ſtudio liberali cap. II. *Nicolaus Nancelius* in declamationibus Sect. II. pag. 1. *Johannes Schefferus* conſilio de Inſtitutione literaria Illuſtris & Generoſi adoleſcentis Holmiæ 1678. in 8. item libello quem latinè reddidit notisque illuſtravit ac Holmiæ in fol. M. DC. LXIX. edidit, linguâ Veteri Suevica ſcripto & inſcripto: *Kunimga ſtyrilſe* h. e. inſtitutio Regia; Et qui allegantur dijudicanturque alii à Dan. Morhofio Polyhiſt. Liter. Lib. II. cap. X. p. 439. ſeqq. & cap. XII. pag. 460. ſqq.

§. III.

Pædeutici in ſpecie.

§. III. Faciunt huc qui Principem juventutis formare docent, quos inter quoad recentiores eminet Magnus ille & deſideratiſſimus Vir, *ERASMUS ROTERODAMUS*, ad miraculum usque eruditus & facundus de quo plurima apponere poſſumus notatu maximè digna ſed prolixitatis evitandæ gratia nolumus. Scripſit is *Inſtitutionem Principis Chriſtiani*, ſeorſim editam Lugd. Batav. M. DC. XXVIII. in 12. & recuſam, ibid. M. DC. XLI. in 4. de cujus methodo & ſcopo ipſe in dedicatione Carolo V. Imperatori dicatâ hæc habet: *Etſi non ignorarem Celſitudini tuæ nihil opus eſſe cujusdam monitis, ne dum meis, tamen viſum eſt Optimi Principis ſimulacrum in commune proponere, ſed Tuo ſub nomine, ut qui magnis Imperiis educantur per Te rationem accipiant adminiſtrandi, abs Te exemplum, quo ſimul & tuis auſpiciis hæc utilitas ad omnes permanaret & nos jam Tui his ceu primitiis, animi in noſtri ſtudium utcunque teſtificaremur. Iſocratis de regno adminiſtrando præcepta latinitate donavimus: ad cujus æmulationem adjecimus noſtra, velut Aphoriſmis abſoluta, quò minus eſſet tædii legentibus, ſed tamen ab illius decretis haud parum diſſidentia. Siquidem ille Sophiſta regulum neſcio quem ſeu Tyrannum potius inſtituit Ethnicus Ethnicum: ego Theologus inclytum integerrimum Principem ad hæc Chriſtianus Chriſtianum.* Inter recentiſſimos æſtimantur. *Avantures de Telemaque fels d'*

ERASMUS.

FENELONUS.

Ulyſſe,

Ulysse, ou suite du quatrieme livre de Ouyssee d'Homere, par Francois de S. lig Nac de la Mothe FENELON derniere edition plus exacte à la Hage 1701. in 12. Historia est ex Ulysse depromta de Telemacho Ulyssis pio sub quo Personam Ducis Burgundiæ abscondit sub Antiope verò ejusdem uxorem. Propositum nullum aliud est quam ut moralem disciplinam & reliqua quæ Principe juventutis digna; tradat idque stylo poetico. Inscio primum atque invito auctore prodiit, post sœpius fuit recusum, scripsit contra eandem *Abbas Faydt Telemacomanie ou la censure & critique da Romain intitule les avantures de Telemaque à Eleuteropolo 1700. in 12.* In quo potissimum Fenelono Archiepiscopo Cameracensi objicit Abbas, quod ipse tanquam Persona Ecclesiastica fabularum Romanensium formam sequatur; cui tamen editor Telemachi in editione ultima respondet exemplum allegans Libri Jobi, Damasceni & Simeonis Metaphrastæ. Faydtius

§. IV. Huc referri etiam possunt *INSTRUCTIONES PATERNÆ* quas Principibus juventutis, successoribus filiis suis, præscribunt Patres pro felici statu regiminis. Tale quid egit *Basilius* Imperator Constantinopolitanus qui LXVI. Capita Parænetica ad filium Leonem, destinatum successorem conscripsit. Diximus de illis ex professo in Schediasm. Bibl. Gr. difficil. Rostoch. ed. 1702. in 4. Schediasm. IV. Addimus nunc editionem Græco-Latinam Exhortationum harum Conra- Parænetici. Basilius.

Palæologus. radi Rittershusii 1584. Parisiis evulgatam. *Manuelis Palæologi* Imperatoris Præcepta regiæ educationis ad Johannem Filium procurávit Johannes Leündavius Basileæ M. D. LXXIX. in 8. Monita tamen hæc ad statum nostrorum

Jacobus Rex Angliæ, temporum parùm apta. *Jacobi Magnæ Britanniæ Regis* inusitatam in vario rerum genere etiam Theologico eruditionem, quis mortalium non ad stuporem usque est admiratus. Produco judicium *Gerh. Joh. Vossii* Viri ferè sine exemplo eruditi & περιττοτάτε quod in Epistola ad Carolum Regem dedicatoria magno Aristarchi Grammatici Operi præfixâ exhibuit. Verba sunt: *Non tam de genere vel Imperio Jacobi nunc sermo nobis est, quam doctrinâ; cujus partium alii singulas, unus ille hausérat universas. Peritiam dico linguarum prosam versamque facundiam naturæ prudentiæque disciplinas historiam Ecclesiæ & civilem, cæterasque literas divinas & humanas. Quare sic statuere non verear tam varia maximarum rerum scientiâ superâsse, quicquid regum à mille annis, mille verò? imò, absit dicto invidia, quodcunque à Regis Salomonis temporibus fuit. Ubi nihil auribus dari nulli melius sciunt, quam interioris admissionis proceres atque antistites; abundèque ipse orbi id universo testatum fecit divinis suis ingenii doctrinaque tot monumentis.* Publicata sunt hæc monumenta planè divinâ curâ doctissimi Wintonensium Episcopi Jacobi Montacutii Londini M. DC.

Donum XIX. in fol. Eminet inter illa Δῶρον βασι-

λι-

λικὸν, Donum Regium i. e. Libellus De regia inſtitutione ad Henricum Principem primogenitum, quem pubi ſuæ tantum Regiæ uſui, quaſi notas obſcuras & ſecretum nuncium inter duos mutuo nexu devinctos eſſe voluit; ratus ſubditos à notitia qualitatum Principi ſuo neceſſariarum diſtrahendos eſſe, ne ea, quæ vitio in educanda pube regia duci aut verti poſſent, publicè innoteſcerent. A Typographo jusjurandum quoque exegit *monente Lundorpio in continuatione Sleidani part. III.* ne ultra ſeptem exemplaria prelo divulgaret, quæ inter confidentiſſimos ſuos diſtribuit, filio, ſi opus, inculcanda: Sed exiit ille theſaurus in vulgus ruptis cuſtodiæ repagulis, dignus qui Heroum filiis non ſingulis duntaxat annis ſed ſingulis quoque diebus atque horis proponeretur. Exitum poſt alios paravit Celeberrimus Francofurtenſium ad Viadrum Polyhiſtor *Joh. Chriſt. Becmannus* ex operibus regiis Londini M. DC. XIX. à Montacutio editis & conſentiente regio Autore, Filio eidemque Hæredi Regnorum Magnæ Britanniæ & Hiberniæ Carolo I. inſcriptis, per editionem talem quæ poſt opera regia Α' *νθεντίας* ſuæ ſecura eſt. Aliæ quæ in Germania (conf. das Königliche Geſchenck des Großmächtigſten und Chriſtlichſten Königs Jacobi des Nahmens der erſte König in Engeland / Schottland / Franckreich und Irrland / welches Se. Königl. Maj. ſeinem älteſten Sohn

ejus Regium.

Editiones doni Regii.

Sohn und Erbprintzen Henrico zugeschrieben / aus dem Englischen Exemplar getreulich verteutschet durch Emmanuel Thomsen zu Hamburg gedruckt und verlegt durch Philipp von Ohr im Jahr. 1604. & extra eam ante hanc prodierunt editiones laude sua non defraudandæ, interim sciendum, totas, rarò exemplo, non quidem re ipsa sed verborum apparatu, à Becmanniana divertere, adeoque illarum compagem esse verbosiorem, hujus concisiorem & Charactéri regio propiorem. Scriptum ipsum quod attinet merè aureum est & sive Autorem ejus sive materiam spectes, non nomine tantùm, sed re ipsa donum verè regium, quod simul ac in hominum manus venit omnium qui legerunt animos in admirationem amoremque sui rapuit, omnesque subditi Anglicani uno ore bona verba dicere & Regem non minus eruditionis & religionis quam Juris & potestatis nomine vereri cœperunt, teste doctissimo operum regiorum editore: Liber est refertior saluberrimis consiliis quam est malum Punicum acinis, ut doctissimus *Montacutus* de eo loquitur & de quo inter scripta humana in Politicis dixerimus quod idem generalius de legibus divinis eodem loco scribit: *In hac exigua Bibliotheca fundamentum esse omnis Eruditionis Politicæ.* Talis apud Historicos etiam reperitur *Institutio Caroli V. ad Philippum* filium, quâ studiosè ipsi præcepta tradidit, quomodo se ge-

Doni ipsius æstimium.

Carolus Vtus &

gerere debeat cum Romanorum Rege & filiis ejus, cum Imperii cœteris Principibus, cum Germanis & Helvetiorum Pagis, cum Venetorum Republ. *Philippi II.* item *monita* filio data, quæ sibi descripserat & inter arcana servârat. Publicatæ sunt hæ Paræneses operâ TEISSERI novissima sequenti inscriptæ titulo: *Instructions de L' Empereur Charles V. à Philippe II. Roi d Espagne & de Philippe II. au Prince Philippe son fils, mise en Francois, pour L'usage de Monseigneur le Prince Electoral, par Antoine Teissier Conseiller & Histor. de S. S. E. Brandenburg. Seconde edition à laquelle on à joint sa Methode qu' on à tenue pour l' Education des enfans de Frances, à la Hage 1700. in 12.* Philippus II. Asservatæ sunt tabulæ publicæ scriptorum horum Paræneticorum Caroli V. & Philippi II. diligentissima asservatione in Sacrariis aulicis, exemplaria v. eorum in uno alterove Bibliothecæ scrinio sanctè sunt custodita usque dum exemplar MStum ad Reginam Sueciæ Christinam fuit delatum. Tandem Princeps quidam magno sibi eadem pretio comparavit comparandoque, ne tantus periret thesaurus, Nobilissimo TEISSERO communicavit, qui Paræneses illas ex idiomate quo consignatæ, Italico, in Gallicum transtulit, publicæ luci expositi, iisque Meditationes quasdam subjunxit de officio Principum debito desumtas ex libro cui titulus: *Les Caracteres & des meurs de ce Siede*, nec non ex operibus Cassiodori. Vid. *Eccardus Secretarius Hannoverа-*

nus Excerpt. Menſtr. Nov. libr. d. an 1700. in Febr. pag. 99. ſeqq.

Paradigmatici. Antiquior XENOPHON. Vita ejus & Scriptorum. editiones.

§. V. Pertinent porrò ad Claſſem præſentem qui certis exemplis Principes formare aggreſſi fuerunt. Inter Veteres illud egit *XENOPHON* (de cujus vita narrationem ex diverſis ſcriptoribus collectam evulgavit & Operibus Xenophontis à ſe editis præfixit Johannes Leuenclavius, quâ cum conferatur Diodorus Siculus Lib. XXIII. Olymp. 92. ann. 2. fol. 352. & lib XV. Olymp. 104. ann. 2. fol. 504. Diognes Laertius Lib. II. in Xenophonte. A. Gellius Noct. Att. Lib. XIV. cap. III. nec non Euſebius in Chronico num. 1617. & cujus operum optima cenſetur editio Pariſienſis, in qua Græcis Latina reſpondent, Johannis Leuenclavii ex translatione ac notis Æmilii PORTÆ elucidata in fol. M. DC. XXV. Quamvis extet & alia cum notis & verſione H. Stephani, Laurentii Vallæ & Brodæi M. D. LXXXI. in fol. & quæ non contemnenda Johannis Leuenclavii Græco-Latina in folio. M. D. XCVI. Francof. apud Wechelianos impreſſa, quâ comparent notæ Æmilii Portæ, index græcus verborum Phraſiumque notatu dignarum, Index item Latinus rerum & verborum memorabilium.) *in Libris VIII. de Pædia Cyri*, qui extant in editione Leuenclavii Græco-Lat. Francof. 1596. in fol. pag. 1. -- 242. quosque Latine vertit Joachimus Camerarius, qui itidem notis illuſtravit Xenophontis vestigalia illiusque rem equeſtrem ac formam civi-

Libri VIII. de Pædia Cyri quales?

ta-

tatis Lacedæmoniorum Lipsiæ 1556. in 8. Gallicos fecit Franciscus Charpenterius, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ, Vir doctissimus & eloquentissimus, cujus versio Paris. 661. typis est excusa. Talem autem Xenophon in descriptione CYRI ideam boni Principis effinxit, qua esse debet ille, cui ex Aristotelis sententia Lib. III. Polit. c. XII. ipsum & natura jubente, debetur regnum παμβασιλικὸν. Hæc verò non ad Historiæ fidem scripta est & ad effigiem Justi Imperii teste *Cicerone* ad Q. Fratr. Lib. I. ep. 1. Quod & censet *Ausonius* in Paneg. ad Grat. fol. 728. *Vellem*, inquit ille, *si rerum natura pateretur, Xenophon Attice, in ævum nostrum veniret, tu qui ad Cyri virtutes exsequendas votum potiùs quam Historiam commodasti, quum diceres, non qualis esset, sed qualis esse deberet. Si nunc in tempora ista procederes, in nostro Gratiano cerneres quod in Cyro tuo non videras sed optabas.* Item ajunt *Lud. Vives* in Libr. V. de tradenda disciplina. *Josephus Scaliger* in Prolog. de Emend. temp. *Sethus Calvisius* Isag. Chronol. cap. XXVI. *Paulus Manutius* ad Lib. IX. famil. Cic. epist. 25. fol. 43. *Gerh. Joh. Vossius*. Lib. I. de Histor. Græc. cap. V. fol. 20. *Gabr. Naudæus* Bibliogr. Polit. cap. XVI. *Joh. Henr. Bæclerus* Hist. univ. IV. sec. à C. N. Secul. II. Sect. II. §. 3. *Ægidius Menagius* obs. in lib. 3. Diogen. Laert. c. XXXIV. fol. 151. a. b. *Conr. Samuel. Schurtzfleischius* Disp. de Imperii Medo Persarum initiis Th. IX. & docti ferè nostrâ memoriâ o-

mnes. In eadem quoque ſententia videtur fuiſſe *Hermogenes* Lib. II. de form. Orat. ubi de Xenophonte τὸν μὲν τοι περὶ τὸν Ἀβραδάτην καὶ τὴν Πανθίαν πᾶν ἦθος τι καὶ πάθος πολλὰς εἶχε τὰς ἡδονὰς μυθικῶν πλαθὲν h. e. illa autem quæ narrat de Abradatæ & Panthiæ moribus & affectibus multam habent ſuavitatem & delectationem fabulosè confictam. Plus tamen docuit Politicæ prudentiæ Xenophon in ficta Hiſtoria quam vera judice *H. Conringio* de Civil. Prud. c. XIV. fol. 125. *Eum ego*, ait *Johannes Caſelius* cap. XXV. πρωτοπολιτικῆ fol. 126. *cum altera Polycleti regulæ conferam ſtatuâ videlicet abſolutâ, in quâ ad unguem præcepta à ſe de arte tradita expreſſerat. Dionyſius* igitur *Halicarnaſſæus* non abs re Cyri inſtitutionem imaginem boni & beati Regis nominat. Regibus itaque & Principibus ἔσοπτρον, Imperatoribus ut Alexandro Homerus, ἐφόδιον ſit Xenophon. Fuit magno illi Lucullo utrumque, qui cum rudis imperandi contra Mithridatem peritiſſimum in Aſiam profectus eſſet, tantum Xenophontis lectione profecit, ut cum callidiſſimo hoſte ſæpe etiam ſuperiori manu pugnaverit. Simile in Xenophontis libris ſtudium fuit Cornelio Scipioni Africano. Habebit in illis Politicus quoque fœcundam diſcendi materiam. Aulico forſan non parùm interſit ſcire quæ Xenophon de re Equeſtri & Venatione ſcripſit, monente *Chriſtoph. Cölero epiſt. de ſtudio Politico.* Introducit quoque Xenophon in libello de Cyri

ri institutione, Cambysen militaria aliquot præcepta filio tradentem, quæ digna sunt, ut omnium Imperatorum & militiæ ductorum animis insculpantur. Vid. *Præcepta quædam & exempla ad rem militarem & imperatoriam artem pertinentia à nobili Veneto collecta cap. XIV. Tom. III. Method. Cren. p. 549.* Inter Recentiores Paradigmaticum tentamen suscepit *Franciscus BACO de VERULAMIO*, summus quondam Angliæ Cancellarius, Illustris Anglorum Seneca dictus Christophoro Pellero Polit. scel. Impugn. p. 243. (cujus vitam & scripta ab Anonymo quodam descripta Memoriis Philos. renovatis inseruit Henn. Wittenius Decad. II. p. m. 280. seqq. & cujus opera omnia, quæ extant, Philosophica Moralia, Politica, Historica junctim edita Francofurti 1644. Londini 1638. fol. & denuo Francof. ad Mœn. 1665. fol. recensitaque ab Autore Ephemerid. Erudit. Tom. II. M. DC. LXVI. M. Mart. p. m. 104.) & quidem in *Historia Henrici septimi*, Lugd. Batav. 1642. & 1647. in 12. seorsim publicatâ, de cujus scopo & genio Auctor ipse in Epist. Dedicat. ad Carolum hæc habet: *Ut in parte recognoscerem debitum insignitum, quo Celsitudini Vestræ obstrictus sum, opera dedi, ut honorem exhiberem Memoriæ Regis illius Angliæ, qui ex Progenitoribus Regis Patris Vestri & Vestri ipsius fuit postremus. Cui Regi utraque unio quodammodo attribui possit: quandoquidem illa Rosarum in ipso consummata fuit, illa verò Regnorum fundata ac inchoata. Quin etiam tempora ejus celebra-*

Recentior Paradigmaticus VERULAMIUS.

Biographus ejus.

Historia Henrici Septimi ex Calamo Auctoris.

rimerentur. Vir enim prudens fuit & Rex egregius. Tempora nihilominus ſua turbida & mutationum & eventuum variorum plena. Etenim in temporibus idem uſu venit, quod in viis, ut alia ſint magis acclivia & declivia, alia verò magis plana & æquabilia. Quorum alterum genus temporum viventibus commodius, alterum ſcribentibus gratius. Neutiquam cum aſſentatione coluiſed imaginem ejus ad vivum excepi, quantum fieri potuit, ſtando tam procul & luce paulo obſcuriore. Verum eſt Celſ. Veſtram ante oculos habere exemplar incomparabile Regis Jacobi Patris veſtri, attamen non abs re vobis fuerit unum ex antiquioribus etiam Exemplaribus intueri. Sapit Hiſtoria illa Verulamiana ex judicio *Hedouvillii, cujus verum nomen de Sallo Conſiliarii Curiæ Pariſienſis part. II. Ephem. Erud. n. X. d. 8. Mart. 1666. pag. m. 106. ed Lipſ. 1667. in 8. Nitſch.* Ingenium, & monſtrat non fuiſſe ipſum inſignem minus Politicum, quàm Philoſophum ſummum. Plenum variæ prudentiæ opus eſt illud Franciſci Verulamii de geſtis Henrici Septimi proindè atque Henricus Rex fuit perquam cautus & felix, cenſente *Herm. Conringio de Prud. Civili cap. XIV. p. m. 333.* Verulamius ut erat non ſolum ingenio ſed etiam dignitate & rerum experientiâ ſummus (quippe Vice-Comes ſ. Albani & Angliæ Cancellarius) Hiſtoriam Henrici VII. cujus tempora ut in præfatione ipſe ait, mutationum & eventuum variorum plena fuêre, exiguo ſed verè Politico libello com-

Ex Judicio Hedouvillii.

Conringii.

complexus est, ex judicio *Joh. Henr. Bœcleri in Biblioth. Politica Contr.* §. *LII.* qui primum Anglico sermone conscriptus est, post ab ipso autore in latinum conversus in Anglia Belgioque prodiit. Bœcleri. Non est prætereundus è recentioribus Historicis VERULAMIUS non tàm ob puritatem & perspicuitatem sermonis quàm ob gravitatem, brevitatem & acumen, quæ in ipso mire elucent: Estque Historiæ Verulamianæ lectio vel ideò non omittenda civilis eloquentiæ studioso, ut res nostris temporibus demum excogitatas aut introductas aptè dignéque sermone efferre discat. Id enim è lectione Veterum frustra quis speraverit ex monito *Johan. Andr. Bosii Dissertat. Isagog. de comp. eloqu. Civil.* §. *XIV.* Bosii. Singulare Exemplum vitæ regiæ descriptæ præstitit Franciscus Baco de Verulamio in Historia Henr. VII. qui licet etiam historiam describat, nihil tamen oblitus est eorum, quæ ad Politicam spectant, juxta æstimationem *Burc. Gotth. Struvii Biblioth. Philos. cap. VII.* §. *XI.* Struvii. *p. m. 149.* Ex Recentissimis Paradigmatico scribendi genere Principem informare conatus est Dominus *de la Mothe JOSSERAL d'ARONSEL*, vero nomine, *Amelotus Houssæus, in Tiberio* seu *Discursu Politico* in *Tacitum* Amstelod. 1683. in 4. gallico idiomate evulgato. Elegit scil. AMELOTUS solos sex priores Annalium Taciti libros observationibus Politicis illustrandos & à Romanorum Monarcha Tertio, cujus isti vitam de- Recentissimus Paradigmaticus HOUSSÆUS.

Tiberius ejus qualis?

ſcribunt, Tractatui nomen impoſuit. Inſtituti ratio & rerum quæ traduntur ordo, haud parùm convenit cum Methodo, quâ ante hâc Pius Mutius conſiderationes ſuper Tacitum Italicas conſcripſit. Nimirum in capita diviſum opus, primo ſubindè loco textum Taciti Latinum, qui dictum aliquod aut factum ad vitæ civilis inſtitutionem pertinens recenſet, pro titulo exhibet. Quæ poſtmodum in argumentum quodvis propoſitum Autor diſſerit, ea magnam partem ejusdem Taciti ſunt, è ſcriptis ipſius partim collecta, ac continuo Orationis curſu ita aptè connexa, ut Tacitus vel ut ſui ipſius interpres producatur. Sub cujusque capitis finem recentioris hiſtoriæ exempla conferuntur, quo loco Auctor imprimis Ludovici XI. quem Galliæ Tiberium vocat, res geſtas & imperandi arcana examinat. Placuit autem Patrio ſermone agere ac proinde Gallicis literis mandare quæcunque Tacitus Latinè dixit. Uti potuiſſet quidem Autor operâ Trium Virorum ſuæ nationis uti videl. *Rudolphi le Maiſtre, Dominorum de Chamoallon & Ablancour*, niſi ipſe mentem potius Taciti quam verba exprimere ſtuduiſſet. Hinc varias etiam lectiones ac interpretum controverſias fere ſemper præteriit, iis ſolis quandoque ſed breviter annotatis, quæ ſenſum aliquem integrum pervertere videbantur. Omni enim ſtudio ad id unicè incubuit, (nec ſanè perdidit operam) ut ideam boni Principis ex iis exſculperet, quæ in Tiberio, etiam quum malus Auto-

tore Sejano esset, laudem merebantur.

§. VI. Attingunt denique Classem præsentem Scriptores illi, qui statum Principis formare singulari commentario adgressi fuerunt. Ex Italis illud egit *Ludovicus Caracciolus*. in speculo Principum seu Principe Politico Placentiæ 1659. in 4. quem auxit Laurentius Longus. Ex Hispanis *Sebastianus Foxius* de regni & regis institutione Antvverpiæ 1566. in 8. Ex Belgis *Philippus Marnixius* de institutione Principum Franeckeræ M. DC. XV. in 8. STATISTICI. Caracciolus. Foxius. Marnixius.

De cujus vita & scriptis conf. Illustris Acad. Lugduno-Batava. i. e. Virorum Clarissimorum Icones, Elogia ac Vitæ, qui eam scriptis suis illustrârunt; Apud Andream Cloucquium Lugd. Batav. M. DC. XIII. in 4. ubi hoc legitur Epitaphium: Biographus ejus.

Non poterant alibi Tua dignius ossa cubare.
Marnixi *juxta clare sago atque Toga.*
Quam Leidæ! Martis quæ & Palladis artibus altæ.
Effert præ reliquis urbibus alma caput.

Et de cujus Elogio in *epistola dedicatoria præfixa illustrium & Clarorum Virorum Epistolis Selectioribus Lugduni Batav. Anno M. DC. XVII. in 8. editis hæc præfatur Dan. Heinsius pag. 13.* Si quæ ibi extant Theologicæ spe- Et Elogium Heinsianum.

ctentur; omnes ſuperant Marnixianæ: quæ præſertim accuratè de Svvenckfeldianis ſunt conſcriptæ opinionibus. Equidem non dicam dolo vel illarum cauſa erat operæ dediſſe cæteras. Neque decipit me amor Viri, cui niſi fata (ſi ſic loqui fas eſt Chriſtiano) nobis hanc felicitatem præripuiſſent, plura eram debiturus. Quin ſic ex animo judico. Erat quippe præter accuratam linguarum omnium cognitionem, præter infinitam eruditionem atque immenſam, mira quædam ejus Viri in ſcribendo perſpicuitas ac perſpicacitas & in refutandis adverſariis dexteritas tùm ἀγχίνοια planè admirabilis) Idem illud inſtitutum ſuſceperunt *Georgius Engelhardt LOEHNEYSEN*, *cujus* Hoffs- Staats und Regier-Kunſt ex editione altera cura Joh. Andreæ Gerhardi prodiit. Ante hunc *Melchior ab Oſſa* in prudentia regnativa, it. Bedencken/ ein Regiment wohl zu beſtellen / zu verbeſſern und zu erhalten/ quæ poſtea in latinam linguam translata per Cæſarem Hiſtoricum Francof. 1619. fol. Extat quoque ejusdem Tractatus manuſcriptus de emendando ſtatu in Electuratu Saxoniæ. *Antonius Gvevarra*, in horologio Principum ex editione Johannis Wanckelii Francof. 1664. m. 4. principem potiſſimum juventutis formans, multis ideò æſtimatus (Conf. de vita & ſcriptis ejus Hiſtorico Politicis ſexta editione repetitis Francof. 1671. in 4. Gottfried Zeuner im Sommer-

Lœhneyſenius.

Oſſa.

Gvevarra.

Biographus ejus.

Par-

Parnaß 1693. p. 138. sq. Et qui reliquis omnibus præferendus Vir facilè (ut abs Hieronymo vocatur Sammachius) omnium Nobilium quondam Christianissimus, & Christianorum Nobilissimus *Vitus Ludovicus à Seckendorff* (de quo suprà Class. III. §. X. n. 2. quædam attulimus) in statu Principis Formato germanico idiomate consignato & inscripto Fürsten-Staat / sœpius in Germania nostra, ad quam potissimum accommodatus est, perutilis existit atque jura Principum optimè examinat. Seckendorffius.

(o)

CLAS-

CLASSIS OCTAVA,

Genuini ad Politicam Apparatus depromens

CONSULTATORIOS SELECTOS.

§. I.

Scriptores Consultatorii quales.

AD interiorem negotiorum Civilium cognitionem plurimum conferunt scriptores illi, qui varias deliberationes tractationesque rerum Civilium aut etiam Instructiones, Mandata, varia item Acta negotiorum civilium tum edita tum inedita vel consignarunt vel collegerunt. Hæc enim omnia civilis Prudentiæ studiosus magnâ solicitudine conquirere debet & conquirit, quoniam in his ipsis velut anima negotiorum civilium continetur.

Conclavia Romana. Editiones eorum.

Tales sunt Collectores & Editorës *CONCLAVIUM ROMANORUM*, in quibus non solùm de forma modoque sed & de variis artibus circa electionem Romanorum Pontificum

cum

cum nimis quàm apertè agitur. Aperuerunt iſta Conclavia, & ſecreta eorum propalarunt alii conjunctim alii ſeparatim. Conjunctim illi qui anno M. DC. XVII. Urbani VII. Gregorii XIV. & Clementis VIII. ex Italico in Latinum ſermonem fideliter tranſtulerunt Francofurti: item illi qui anno M. DC. LXVII. ediderunt conclave Clementis V. Urbani VI. Nicolai V. Calixti II. Pii II. Pauli II. Sixti quarti, Innocentii Octavi, Alexandri ſexti, Pii tertii, Julii II. Leonis decimi, Adriani ſexti, Clementis ſeptimi, Pauli tertii, Julii tertii, Marcelli ſecundi, Pauli quarti, Pii quarti, Pii quinti, Gregorii XIII. Sixti quinti, Urbani octavi, Gregorii XIV. Innocentii Noni, Clementis octavi, Leonis XI, Pauli quinti, Gregorii XV. Urbani Octavi, Innocentii decimi, Alexandri VII. Conjunctæ.

Seorſim (I.) Urbani octavi & Innocentii Conclavia per Franciſcum Henricum Witzendorfium, Patritium Luneburgenſem ex Italico Latinè verſa publicavit *Hermannus Conringius* Helmſtadii M. DC. LI. Addiditque (1.) Bullam Gregorii XV. de Conclavi Romæ datam ann. M. DC. XXI. (2.) Joh. Franciſci Lottini diſſertationem de ſacris Cardinalium Comitiis ſive de Conclavi. (3.) Anonymi diſſertationem de creatione Pontificum. (4.) Excerpta ex Onuphrii Panvini Notis ad Platinæ Gregorium Decimum. (5.) Pii Quarti & Gregorii XV. Bullas de conclavi ejusque Ceremo- Separatæ (I.) Conringii.

moniis. Peculiarem Relationem de Conclavi, in quo electus Gregorius XV. Pontifex, Gallicè contexuit *Franciſcus Annibal Duc de Eſtrees*, Monpeſſulanus, primum Epiſcopus Noviodunenſis, deinde ad Principes Italiæ Legatus tùm Vice Generalis, demum Par & Polemachus Franciæ, mortuus ann. M. DC. LXX. d. 30. Decembr. ætatis XCVIII. vel ut alii exiſtimant CII. referente Wittenio in Diar. Biogr. T. I. 1670. ad d. 30. Decembr.

(II.) Eſtreſii.

(III.) Conclave Alexandri Septimi.

(III.) *CONCLAVE* in quo Fabius Chiſius poſtea dictus *Alexander VII.* Summus Pontifex creatus eſt, edidit Levinus *Nicolaus MOLTKEN*, Conſiliarius Ducis Sleſvvici & Holſatiæ intimus, Sleſvvici M. DC. LVI. cui præmiſit (1.) Vitam Innocentii decimi. (2.) De Cardinalium origine, auctoritate & factionibus. (3.) De Pontificum electione, potentia, provinciis iis ſubjectis, eorum ſedibus, reditibus & regimine; ac ſubjunxit (1.) Urbani VIII. confirmationem Bullæ Gregorii XV. de electione Romani Pontificis. (2.) Nomina & titulos Cardinalium tunc viventium. (3.) Bullam quæ die Cœnæ Dominicæ promulgari ſolet. (4.) Matthæi Palmerii Florentini de captivitate Piſarum Hiſtoriam. Ejusdem Alexandri VIII. Pontificis CONCLAVE *Hermannus Conringius* edidit, cui Vitus Ebermannus Jeſuita ſeſe oppoſuit, maſculè tamen ipſi reſpondente Conringio. Videantur dicti Conringii Epiſtola de electione Alexandri ſeptimi oppoſita Appendici examinis Eber-

man-

manniani Helmst. M. DC. LV. & Eberm. Alexandri VII. Papæ Electio & Auctoritas à cavillis Conringii denuò vindicata Moguntiæ M. DC. LVII. Inprimis autem lectu digna est Veneti cujusdam Legati Relatio de notabili aula Romana, de moderni Pontificis (Alexandri VII.) ejusque Cognatorum & Cardinalium natura, proprietatibus, affectibus, inclinationibus animi & studio erga præcipuas Europæ nationes ex Italica lingua in Latinam versa, operâ Agathi Securi An. M. DC. LXIII.

(IV.) *Franciscus à S. Augustino* Macedus scripsit Rosas Alexandrinas. i. e. Electionem Pontificis *Alexandri Octavi* cum Panegyrico & Poematis omnis generis Romæ M. DC. LV. (IV.) Conclave Alexandri Octavi.

(V.) Elegantem Relationem de aula Romana tempore *CLEMENTIS NONI* *Anonymus* quidam emisit, ex Italico Germanice versam. (V.) Clementis Noni.

§. II. Tales sunt etiam qui varias Imperatorum, Regum ac Principum intra & extra Germaniam Constitutiones & Acta Publica congesserunt atque divulgarunt, vel usu recepta, vel si non usu omnia recepta, ad demonstrandos tamen in Imperio mores & cognoscendos publicos actus perutilia. Nos pro speciminis nostri præsenti genio ac scopo è numeroso horum scriptorum ordine Tres seligimus scriptores illustrissimos, Antiquiorem unum, alterum Recentiorem & tertium Recentissimum. Antiquior est *MELCHIOR GOLDASTUS ab HAIMENSFELD*, de Antiquior Consultatorius. Melch. Goldastus.

Leviden. ſe ejus ſtudiorum Lucrum.

de quo ſubnotamus & enotamus. (1.) *Leviden-ſe ſtudiorum Graviſſimorum lucrum Georgius Mich. Lingelshemius Epiſt. CCCXCVII. ad Goldaſtum pag. 462.* ET TE (*inquit*) manent præmia laborum, confide modo. Sed hæc quæ bonus Lingelshemius in ſolatium *Goldaſti* ſubjecit, verba fuerunt deſtituta re ac tanto ſucceſſu, prout patet è verbis ipſius *Goldaſti in literis ad Caſp. Hoffmannum inſertis Georg. Richteri Epiſtolis Mantiſſ. II. p. m. 560. quæ ita habent:* De dedicatione titillâſti aures meas. Neque enim de TE, licet veteri amico & commenſali, meritus ſum, ut tanto me honore dignareris: neque etiam tam beatus exiſto, ut laboribus ac impenſis Tuis poſſim reſpondere. Ego ab ineunte ætate ſic vitam meam inſtitui, ut honeſtas literas amarem, opes ac divitias contemnerem. Haud feliciorem in ipſis ſtudiis, quam diuturnis meis officiis, Mercurium expertus ſum. Non commemorabo, quantum laboris, ſudoris, lucubrationum & ſumtuum fecerim in libros à me compoſitos & Cæſari, Regibus, Electoribus, Principibus, Rebuspublicis dicatos, inſcriptos, à quibus tamen (fidem meam teſtor) ne teruncium quidem vel honoris ac moris ergò unquam accepi. Hoc fato reguntur noſtra ſtudia &c. Hæc verò Goldaſti malè conveniunt cum ſequentibus Lingelshemii verbis ipſum ad Goldaſtum ſcriptis, quæ ita ſonant *in Epiſt. CCXCIX. inter eas quas Thalemarius edidit p. 361.* Gratulor Tibi Vir Clariſſime mu-

Digitized by Google

munificentiam Wittembergici. Mihi ab Electore Serenissimo (Palatino) traditi sunt 80. floreni, quos Tibi mittam pro honorario. *Epist. CCC. pag. 362.* Mitto Tibi per Dn. Brederodium octoginta illos florenos quos Seren. Elector in significationem benevolentiæ & ut intelligas gratum sibi studium tuum in Germanicis juribus & Antiquitatibus adserendis, tibi donari jussit. *Epist. CCCI. pag. 363.* Misi Tibi superioribus diebus per Dn. Brederodium 80. florenos quibus Te donatum voluit Seren. Elector. Ejus rei certiorem Te facere volui, ut si fortè excidit Brederodio, tibi in transitu tradere illos obsignatos cum meis literis per occasionem ipse moneri possit. *Et epist. CCC. LXXX. idem Lingelsheimius ad Goldastum. p. 447. scribit:* S. P. Grata Illustr. Principi tua diligentia in scribendo, quid de conventu Electorum Ecclesiasticorum cognovisses, si quid ea de re aut similibus cognoveris, rectè feceris, si nos certiores feceris. Munus à Principe Tibi decretum, obsignatum ita, ut Tibi misi, è Camera Computorum mihi traditum fuit & intellexi posteà, valorem monetæ usurpatum hujus ditionis, floreno æstimato 26. albis ut vocant. *Atque hæc scripta sunt anno M. DC. IX. & M. DC. XI. Superiora vero ipsius Goldasti anno, ut putant accuratiores Philologi. M. DC. XXXI.* (2.) *Facinus Goldasti in Lipsium inhonestum.* Oporinus Grubinius, qui est Caspar Scioppius in pag. m. 105. Amphotid. Scioppinarum, non falsò ex Philo-

Facinus in Lipsium inhonestum.

lologorum optimorum judicio accusat GOLDASTUM his verbis: Hujus ego non minus facti quam supplicii (orationis scil. Lipsianæ fraudulenter suppositæ) atrocitatem cum animo meo recogitans, nullius magis sceleris quam quod orationem illam, de qua Lipsius Cent. IV. epist. LXVIII. ad Consules ac Senatum Imperialis oppidi Francofurtensis scribit, ejusdem Lipsii nomine præscriptam minimè Helveticâ simplicitate, sed astu plus quam Punico & verè Genevensi malitiâ Tiguri edendam curasset, pœnas ab eo expetitas & sumtas esse judicavi. In margine hæc leguntur verba: *GOLDASTI in Lipsium SCELUS.* Sic autem inter alia habent verba *Lipsii* quibus Orationem quampiam suum præ se nomen ferentem suam non esse inter alia argumenta ex mala scriptura sibi consueta probat *in Epistola LXVIII. p. m. 50. Centuriæ epist. Select. singularis ad Germanos & Gallos edit Antwerp. M. DC. V. in 4. Consulibus & Senatui Imperialis oppidi Francofurtensis inscriptâ*: Adeo ad vos, Senatores inclyti, causa duplici & ut gratias agam pro ope quam tulistis & ut ostendam jure ac merito à vobis latam. Oratiuncula prodierat in meo nomine, in qua aliud meum non esset: monitus ab amicis, vos monui; audistis, illam à Catalogo vestro abdicastis, i. e. vita & luce (quod in vobis erat) privastis. Gratias, inquam, ago hoc nomine & præjudicium vestrum quia merui, spero & nunc judicium, si hæc pauca legis-

gisse otium & voluntas vobis erit. Et ut sit per urbis vestræ genium & justitiæ sacrum nomen rogo. Oratiunculam illam negavi meam esse. Quid ita? quia res ipsa dissidet, phrasis non convenit & tota facies scriptionis &c. &c. Cum ab ipso illo Typographo in urbe vestra quæreretur meane illa oratio & an manum meam haberet? Omninò, inquit, ipsam & è chirographo ejus expressi. Argutulus ille meus reposuit, quæ igitur fodes illa scriptura? Bellissima, inquit, omnia munda nitida atque adeò capitales clausularum literæ minio notatæ. O noster Apollo! ô Pæan! non potuisti magis scopum tangere sagittâ certiore. Ego bellè & mundulè scribo? vellem. Sed totam Europam testem habeo bellæ scriptionis hujus & querelas sœpè quod autographa mea ægrè, vel non legant. Quid amplius? minio capita noto. Tuum sic mentientis decebat, sed stigmate prius inustum. *Hæc Lipsius.* (3.) *Justissimum in Centuria Epistolica desideratum.* Desideratum illud desideratissimus noster *CRENIUS* exponit in *Animadv. Hist. Philol. Part. IX. cap. III. §. 8. p. m. 237. seq. 245. 246. & Part. XI. cap. III. §. 6. p. m. 267. 268. & quidem priori loco his verbis*: Centuriæ illæ Philologicarum Epistolarum à Melch. Goldasto Haiminsfeldio collectæ & Lipsiæ M. DC. LXXIV. in 8. publicatæ multa habent quæ emendationem exposcunt. Quasdam alibi integrè reperiendas & jam tum editas truncavit, ut patet ex Epistola XVII. Rudolphi Agri-

Justi Lipsii mala Scriptura.

Justissimum in Centuria Epistolica desideratum.

colæ quæ plenè legi poteſt in Tomo II. operum Agricolæ pag. m. 187. ſq. edit. Colon. M. D. XXXIX. in 4. Utrumque librum qui contulerit, comperiet, quam vitioſè edita ſit in Goldaſto & quam parvam hic in editione illarum epiſtolarum curam adhibuerit. *Poſteriori loco his verbis*: Quare Goldaſtus Martini Dorpii Epiſtolam ad Eraſmum & Eraſmi ad Johannem Tyrzonem Centuriæ Philologicarum iſtarum Epiſtolarum n. XXXVIII. p. 157. ſeq. & n. XLV. ſeq. p. 170. ſeq. inſeruerit, dicere non habeo. Enimvero Goldaſtus ignorare non poterat, iſtam Eraſmi Moriæ toties editæ eſſe ſubjunctam; hanc verò reperiri in lib. V. epiſt. Eraſmi num. XXXIV. p. m. 237. edit. Baſil. M. D. XXXVIII. in fol. Utroque in libro melius & plenio duæ iſtæ Epiſtolæ leguntur, quàm in Goldaſti Centuria fœdè per Typographos, ut puto, corrupta, quanquam nec ipſe Goldaſtus hic omni culpâ vacet fortè. Sanè, ſi fieri poteſt, libentius alibi lego iſtas epiſtolas omnes quam in Goldaſti Centuria è Bibliotheca Stephani le Moyne, ut manus & notæ ejus teſtantur, in meam receptâ (4.) *Volumen Actorum Publicorum collectum*, Utilem operam navavit GOLDASTUS qui in Latino primùm idiomate edidit *STATUTA & RESCRIPTA IMPERIALIA Francofurti M, DC. VII. fol. 1. Tomis.* Additum his *RATIONALE*, quod Commentarii inſtar eſſe poteſt, quo etiam jura Imperii contra Baronium defenduntur. Alii ab his adhuc

Volumen Actorum publicorum collectum.

ſunt

sunt *STATUTORUM & ACTORUM Tomi III. Hanovæ 1609. fol.* In his non solum notandum, quod multas intermiscuerit Imperatorum Constitutiones supposititias, sed etiam in principio auctores non commemoravit unde sua hauserit. Germanico idiomate editæ sunt ejusdem GOLDASTI Reichs-Satzungen quæ hodienum rarius reperiuntur. In quæ quasi commentarius est *POLITICA IMPERIALIS s.* Politische Reichs-Händel Francof. 1614. fol. ubi sub certis titulis pleraque traduntur quæ præcipua, utpote de electione Imperatoria & Regia, successione in Imperio, Gallorum Hispanorumque rebus in Imperio, gravaminibus nationis Germanicæ & similia.

Recentior Consultatorius. Joh. Armandus Richelius.

§. III. Recentior, quem ex Actorum & Consiliorum Publicorum Scriptoribus atque Collectoribus seligimus, Auctor est *JOHANNES ARMANDUS PLESSIACUS RICHELIUS*, Gallus, Pictavus, Episcopus primum Lucionensis, Magnus deinde Reginæ Galliæ Eleemosynarius, sacræ tandem Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Ludovici XIII. Galliarum Regis Minister primarius ac Consiliarius intimus: & qui meritò eidem subjungitur & associatur *JULIUS MAZARINUS*, Siculus, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Minister itidem commemorati Regis primarius & Consiliarius intimus, Richelii scilicet ex commendatione Richeliana successor.

Ejus ingenii doctrinæ & vitæ genius.

De RICHELIO sequentia supponimus momenta notatu dignissima. (I.) *Memorabilem ingenii, doctrinæ ac vitæ genium.* Ingenio fuit acri & prompto, adeò, ut nihil esset tam reconditum, in rebus præcipuè civilibus, quod non introspiceret statim penitissimè. Nec minus judicio insigni gravissimoque pollebat. Injurias adeò ferre non poterat ut nulla magis re, quam vindictâ, delectaretnr. Superbiam suam & iracundiam humanitate ac lenitate, quam præ se ferebat, callidè occultare didicerat. Disertus prætereà fuit & ad ornatè quoque dicendum semper paratus; quam quidem facultatem studiis partim, partim usu sibi comparavit. Literarum sanè non fuit rudis, sine dubio tamen excolere animum magis & erudire potuisset, nisi insignis, quâ flagrabat civilia negotia tractandi cupido, juvenem adhuc à studiis avocâsset. Fortis intrepidusque animus ejus in magnis periculis, quando Reipubl. salus in discrimen adducebatur, sese prodebat: aut quoties ejus res agebatur, nullius animi, nullius consilii fuit. Si non statim votis responderet eventus abjecit animum & desperavit: prosperæ contra & secundæ res efferebant eum faciebantque insolentem. Assentationibus & adulationibus adeò libenter aurem præbuit, ut sermones, qui non laudem ejus ultra modum decantarent, ut meri ruris plenos contemneret.

Nervosum Po-

(II.) *Nervosum Regularum Politicarum instructorium.* Quemadmodum Cardinalis hu-

Digitized by Google

hujus celeberrimi vita exemplum luculentissimum præbet, quod intueri illis præcipuè salutare fuerit, qui Reipubl. suam consecrare operam constituerunt; ita hinc leges sibi ipsi construere quilibet facilè potest ad quas actiones suas componat. Tres tamen regulæ, quas præ cæteris ipse laudavit RICHELIUS & quarum fructum usus rerum eum edocuit, dignæ sunt, quæ observentur. (1.) In rebus magni momenti, homines minus sapientes optima quandoque dare consilia, experientia se didicisse, asserebat RICHELIUS: nullius itaque consilium esse spernendum. (2.) Quæ iratus secum constituerit, nunquam prosperè cessisse, sed ejusmodi consiliorum se semper pœnituisse dicebat. (3.) Proceribus rerumque civilium Antistitibus non sint à servitiis homines acri judicio & eximio intellectu præditi: Dominorum enim cogitata vel ex levissimis signis haud difficulter ejusmodi servi detegunt & secreta produnt. litici instructorium.

(III.) *Singulare in Politicis negotiis & aliis explorandis mysterium.* Refert nonnulla de hoc singulari mysterio RICHELIANO ex Thomasio *Wilh. Ernest. Tentzelius Colloqu. Menstr. d. ann. 1692. pag. 220. seq. his verbis:* Singulare in Civilibus explorandis mysterium.

Christian Thomas in dem Tractätlein von der neuen Erfindung einer wohlgegründeten und für das gemeine Wesen höchstnöthigen Wissenschafft das Verborgene des Hertzens anderer Menschen

auch wieder ihren Willen aus der täglichen Conversation zu erkennen / berichtet daß der Auctor des Buchs *Espion du grand Seigneur* vermelde vom Cardinal Richelieu, daß er alles gewust / was im gantzen Reich fürgienge ; Ja so gar die Gedancken und Träume aller vornehmen Bedienten: Daher die Leute fest gegläubet / es könne solches nicht natürlich zugehen / sondern er hätte in seinem Cabinet gleichsam eine bezauberte Machine dadurch er alles was in der Ferne geschehe / erfahren könne. Das aber alles hiebey natürlich zugegangen erhellet aus denen andern vom gedachten Auctore angeführten Umständen als welcher meldet / daß der Cardinal nicht nur in Franckreich / sondern auch in andern Ländern Spionen unterhalten und sich der Potentaten Nativität stellen lassen von denen Astrologen. &c. &c. Add. *Christiani Weisii Tr. de argutis inscriptionibus Lib. I. Cap. IV. §. XI. n. 3. pag. m. 363. seqq.* ubi exhibetur Mysterium Card. Richelii Politicum ex Elogiis Petri Labbei Gratianop. editis 1664.

Hieroglyphicum Alphabetum.

(IV.) *Hieroglyphicum in Moralibus atque Civilibus Alphabetum, Tentzelius l. c. ex Thomasio sequentia nobis de eodem communicat sequentibus verbis pag. m. 220. & 235.* Ich möch-

möchte wohl gar zu gerne wissen des Gardinals Richelieu verborgenes A. B. C. weil ich an dergleichen Scripturen meine Ergötzligkeit bißweilen habe. Ich weiß wohl/ daß der Herr Thomasius im September des ersten Jahres seiner Monathlichen Gedancken p. 396. sich auff den Espion du grand Seigneur berufft/ welcher in dem LXXVII. Brieffe was angenehmes von des Cardinals Politischen A. B. C. das aus Menschen bestanden/ erzehlet. Ob aber dieses mit dem gedachten Verborgenen eines gewesen/ dürffte ich wegen der unterschiedlichen Epithetorum fast zweiffeln/ wiewohl ich den Espion niemahls gesehen. *Et pag.* 237. Wer weiß ob des Cardinals Richelieu seine Spionen die Sache allezeit so klüglich angegriffen mit ihrem verborgenen A. B. C. *Joh. Hübnerus in Quæstionibus Historicis Part. II. Lib. II. cap. V. Qu. XII. pag. m. 698.* aliud eodem de Alphabeto suppeditat momentum his verbis: Als der König (Ludevvig XIII.) den Cardinal Richelieu auf dem Todt-Bette besuchte/ soll er ihm ein güldenes Kästgen mit etlichen Scripturen verehret haben/ auf welchen die Grund-Regeln der Souverainen Gewalt in Franckreich sollen gestanden

haben / die man noch heutiges Tages in Franckreich practiciret.

Politicum ejus Testamentum.

(V.) *Compositum ab ipso Richelio Testamentum Politicum.* Gallicè excusum est in libro cui titulus: *Le Testament Politique du Card. de Richelieu.* A Amsterdam M. DC. LXXXVIII. in 12. apud Basnagium Histoire des Scavans mens. Jan. 1688. p. 20. Latinè extat apud Christ. Weisium Tr. de Inscript. argutis Lib. I. cap. IV. §. XI. n. IV. p. m. 366. sqq. & Joh. Christoph. Becmannum Histor. Orb. Terr. Geogr. & Civil. Part. II. cap. III. §. XVII. p. m. 542. seqq. Germanicè apud GASTELIUM de statu Europæ cap. I. n. 13. p. 26. seqq. item Relat. Histor. Francof. 1642. p. m. 59. seqq. sub titulo: **Des Cardinals Richelieu letztere Rede / Testament / des Königs in Franckreich Schreiben wegen dessen Absterben.**

Epitaphium ejus duplex.

(VI.) *Ingenuum & Satyricum in Richelium Epitaphium.* Genuinum Richelii Epitaphium à Sorbonensibus compositum legimus apud GASTELIUM de statu Europæ cap. I. n. 23. pag. 30. & Christ. Weisium de Inscript. argutis lib. I. cap. IV. §. XI. n. V. p. m. 371. sqq. ex Petri Labbei Elogiis. Satyricum apud eundem offendimus Weisium l. c. Lib. I. cap. II. §. LXV. p. 122. seqq. è Tractatu de Gallia deplorata 1641. emisso: & simile aliud apud Joh. Christoph. Becmannum in Hist. Orb. Terr. Geogr. & Civil. Part. II. cap. III. §. XVII. p. m. 545. sqq.

(VII.)

Digitized by Google

(VII.) *Irenicum in Controversiis Theologicis studium.* Methodum disputandi cum Protestantibus consignavit post obitum Parisiis anno M. DC. LXV. editam inscriptamque. METHODUS RICHELIANA. In qua (1.) missp doctrinæ Protestantium examine, omnem inter Pontificios & Protestantes disputationem circa articulum de Ecclesia institutum vult, ita ut veræ Ecclesiæ natura, non ex doctrinæ cum Apostolica conformitate neque ex S. Scripturæ autoritate sed Pontificum perpetua & non interrupta successione dignoscatur (2.) Facta singulorum doctrinæ Capitum inductione negat Controversias inter Protestantes & Pontificios agitatas tanti esse, ut unionem Ecclesiasticam cum Pontificiis ineundam impediant, (3.) Urget Consilia Irenica inter Lutheranos atque Calvinianos agitata, inprimis in Synodo Carentonienſi ann. M. DC. XXXI. Concludens multò magis obligari Lutheranos & Calvinianos ut unionem cum Pontificis ineant, quam ut eandem inter se forment. Refutavit novam hanc Methodum JOHANNES MARTELLUS Reformatus in Gallia Theologus speciali scripto sub titulo: Responsionis ad Methodum Richelianam ann. M. DC. LXXIV. edito. *Vide alia adhuc de studio Richelii Irenico apud Joh. Fried. Reinhardum Theatr. eleg. Prud. ex Polit. Lipsi. erect. p. m. 1023.* Irenicum studium.

(VIII.)

Digitized by Google

Laudabile Patrum Præsidium.

(VIII.) *Laudabile Scriptorum Ecclesiasticorum Præsidium.* Notum est quod de Lugdunensi quadam Ambrosii editione, à Franciscanis, invito Typographo, pessimè depravatâ, Franciscus Junius, oculatus testis & postea ex Junii fide Dallæus, Rivetus, aliique plures retulerunt. Extat & singularis de Latrociniis in Scriptores publicos præcipuè Patres, Lœscheri Dissertatio quâ exempla ejus rei proferuntur. Unde meritò à corruptis PATRUM editionibus cavendum est. Longè igitur præstant editiones Parisienses Antverpiensibus, in quibus Patres valdè sunt mutilati & adulterati, licet splendidioribus typis sint exscriptæ quàm Parisienses. Prodierunt illæ editiones Gallicanæ & quidem integriores auspiciis & iussu Cardinalis Richelii, sicut omnia jubere poterat. Fuerunt quidem aliqui, qui putarunt, Patres esse castrandos, sed ille dixit: INERS HOC ESSE REMEDIUM SI FIDES CATHOLICA ITA SIT DEFENDENDA.

Fraudulentum Acad. Gall. consilium.

(IX.) *Fraudulentum de erigenda Academia Francica Consilium.* Aperit hoc Consilium Joh. Fried. Cramerus Vindiciis Nominis Germanici contra quosdam obtrectatores Gallos apud *Tentzelium Colloq. Mensstr. d. an. 1695. p.m. 167.* Verba Tentzelii ita habent: Der Herr Cramer saget/ es habe der Ritter Temple von der Academia Francica erzehlet/ daß sie zwar von dem Cardinal Ri-

Richelieu dem Schein nach / zu dem Ende angeſtellet worden / die Frantzöſiſche Sprache zu excoliren / in der That aber die klugen und gelehrten Leute ſeiner Zeit dadurch abzuhalten / daß ſie auf den Staat und des Cardinals Thun nicht ſo eben Achtung könten geben. Temple geſtehet: daß es dem Cardinal ſo wohl angegangen / daß gegenwärtig die Frantzöſiſche Sprache zur höchſten Zierde gelanget: Er beſorget aber dabey / wenn die Academici nicht aufhören / dürffte endlich die Sprache ſo arm werden / daß ſie keine Redner-Blumen und Figuren mehr behielte. Conf. Johan. Hübners *Quæſt. Hiſtor. Tom. II. Lib. II. cap. V. Quæſt XIII. p. m. 700.*

(X.) *Selectum Biographorum Richelianorum Catalogum.* Exſtat (1.) *SCHOENWETTERI* Hiſtoria de Cardinale Richelio. (2.) *Remigii du FERRON* Vita Cardinel. Richelii excuſa M. DC. XXXVI. Aureliæ & recuſa ann. M. DC. XLV. Coloniæ. (3.) *Hiſtoire du Miniſtere du Cardinal Duc de Richelieu*, Tomes IV. à Leide. M. DC. LII. in 12. (4.) Chriſtlicher *Politicus* oder Politiſches Bedencken über die fürnehmſten Lebens-Handlungen Cardinal von Richelieu Dreßden 1655. in 12. (5.) *Monſ.* Selectus Biographorum Catalogus.

Monſ. de SILHON Miniſtre d' Eſtat (Miniſter Status) Vol. III. Bruxellis 1661. in 12. Homo (ut apparet) non infimæ ſortis, qui ſub deſcriptione Miniſtri vel Conſiliarii ſtatus, Card. Richelii defuncti Perſonam egregiè agit ejusque Conſilia & actiones acerrimè defendit & explicat, judice Brautlachto Hiſtor. Pacif. cap. X. in fin. (6.) *Journal du Cardinal de Richelieu* à Amſterdam. M. DC. LXIII. in 12. quod poſtea Germanico ſermone ſub titulo: Tag-Buch des Cardinals de Richelieu prodiit Francof. 1664. in 12. (7.) *Antonius A Uberius* Gallico ſermone Hiſtoriam Card. Richelii ab ann. 1585. ad 1642. deſcripſit in qua varia ſcripta & acta publica continentur Pariſ. 1660. in fol. 3. Tom. Ex eadem quaſi Compendium eſt. (8.) *La Vie du Cardinal de Richelieu* à Cologne M. DC. XCIV. in 12 ma.

Julius Mazarinus. Memorabilis ejus genius.

§. IV. De Cardinale *MAZARINO* Memorabilia, quæ nobis obvenerunt, literaria, ita diſponimus, ut obſervemus. (1). *Memorabilem in Vita Civili & Morali genium.* Dantur Principes & Viri Illuſtres, qui, ut probrum vitent, ſenſus abdunt, verbisque ambiguis implicant, atque juris imagine jus violant bonosque ſummovent & fontes abſolvunt. In quo genere artifex fuit TIBERIUS. Tiberium verbis ancipitibus & lubricis imitatus eſt Mazarinus & promiſſionum ambiguitate ſimplices credulosque deluſit; ſed Tiberio diſſimilis, quod feroces lenitate & Proceres in-

fen-

fensos prudenti moderatione domuit ac fregit teste Benjamino Priolo II. 4. c. 49. Solenne autem Mazarino fuisse promissis homines fallere suo se damno didicisse ait *Rogerius de Rabutin Comes de Bussi in Commentariis historicis propriæ vitæ;* qui & exemplo proprio expertus est Mazarino hoc in more positum fuisse, ut haud vili pretio cuncta officia venderet, dummodo Præfectus in provincia Nivernensi constitutus præter munera offerri solita certam pecuniæ summam Riginæ tum Regenti dare debuit.

Novæ Politicæ inventum.

(II.) *Novæ Politicæ à Mazarino usurpatæ genus novum.* Elegantissimus adest de hac Nova Politica ingenii lusus ingeniosissimi illius LABBEI in elogiis illustribus 1664. Gratianopoli emissis, quem Tr. de Inscriptionibus argutis inseruit Christianus Weisius Lib. I. cap. IV. §. XI. n. 6. p. m. 373. seqq. Nova scil. Mazarini Politica fuit, quam sumsit ex rebus futuris quas omnes nesciunt, non ex præteritis quas omnes norunt: quâ vidit ineunte anno totum annum, imò intrà annum decennium: quâ ex scientia digessit consilia, disposuit facienda & penè mensus est; exploravit arbitria & penè penetravit; quâ examinavit vires hostium, annumeravit opes, scivit quid singuli possint & penè quid velint, atque hæc dum vidit, consilia hostium elusit; qua antevertit facienda dum prior fecit, supplantavit insidias, dum in hostem vertit, adeò ut mirati sint hostes, falli se artibus suis & penè superari

à

à se ipsis. Hæc fuit Politica nova id circò nova quia in cognita aliis & sola perspecta Regi ejusque Cardinali.

Politicum ejus Testamentum

(III.) *Compositum ab ipso Mazarino Testamentum.* Quemadmodum Antecessor Richelius Testamentum composuit Politicum quo artem belli, artem pacis & artem Regis (ut ipse loquitur) delineavit ita & ad exemplum Antecessoris simile composuit Mazarinus, quod legimus in Diarii Europæi *Continuatione* V. pag. 510. seqq. Hoc ipso enim Diario Europæo plura quoque acta publica videmus congesta. Publicatum est ab anno 1657. quolibet semestri, post longioribus spatiis continuatum atque nunc vel quinquaginta Tomis in quarto constat. In prioribus quidem Tomis desideratur & diligentia, imò quod multa sæpè in partium præjudicia addita meliores tamen sunt recentiores. Hisce autem per modum appendicis videmus addita varia acta, Tabulas fœderis & similia, quæ ad usum Negotiorum Civilium multum conducunt. Idem dicendum de *THEATRO EUROPÆO* quod ab ann. M. DC. XVII. incipit atque per varios collectum nunc XIII. Tomis constat quamvis omnes Tomi non sint ejusdem momenti.

Duplex ejus Epitaphium.

(IV.) *Ingenuum & Satyricum Mazarini Epitaphium.* Ingenuum, quod à Dionysio Salvagnio Boessio, Consiliario Regio & in suprema rationum Fisci in Delphinatu Præside in memoriam ejus conditum est & additum Galea-

leatii Gualdi Historiæ Pacis Pyrenææ a Petro Axenio editæ, exhibet Johan. Christoph. Beckmannus Hist. orb. Terr. Geogr. & Civil. Part. II. cap. III. §. XVII. p. m. 547, 548. Aliud ingenium quo Mazarinus ad Hülsemanni ponitur latus quia eodem anno scil. M. DC. LXI. commortui in exemplum Comparationis Personarum alienæ Professionis ac Conditionis proponit Christianus Weisius Tr. de Inscriptionibus argutis Lib. II. cap. V. §. XXI p. m. 532. sqq. Satyricum dicendi genus sed genuinum & argutum ejus fundum idem Clarissimus Auctor communicat in Oratoris Politici Part. I. cap. IX. §. XXXIII. p. m. 111. 112. 113.

Historicus Parallelismus.

(V.) *Historico-Moralem Mazarini & Richelii Parallelismum.* Origo ipsorum dispar erat. Richelius in Gallia natus trito jam a Majoribus itinere supremam dignitatem adiit; Mazarinus in Sicilia progenitus nemine præeunte ad culmen illud evasit. Ingenium Richelii erat acre & vehemens, Mazarini subtile & morarum patiens. Richelius in Rempubl. omnes curas consumebat: Mazarinus ita Reipubl. consulebat, ut sua etiam respiceret & communes cum privatis rationes conjungeret. Richelius severior erat sed in superbiam inclinans: Mazarinus humanior sed avarus. Tempora nacti sunt diversa, Richelius turbatam Rempublicam & tum Protestantium bellis tum discordia Principum accisam: Mazarinus magis pacatam & in qua factiones pleræque sublatæ erant. Similia habuerunt fata. Riche-

lium in honestum exilium migragre oportuit quo in secessu etiam libros contra Reformatos consignavit. Nec si in vivis mansisset diutius, summo loco staturus fuisse putatur Rege prementis potentiæ pertæso multaque de moribus ejus conquesto. Mazarinus autem reus læsæ Majestatis & perturbator publicæ quietis pronunciatus aperto exilio Galliam relinquere coactus est. Quamvis uterque deinceps summa cum gloria fuerint revocati. *Vid. Roberti Keuchenii Comparatio Card. Richelii & Mazarini* quam adjecit suis Polit. in vitam Antonini Pii Amstelod. 1667. in 8. quamque integram excerpsit in Tractatu suo de Inscriptionibus argutis laudatissimus Weisius lib. II. cap. V. §. XXXII. p. m. 550. seqq. & *Dialogues divers entre les Cardinaux Richelieu & Mazarini* à Cologne 1700. in 12. apud Eccardum Secretarium Hannoveranum in Excerpt. Menstr. Nov. libr. de ann. 1700. mens. Mart. n. IV. Conf. ulterius *M. Christianus Weisius de Fatis Eruditorum in aula* cap. II. Sect. II. §. 1. 2. *Ansh.* von Ziegler Schauplatz der Zeit pag. 196. sqq. 1381. seqq. *Beet.* Staats-*Minist.* unglückl. Fälle n. 17. pag. 155. sqq. Frantzösische Staats-Regeln p. 19. sqq. ed. 1689. in 4. Hoff- und Soldaten-Leben pag. 19. seqq. 1680. in 4.

Selectus Biographorum Catalogus.

(VI.) *Selectum Biographorum Mazarinianorum Catalogum.* Historiam Vitæ & rerum gestarum Mazarinianam exposuerunt. (1.) Autor Vitæ & Ministerii amborum Richelieu

&

& Mazarini Francof. M. DC. LII. in 8. (2.) Autor des Lebens und Todes des Cardinals Mazarini. M. DC. LXV. in 12. (3.) *Johannes Calvertus* Historiâ Julii Mazarini Londini M. DC. LXX. in 12. Anglicè scripta. (4.) *Galeazzus Gualdus* Histoire du Ministere du Cardinal Mazarin, quæ Italicè primum scripta post Gallicè versa atque præcipua est, à Amsterdam 1671. in 12. (5.) Autor der Staats- und Lebens-Regeln it. des Cardinals Leben/ Cöln. M. DC. XCVI in 12. (6.) *Benjamin Priolus* Historia Galliæ sub Ministerio Mazarini, Anglicè versa à Christ. Wase Lond. 1699. in 8. (7.) *Johannes Frischmannus* laude posthuma Mazarini 1661. fol. (8.) *Auctor le Tableau de la vie & du Gouvernement des Messieurs les Cardinaux Richelieu & Mazarin & de Monsieur Colbert representè en diverses Satyres & Poesies ingenieuses ; avec un Resneil d' Epigrammes sur la vie & la mort de Monsieur Fouquet & sur diverses choses, qui sont passées à Paris en ce temps la.* De quo scripto Tentzelius ita judicat Colloq. Menstr. d. ann. 1694. p. m 414. Wem sind die grossen Frantzösischen Ministri, Richelieu, Mazarin, Colbert und Foüquet unbekannt? Ihr Leben und Thaten sind schon in prosa heraus/aber in den Versen ist wenig an den Tag kommen. Derowegen derjenige sich nicht übel verdient gemacht / welcher die auf Sie gemachten Frantzösische Carmi-

na zuſammen geleſen und in 8. drucken laſſen unter angeführtem Titul. Wer nun ſeine Luſt an ſcharffſinnigen Erfindungen hat / und den artigen Geiſt der Frantzoſen weiß und liebet / der wird ſonder Zweiffel ſeine Ergetzung in dieſem Buch antreffen. Am Ende ſtehet noch ein lateiniſches Carmen, darinnen ein Gebet des Fuqueti in ſeiner Gefängniß an die Mutter Gottes enthalten / welches ſehr zierlich und pathetiſch verfertiget iſt.

Judicia de Richelii & Mazarini Miniſterio.

§. V. Subjungenda nunc ſunt Judicia tam Politicorum quàm Philologorum Celeberrimorum, quæ colligere nobis hactenus licuit, de *MINISTERIO Cardinalium Richelii & Mazarini*, quod ad præſentem Scriptorum Politicorum Claſſem omninó pertinet, cum Obſervationibus Politicis Francof. 1672. in 8. evulgatum, & quocum conferendum LILIETUM novis Florum Politicorum acceſſionibus conſitum ad illuſtrationem operis cui tit. *Miniſterium Card. Richelii & Mazarini, tradu&tum à Jacobo le BLEV, D. P. P. J. U. Gieſs.* M. DC. LXIV. in 12 Gieſſæ de quo vid. Gottfried Zenners Herbſt-Parnaß M. DC. XCVI. n. XL. pag. m. 183. 184.

Oldenburgeri

Nempe (I.) *Philippi Andreæ BURGOLDENSIS, vero nomine, OLDENBURGERI in Commentario ad Inſtrumentum Pacis Oſnabrugenſis p. m. 209. ita judicantis*: Richelii ſagacisſimis conſiliis in omnibus maxi-

ximè negotiis usus est Ludovicus XII. Rex Galliæ, utpote cum in artibus regnandi & Politicæ prudentiæ famâ illa ætate (nisi Axelium Oxenstirnam excipias) parem non habuerit. Hic & Mazarinus, duo Politici Aquilæ factiones Hispanicas, profundis illas pectoribus perpendentes, vehementer repressère terminosque certos iis posuère. Richelii Testamentum arcanis Politicis refertissimum exhibetur in Theatro Europæo quod omninò legi meretur. Validissimus extitit in animo Regis & regnandi artibus & prudentiæ politicæ famâ tantam majestatem in Gallia sibi conciliavit, ut propterea etiamnum ex præscripto Consiliorum ipsius Res Gallicanas administrari multis pronum sit suspicari. Mazarinus Richelii successor eundem subtilem Richelii Spiritum quasi μετεμψυχώσει quadam in omnibus regni negotiis circumtulit & tandem pacem inter duas Coronas Galliæ & Hispaniæ cum Ludovico 1659. conciliavit. Extat de Mazarino: Ingement de tout ce qui à esté imprimé contre Monsr. le Cardinal de Mazarin. L'ovrage est de Gabriel Naude son Bibliothecaire. Ex hoc procul dubio scripto putat Placcius in Anonym. Detect. suum concinnasse Anonymum SILHON, Eclaircissement de quelques difficultes touchant l'administration du Gardinal Mazarin. Hoc ut rarum est, habetur tamen in S. Maj. Danicæ Bibliotheca Regali. Card. Richelii & Mazarini Ministerium Autor quidam Anonymus M. DC. LXV. Parisiis

(qui creditur Vincentio Placcio de Anonymis detectis pag. 106. Dom. Charles de S. Paul) duobus Voluminibus edidit. In iis libris grandis latet rerum civilium prudentia. Debent verò legi perpensi animi judicio cum nonnulla mala bonis admixta contineant; Auctorque ille nimiæ adulationi indulgens ex Cardinalibus istis quasi Deos facere conetur. Debet conferri cum hoc Ministerio du Bleu Lilietum.

Lentuli. (II.) *Cyriaci LENTULI in Præfatione Politices ita differentis:* Quæ nuper Gallico Idiomate conceptæ prodierunt Richelii & Mazarini purpuratorum actiones, ut nullum Monitorum, ita plus adulationis præ se ferunt.

Feust. kingii. (III.) *Joh. Henr. Feustkingii Schediasm. pecul. de Achitophelismo Machiavelli §. VII. ita discurrentis.* (Vivit adhuc Machiavellus, si nullo alio nomine, certè, quia humanæ nequitiæ apertissimus testis in Gallia: Hæc enim ab ista labe prorsus non fuit immunis. Bini cuniculi huic suppositi sunt à binis, qui tygridis hujus maximam quoad partem fuxerunt ubera, Armando Richelio, Viro magnæ prudentiæ & qui huic substitutus, Julio Mazarino, Richelio exquisitâ prudentiâ & felici rerum progressu & exitu inter fortunæ insultus haud secundo. Horum Consilia & Axiomata, plurimùm cum Machiavellisticis symbolizant, passim candor abest, Machiavellus inest, quod & eruditi & ipsa testimonia affatim perhibent.

(IV.)

(IV.) *Johannis Burchardi Maji in Oratione de Conscrib. Hist. Univ. Sec. XVII. p. m. 25.* Præ cæteris omnibus in Historia Galliæ Pragmaticâ commendanda sunt Ministeria Memoriæ ac Literæ Cardinalium Richelii & Mazarini, Latinâ Gallicâque Linguis evulgata, è quibus Rerum Gallicarum haud tantum sed earum etiam, quæ extra Galliam passim in Europa, in qua tum magnarum mutationum scena struebatur, per id tempus gestæ sunt, cognitio hauriri potest: Siquidem in illis de Germaniæ Principibus eorumque actionibus & rebus censuræ feruntur liberrimæ. Maji.

§. VI. Ex Recentissimis Consiliorum & Actorum Publicorum Collectoribus seligimus (I.) *GOTHOFREDUM GUILIELMUM LEIBNÜTZIUM*, Consiliarium Hannoveranum, Virum in omni literarum & scientiarum genere excellentissimum, societatisque Regiæ Anglicanæ Socium eminentissimum. Is ann. M. DC. XCVII. Hannoveræ edidit *Codicem Juris Gentium diplomaticum, in quo Tabulæ Authenticæ Actorum publicorum pleræque ineditæ vel selectæ continentur, eumque ex MStis præsertim Bibliothecæ Augustæ Guelpherbytanæ Codicibus & Monumentis Regiorum aliorumque Archivorum ac propriis denique collectaneis collectum.* Hoc institutum à Magnis Viris & primariis etiam Principum Administris mirificè fuit probatum & quanto quisque in Republ. versatior aut historiæ pragmaticæ peritior eò magis his me-

Recentissimus Gothofr. Guiliel. Leibnützius.

Codex Juris Gentium diplomaticus qualis?

monumentis legendis delectatus est hactenus & delectatur probavitque ac probat Consilium Auctoris illustris. Duo autem de hoc opere veniunt observanda momenta: (1.) *Operis genius & scopus.* (2.) *Operis usus. GENIUM OPERIS & SCOPUM* quod attinet, Codex ille non tantum Germanicis aut alterius populi rebus adstringitur sed pleraque Europæ attingit; nec tantum pacificationum tabulas & fœdera aliave, quæ vulgò Tractatuum nomine censentur, sed & contractus matrimoniales Principum, testamenta, adoptiones, varias obligationes & alienationes, limitum designationes; commerciorum, navigationum & in eam rem initarum Societatum articulos; recessus conventorum publicorum atque etiam nonnulla Conciliorum Generalium acta singularia, aliaque quæ ad totam Rempubl. Christianarum Gentium pertinent; tum arbitria vel laudationes, belli denunciationes vel diffidationes, protestationes & confiscationes, destitutiones, depositiones & contra electiones, homagia, investituras, solennia ceremoniarum, privilegia majora, aureasque & plumbeas bullas ad rem facientes; creationes quoque novarum dignitatum ac principatuum quin & regnorum erectiones aliaque id genus plura continet. Non tamen videtur is scopus fuisse illustri Autori ut omnia omninò congereret diplomata ad Rempublicam pertinentia etiam hactenus inedita, sed ut gustum daret eruditis editione illorum ma-

Digitized by Google

ximè quæ publica curiositate digniora. Unde passim observes, quæ non vulgaria docent. *USUM* quod attinet multiplex est sed in summa tamen duplex, primarius scilicet & secundarius. Ac *Primarius* quidem tum ad eos pertinet, qui Republ. versantur, tùm etiam ad illos, qui spectatores tantum agunt sed tamen accuratè de publicis negotiis judicare volunt. Tabulæ enim actorum publicorum vim juris habentium efficiunt, tum ut noscatur, quæ sint summarum Potestatum jura inter se, tum etiam ut exempla præbeantur Rempubl. gerentibus, cum similia agendi inciderunt, quæ vel ipsi sequantur vel apud alios allegent: plerumque enim in Ministrorum congressibus disputantes sese exemplis tuentur. Nec ad jus tantum sed & ad utilitatem ista pertinent. Nam cautelas præbent & artes detegunt quibus usi sunt Imperantes in suis tuendis vel dilatandis præsertim si Historici insignes his monumentis adjungantur. *Secundarius* Usus est in augenda eruditione Lectoris. Multa enim hinc eruuntur, quæ ignorantur vulgò, pertinentia ad rerum origenes, controversias illustres, ad Chronologiam item & Gentium Epochas, ad Geographiam & locorum appellationes, ad rem Genealogicam atque Heraldicam quæ ex subscriptionibus & sigillis illustratur. *Conf. Lipsienſ. Act. Erud. Collect. T. XII. d. an. 1693. menſ. Mart. p. m. 141. ſq. & m. Auguſt. p. m. 370. ſeqq. Wilh. Erneſtus Tentzelius Colloqu. Menſtr. di a. 1693. p. 178. ſq. 339. ſq. 683. ſq.*

LÜNIGIUS Ejus Sylloge publicorum negotiorum qualis?

(II.) *JOHANNEM CHRISTIANUM LÜNIGIUM*, qui commotus rationibus illis gravissimis quibus ponderavit, quod qui in colligendis actis publicis negotia majoris momenti concernentibus, curam paulò accuratiorem adhibet, non eam modo experiantur utilitatem, ut rerum gestarum memoriam inprimis sibi reddant cognitam verumque earum tenorem tantò felicius à ficto discernere valeant, sed etiam ut styli genium, qui isthæc talia tractaturis observandus sit, tot in præclaris exemplis, tanquam in regula certissima perspiciant, suis primum commodis ac deinceps usui etiam publico *PUBLICORUM NEGOTIORUM SYLLOGEN* destinavit destinatamque ann. 1694. in 4. Francof. & Lipsi. exposuit. Ista autem literas cujuscunque ferè generis, varia item decreta, salvos conductus, plenipotentias, memorialia, propositiones, vota, pacta, fœdera, instrumenta pacis aliaque Latinis verbis concepta & intra proximum vicennium ab Augustissimo Romanorum Imperatore, universis Europæ Regibus, S. R. I. Electoribus Principibusque ac Statibus diversis promulgata fuere, ita exhibet, ut annorum in dispositione observetur series Lemmataque singulis præmittantur utilissima & Index tandem negotiorum publicorum sive singularum rerum in hoc opere contentarum, summaria exhibens subjiciatur.

FABER.

(III.) *ANTONIUM FABRUM* qui Tractatu suo, inscripto: Europäischer Staats-

Digitized by Google

Staats-Cantzley / cujus jam sex Tomi extant editi in 8. ab an. M. DC. XCVII. & sqq. solum acta & negotia ista publica congessit, quæ hodienum obvia in Imperio, aliisque regnis, quæque ad stylum Curiæ, qui nunc in usu est faciunt egregiè. Conf. *Autor* des Monatl. Staats-Spiegels Augspurg. *1698. in 8.*

CLASSIS NONA.

Genuini ad Politicam Apparatus

sistens

STATISTICOS SELECTOS.

§. I.

MEmorandum nunc est & evolvendum novum Scriptorum Politicorum genus, quod mirè instruit animum & ad interiorem prudentiam singulari quadam ratione præparat, eorum scil. qui arcanas artes Imperantium consiliaque cum ordinariæ tum extraordinariæ gubernationis exposuerunt. Sunt autem hujus generis quàm plurimi præsertim ex Italis, ex quibus *Johannes BOTERUS* primus

Scriptorum Statisticorum Compendiarius recensus.

Itali. Boterus.

mus rem antea confusam justâ Methodo distinxit, in Libris X. *della Ragion di Stato* adjunctis ejusdem Relationibus Universalibus Venetiis 1640. in 4. Latine Ursellis 1602. in 8. quos Lud. Georg. Ludenius Hannoveranus recudi curavit Helmst. 1666. & Casparus Ens suæ inseruit Scholæ Politicæ. Ante BOTERUM illud egit *Cyrus Spontonus* Dodici Libri del Governo di Staro in Venetia M. DC. XXVII. in 4to; *Gabriel Zinnanus* della Ragioni degli Stati libr. XII. in Venetia 1626. in 4. *Ludovicus Septalius* della Ragion di Stato Libr. VII. Milano 1627. in 4. quem Tractatum 73. annos natus postquam ultra quinque lustra Politica docuerat, conscripsit ex Italico in Latinum versum cum notis & accurato rerum indice evulgatum à Joh. Garmers. Hamb. 1658. in 8. *Johannes Antonius Palazzus* Discorsi del Governo è della Ragione di Stato Venetiis 1605. in 4. & Latinè Dantisci 1637. *Scipio Claramontius* della Ragion di Stato Florentiæ 1635. 4. & qui hosce sequutus fuit *Hier. Frachelta* II Seminario de Governi di Stato & de Gverra Venetiis 1647. in 4. Optimus verò videtur *Friedericus Bonaventura* cujus est tractatus della Ragion di Statoe della Prudentia Politica sive de Ratione Status & Prudentia Politica Lib. IV. in Urbino 1623. in 4. ubi magno ingenii acumine, quid sit vera status ratio declarat. Licet hodie regulæ istæ generales ad definiendam Status rationem parum valeant, sed hæc potius sit status ratio ex quo emolumenta capiunt Summi Imperantes fi-

Spontonus.

Zinnanus.

Septalius.

Palazzus.

Claramontius.

Frachelta.

Bonaventura.

ſive ex regulis Politicis hæc ſint petita ſive ex arcano quodam conſilio. Ex Germanicis de Ratione Status ex profeſſo diſſeruerunt. *Wilh. Ferdinandus ab Efferen* Dominus in Manbach & Arendal in Manuali Politico-Chriſtiano de Ratione Status ſive Idolo Principum Francof. 1639. in 8. & 1650. in 4. *Hermannus Conringius* diſſertatione de Ratione Status Helmſt. 1651. in 4. Quam habemus etiam inter Diſſert: Acad. Select. Lugd. 1686. in 8. *D. Henr. Rahne* JCtus & Anteceſſor Roſtoch. Diſſert. Acad. de Ratione Status Roſtochii 1652. in 4. *Jacobus Thomaſius* Polyhiſtor & Prof. Lipſienſis de Ratione Status Lipſiæ 1665. in 4. *Joh. Wilhelm Imhofius* Patritius Noricus ſingularibus Politicis de Ratione ſtatus Norib. 1657. in 12. *Franciſcus Stypmannus* JCtus & Antec. Gryphisvv. Arcano de diſſimulatione Imperantium pro ratione Status. Francof. & Lipſ. 1677. in 12. *M. G Paul Rotenbeccius* Prof. Altorf. de Ratione Status Altorf. 1685. in 4. *D. Joh. Chriſt. Wagenſeilius* Polyhiſt. & Prof. Altorf. Politica practica exhibente Rationis Status & Statiſtarum, Moderatorum omnium Rerumpubl. Naturam ac qualitates, Altorfi; item diſſertatione de Ratione Status & Statiſtis Altorfi 1691. *Joh. Chriſtoph. Becmannus* D. & P. P. Francof. in Diſſertatione Politica de Ratione Status in Medit. Polit cap. III. & Parall. cap. III. p. 31. ſqq. 446. ſeqq. & Francof. ad Od. 1693. in 8. *Adamus Rechenbergius* Diſſertatione de Intereſſe Civitatis ſeu quod idem Ratione Status

Germani Efferen.
Conringius.
Rahneus
Thomaſius.
Imhofius.
Stypmannus.
Rotenbeccius.
Wagenſeilius.
Becmannus.
Rechenbergius.

quæ

quæ est nona in ordine Part. II. Dissertat. Historico-Polit. ed. Lipsi. 1698. in 8. pag. 219. seqq. & qui ordine justo recensentur alii a *B. Casp. Thurmanno JCto quondam & Consiliario Saxo-Lauenburgico in Bibliotheca Statistica M. DCCI. Halæ Magdeb. in 4. publicata.* Nos ex numeroso Scriptorum horum Catalogo pro ratione Methodi & Scopi nostri duos seligimus nomine & omine Clarissimos, unum scil. Gallum Illustrissimum Ducem Rohaneum & alterum Germanum Perillustrem Cancellarium Godofredum de Jena.

Recens. suse lectus.

Dux ROHANEUS.

§. II. Ducem ROHANEUM quod attinet quatuor de eo observamus in usum nostrum & scopum memoratu maximè digna:

Genealogicus familiæ Rohaneæ recensus.

(I.) *Genealogicum Familiæ Rohanneæ recensum.* Descendit familia Rohanea ex Navarrea seu Labretana hoc ordine. Johanna Philippi III. Regis Navarræ & Comitis Ebroicensis è Johanna Francica filia ultima, nupsit Johanni II. Vicecomiti de Rohan, qui 1395. vivis excessit & duarum linearum Autor fuit scil. Montbasonianæ & Rohaneæ. Nam ex filio majori Alano IIX. Vicecomites reliqui Rohanei descendunt. Alter Carolus Dominus de Guemenè istum propagavit titulum. Huic successit filius Ludovicus I. qui denuò duos genuit filios Ludovicum II. & Petrum Dn. de Gie. Ab illo qui nunc quoque superant, Monbasonii & Soubiziani descendunt, scil. Ludovicus II. III. IV. V. VI. VII. eorumque posteri. Hujus filius natu minimus Petrus Dominus de

Fron-

Frontenny (cum ex natu majoris CAROLI Dn. de Gie filio Franciſco nonniſi filiæ natæ) duxit in uxorem Annam Vicecomitiſſam de Rohan, filiam primogenitam Johannis III. Vicecomitis de Rohan, & ab uxore Anna hæreditatem lineæ primogenitæ & Vicecomitatum Rohanenſem nactus fator extitit reliquorum Vicecomitum, & jam Ducum Rohaneorum. Ex his enim natus Renatus Vicecomes de Rohan qui duxit in uxorem Iſabellam d'Albret filiam Johannis d'Albret & Catharinæ Fuxenſis Regis Navarræ. Ex hoc connubio natus Renatus II. Vicecomes de Rohan qui duxit in uxorem Catharinam de Partenay Dominam de Saubize. Ex his natus Henricus I. Dux de Rohan & Benjamin de Rohan Dominus Soubize. *Vid. Reſp. Gallica edit. Elzevir. in 12. 1629. p. m. 393. 394. Jac. Wilh. Imhofius geneal. excell. famil. in Gallia, & Petrus Ambroſius Lehmannus* text: herrſchenden *Europæ* dritter Theil *1700. in 12. Hamb. p. m. 222. ſeqq.* ubi modernus familiæ Rohaneæ ſtatus depingitur. Mombaſonia ſcil. lineæ totius domus primogenia eſt altera Soubiziana & tertia Rohaneo-Sabotiana.

(II.) *Symbolum domus Rohaneæ axiomaticum.* Conſtat Symbolum illud Rhombis Plinthrotretis h. e. in quadram ſ. plinthidem angulo ſo foramine adapertis (ausgebrochenen Rauten) ſive ut Galli vocant Maculis & quidem novem aureis rubeo clypeo inſertis cum ſymbolo: *Sine macula Macla*, notante La- Symbolum domus Rohaneæ axiomaticum.

Digitized by Google

Laboureurio Orig. des armes n. 143. à quibus omnis usus macularum Heraldicus primùm promanasse videtur. Sunt qui cum Paradino à Macliani celebris in Historia Britannica nomine nomen derivant quibus contradicit le Laboureur de l' orig. des armes n. 63. Alii quod in ditione ipsorum filices secti hanc figuram exhibeant ut & carpiones qui in illorum nascuntur stagnis apud Vulsonium & Varennium in Tr. Herald. Alii rectius assimilant (le trou d' un rè vulgò maille, undo vox macle) non quidem uti ineptit Johannes de Bado aureo notando piscario, sed piscationis juri, quod supremorum Principum sit. Alii reticulis in mundo muliebri adsimilant. Quicquid sit, hoc notandum est, Petrum Rohaneum Gienssem, Galliæ Marescallum, tantum septem ejusmodi gestâsse maculas alios denas. Item Vicecomitatum cujus Symbolum axiomaticum maculæ illæ Rohaneæ, qui in primogenitis continuatus fuerat, morte Claudii Vicecomitis 1548. delapsum ad alterius rami lineam posteriorem ob Annam Claudii Sororem Petri Rohanei Frontenæi, qui 1525. ad Papiam ceciderat, uxorem: atque ita Vicecomitatum hunc tenuisse filium Renatum & eodem nomine nepotem: Hoc genitum esse HENRICUM qui Dux creatus est & Patricius regni idque ab Henrico IV. Rege ann. Christi. M. DC. III. (*vid. Thuanus Histor. lib. CXXIX. Tom. V. edit. Aurelianens. in fol. d. an. 1630. pag. 1059.*) Henricum filium hæredem non reliquisse, sed fi-

filiam Margaretham, quæ Henrico Cabotio nupsit & ob hoc quod in aliam gentem transiret dignitas 1645. renovatam esse concessionem Regiam. De Symbolo Rohaneorum GENTILITIO conf. *Phil Jac. Spenerus Historia Insignium lib. I. cap. LXXIX. §. V. sqq. pag. m. 313. sqq.*

(III.) *Memorabilem Vitæ transactæ cursum.* De Rohaneorum Ducum origine Thuanus quæpiam habet lib. CXXIX. Tom. V. Histor. p. m. 1059. ubi Henricum I. Ducem fuisse creatum & Patricium regni ait, idque ab Henrico IV. Rege ann. Christi. M. DC. III. Quod decori illustrissimæ familiæ datum scribit. Est enim cognata Regibus ex stirpe Labretana. Natus est noster d. 23. August. 1579. à Renato II. Domino de Frontenny posteaPrincipe de Leon ac Vice-Comite de Rohan & Catharina, Johannis Domini de Soubize filia atque hærede, vixitque & floruit sub Ludovico XIII. Rege. Gesit bella in Languedocia, Helvetia, Rhætia & Italia. Insigne hujus Principis doctrinæ exemplum est, quod Bibliothecæ Tigurinæ Codicem Manuspriptum nitidissimum Ebræorum Bibliorum ann. Christi 1495. exaratum dono dedit. HOTTINGERUS de Bibliothecis Lib. I. cap. I. vid. prolixè GRAMONDUS Histor. Lib X.XI. & passim & qui ex eo aliisque vitam contraxit Rohaneam Gottfried Zenner im Herbst-Parnaß 1694. p. 68. sqq.

Memorabile Vitæ curriculum.

Digitized by Google

Trutinæ Statuum Europæ æstimium.

(IV. *Trutina Statuum Europæ æstimium.* Prodiit *Trutina illa Statuum Europæ* sive P. P. Christiani Orbis interesse ab illustrissimo Duce de Rohan olim conscripta *cum Commentario Martini Böckelii de Jure Protect. Client.* Lubecæ 1656. in 4. conjunctim & seorsim *cum notis Historico - Politicis* B. Parentis *Josuæ Arndii* Rostochii in 8. 1668. adjectâ Vita Wallensteinii ex Italico in Latinum translatâ. Absolvitur duabus partibus. Prima Pars continet Discursus VIII. quorum primus Præliminaris quo lectorem præparat ad libelli scopum eo citius perspiciendum, tribusque constat membris, primo quo Rationem Status commendat, altero quo ad seculi sui faciem applicat, & tertio quo rationem sic instituti discursus profert; Secundus de Ratione Status Hispaniæ differit; Tertius de Ratione Status Galliæ; Quartus de Ratione Status Principum Italiæ; Quibus de Ratione Status sedis Romanæ; Sextus de Ratione Status Germaniæ; Septimus de Ratione Status Helvetiorum & Provinciarum inferioris Germaniæ s. Belgii; Octavus de Ratione Status Angliæ. Pars Secunda habet septem Discursus quorum primus de actionibus ligæ Catholicæ; Secundus de Bello Sabaudico; Tertius de Controversia Papæ Pauli IV. & Republ. Venetorum; Quartus de Induciis Belgii uniti cum Hispaniarum Rege; Quintus de Successionis Cliviæ & Juliæ negotio; Sextus de electione Comitis Palatini ad Regnum Bohemiæ; Septimus de motibus ob successionem

nem Ducatus Mantuæ & Montisferrati in Italia obortis. Henricus scil. Dux Rohaneus anno 1600. & seq. maximam Europæ partem peragravit & observationes has itinerarias sub nomine Trutinæ Statuum Europæ vulgavit. De qua ita judicat *Autor Ephemerid. Erudit. anni M. DC. LXVI. num. XXIX. d. 19. Jul. p. m. 336. edit. Lipsi. 1677. in 8. Nitschian. Primos suos annos* (Dux Rohaneus) *itineri in varias Europæ partes, præcipuè verò in Germaniam & Italiam impendit inque Statuum illorum secreta Regiminis adeo penetravit, ut dici possit meritò, neminem unquam prudentius de Italorum Politiâ Principumque Germaniæ Statu scripsisse.* Est libellus judicio gravis, rebus arduus, Historia sublimis, & Auctore illustris. Continet ardua & nonnisi Galliæ scripta mysteria. Pleraque de Hispania & Austria nimis Gallicè scripta sunt i. e. averso & prono in solam Patriam calamo. Compendia rerum in Europa Seculi decimi sexti initio gestarum ita sectatur & exhibet ut tanquam brevis Europææ fortunæ historia juventuti præsertim in studiis illustrioribus occupatæ, commendari omnino & possit & debeat, etiam ex judicio *Autoris* Tr. Gallici qui inscribitur *Recueil de Traitez de Paix* &c. &c. ed. 1700. in fol. Amstelod. in præfatione quod Germanicis verbis communicavit *Eccardus* Secretarius Hannoveranus Excerpt. Menstr. sive **Monathlicher Auszug aller neuer nützlicher Bücher** *d. an. 1700. m. Februar. n. I. p. m. 79. 80.* quæ ita sonant:

Es wird in der Vorrede von der Methode und Nutzen gehandelt und gesaget/ es könne diß Werck allen denen nützen/ welche von dem Interesse grosser Fürsten und Herren einige Wissenschafft zu haben sich bemühen/als welche da wann sie nicht aus dergleichen Publiquen Acten genommen würde nicht bestehen können; Daher käme daß man des Hertzogs von Rohan Buch vom Interesse und Maximen der Fürsten/ welches auf ein solches Fundament gegründet/ annoch sehr æstimire/ ob es gleich vor mehr als sechtzig Jahren geschrieben und die Maximen grosser Herren sich meistentheils verändert haben.

Godofredus de Jena.

§. III. *GODOFREDUM de JENA*, ut attingamus, S. R. M. Borussi. Consiliarium quondam intimum & Cancellarium in Ducatu Magdeburgico Generosissimum, Virum ob pietatem & insignia in Regiam domum nec non in Rempublicam tùm civilem tùm literariam merita desideratissimum. Quatuor memorabilia de Vita ejus & scriptis connotamus Capita.

Memorabile Vitæ ejus curriculum.

(I,) *Memorabile vitæ piæ ac verè generosæ curriculum.* Natus est Servestæ in Anhaltino Principatu anno 1624. d. 20. Novembr. Parentib9 antiquæ nobilitatis quorum curâ & ductu ingenium bonis artibus in patrio Gymnasio excoluit. Hinc in Academias Wittebergensem, Gies-

Gieſſenſem, Marpurgenſem abiit & indefeſſam literarum ſtudiis operam impendit. Abſoluto feliciter ſtudiorum curſu viſisque cultioribus Europæ populis, maximis generis, ingenii ac doctrinæ præſidiis munitus, Heidelbergæ ac Francofurti non minori nominis celebritate quàm eruditione jura docuit, ſummisque Germaniæ Electoribus primum Palatino CAROLO LUDOVICO tùm Brandenburgico FRIEDERICO WILHELMO, Magno, à Conſiliis fuit. Ab hoc ad Comitia Ratisbonenſia Orator miſſus, dignitatem & commoda Herois Maximi ac ſalutem Imperii Germanici per 25. annos ita curavit, ut tot fidei ac prudentiæ quot doctrinæ, ingenii ac eloquentiæ monumenta relinqueret ſuaq; virtute efficeret, ut Cancellarius Mindenſis Conſiliarius intimus ac tandem Cancellarius Magdeburgenſis crearetur. Cui munere quum Ratisbonâ relictâ, imperante Auguſtiſſimo Boruſſiæ Rege ERIEDERICO, inſigni juſtitiæ, integritatis ac humanitatis laude XV. annos ad exemplum præfuiſſet, ætate ad 80. annos, integris mentis ac corporis viribus productâ piè ac conſtanter diem obiit Halæ Magdeb. d. 9. Januar. 1703. provinciæ & bonis omnibus ſingulare ſui deſiderium relinquens.

(II.) *Inſtitutum ex pietate generoſa commune & ſingulare Ptochotrophium.* Virtutibus eminuit exoptatisſimis & has inter laudatiſſimâ munificentiâ, de qua teſtabuntur perpetuò Ptochotrophium Reformatorum quod

Inſtitutum ab eo Ptochotrophium.

vivus adhuc condidit & alterum monumentum ære perennius quod ultimo exegit dum ex duplici matrimonio nullam prolem suscipiens, ædes suas in hospitium & magnam fortunarum partem, sexaginta imperialium millia scil. in alimentum decem nobilibus virginibus à fortuna derelictis in perpetuum publicavit approbante id & confirmante Rege.

Illustre ejus monumentum.

(III.) *Illustre Anagrammatis, Epigrammatis, Epicediorum & Epitaphii monumentum.* Anagramma illud quod nonnemo in honorem summi Viri, brevi ante obitum ejus ex ipsius illustri nomine contexuit ita habet: Perillustris Dominus Godofredus de Jena, Regis Borussici Consiliarius intimus atque Cancellarius in Ducatu Magdeburgensi per Anagramma: En grande decus Regni & Orbis! qui dum plenus justitia, magnis meritis clarus, civibus adeò carus: fulgidis ille ornandus coronis. Epigramma:

En *præ* grande decus Regni *totius* & Orbis
Jena perillustris, Te sacra fama vocat.
Qui dum justitiâ plenus, *præcordia gestas,*
Quæ jus ac æquum semper amare solent.
Consilia sano, pulchris spectatus & actis
Magnis *hinc* meritis clarus *ubique* *viges.*

Rex

Rex amat impensè fidumque probumque
Ministrum
Esque adeò carus civibus *ingenuis.*
Ornandus *quidni* fulgentibus ille coronis
Quem virtus ornat fulgidior radiis,

Epicedia unâ cum Concione funebri in Memoriam ac Gloriam ejus composita Halæ Magdeburgicæ exierunt mens. Octobr. 1704. characteribus nitidissimis & in charta elegantiori prolixius paulum expressa quæ junctim absolvunt 73. plag. in fol. Condecoratur opus icone defuncti à *Bernigerothio* affabrè effictâ additis ejusdem insignibus: ex adverso conspicitur splendidissimum Mausoleum quod Halæ prope templum Regium ac Cathedrale exstructum est, artificio *Joh. Georg. Becki* sculptoris Halæ degentis æri incisum. Epitaphium quod ibi adjectum deprehenditur, ita sonat: D. O. M. S. ET. ÆTERNÆ. MEMORIÆ. VIRI. PERILLUSTRIS. ATQUE. EXCELLENTISSIMI. GODOFR. A. JENA. Concio funebris à Fried. Wilh. Schardio S. R. M. Boruss. Conc. Aul. Hal. & Consil. Consist. in Ducat. Magdeb. in æde Cathedrali Halensi habita & sermo Parentalis dictus à Joh. Fried. de Hornig Reg. Consil. Camer. in Duc. Magdeb. ubi curriculum vitæ legitur, eleganter & prolixè conscriptum 24. plagulis comprehensum. Sequuntur Programmata Pro-Rectoris Pauli Antonii, Epicedia Academiæ, Senatus Halensis, Scabinorum, Judicii Vallen-

sis, Ministerii, Salinatorum, Gymnasii, quæ excipit Epistola ad Paulum Fuchsium, S. R. I. Lib. Baronem Ser. ac Pot. Regis Borussi. Ministrum Status à J. E. Witte Reg. Consil. & rer. feud. in Duc. Magd. Secretario scripta de vita & morte Godofredi à Jena itemque reliqua carmina Caroli Ludov. Schardii, Regii Protonotarii in Duc. Magd. Joh. Zachar. Biccii, E. F. Weitzkii & Joh. Henr. Haackii Reg. Secretariorum in Regimine Ducatus Magd.

Tract. de Ratione Status æstimium.

(IV.) *Tractatus de Ratione Status Franc. ad Oderam. & alibi sæpius excusi atque recusi æstimium.* Hoc edocet nos, *CHRISTIANUS THOMASIUS*, JCtus, Consiliarius Regis Prussici Prof. Publ. & Acad. Frieder. atque FCtis ibidem Juridicæ Senior, in *Programmate* præmisso *Dodecadi Quæstionum promiscuarum Historico - Philosophico - Juridicarum* in Acad. Fried. unà cum Celeberr. Autoris de Ratione Status dissertationibus ventilatarum, maximam partem paradoxarum. M. DC. XCIII. Hal. Magdeb. in 4. & quidem sequentibus verbis: Proposuerunt sibi Ge-„ nerosi quidam & Nobilissimi Juvenes, quod &„ respondendo & opponendo sub meo Præsi-„ dio & Directione secundum Regulas bonæ „ Disputationis se in posterum publicè exercere, atque ita ad ulteriora exercitia quasi præpara-„ re velint. Inserviunt ejusmodi intentioni„ præprimis disciplinæ, quæ non ertò vera„ sed verosimilia tractant, ut sunt Historia, Po-„ litica, Jus publicum & si quæ sunt aliæ simi-„ les

les. In his enim & facilius rationes dubi , tandi deprehendunt opponentes & non ita „ difficulter ope diſtinctionum ex natura nego „ tii deſumtarum dubia illa expedire poſſunt „ reſpondentes. Neque de Autore diu ſolici- „ ti eſſe debuimus poſtquam ſuperiori anno „ Bibliopola noſter Celeberrimi Autoris (G - „ dofredi de Jena) titulos omnes & encomia „ noſtra meritis ſuis dudum ſupergreſſi, Tra- „ ctatum de Ratione Status, olim in Univerſi- „ tate Viadrina Diſputationibus publicis agi- „ tatum, & hactenus ob ſingularisſimam „ quam ſpirat, eruditionem, diu deſideratum, „ tertia vice edidit. Continent ex Theſes ſe- „ lectisſimas Hiſtorico - Politico - Juridicas ad „ nobilisſimam Juris Publici Romano Germa- „ nici doctrinam potisſimùm pertinentes, quæ „ etſi quidem olim, & antequam Miniſterio „ Aulico admoveretur VIR SUMMUS, „ ad ipſo conſcriptæ fuerint, & ita umbram „ ſaltem Sapientiæ Ejus, interim longisſimo „ negotiorum graviſſimorum & ad totius S. R. I. „ utilitatem pertinentium, uſu ad ſummum „ faſtigium perductæ, erudito exhibent orbi „ næ tamen vel ex hac umbra de ipſo corpore „ judicare & quod in proverbio eſt, ex ungue „ leonem licebit agnoſcere. Poſtulavit autem „ reverentia maxima, quâ ipſius canitiem ve- „ nerantur, ut veniam petierimus diſſertatio- „ nes illas iterum revocandi in Cathedram A- „ cademicam, quam & pro ea qua nos imme- „ renates hactenus proſecutus eſt, benignitate „

gratiosè nobis indulſit, quod beneficium „ ſubmiſsâ gratitudine publicè agnoſcimus at- „ que deprædicamus. Jungam ergò ſingulis „ actibus quæſtionem unam modò Philoſo- „ phicam, modò Hiſtoricam, modò Juridi- „ cam, typis publicis inſcribendam, quæ, ut „ ne cum Diſſertationibus Celeberrimi Auto- „ ris miſceatur, aut ne vilis iſte pannus purpu- „ ræ Ejus intexatur, certis legibus ex pa- „ cto diſputationes noſtras habebimus.

CLAS.

CLASSIS DECIMA,

Genuini ad Politicam Apparatus aperiens

HIEROGLYPHICOS SELECTOS.

§. I.

AD novam accedimus Scriptorum Politicorum Classem. eorùm scil. qui Principum, Ministrorum aulicorum, aliorumve Politicorum virtutes & vitia, artes & consilia, benè aut malè gesta, fraudes & scelera & quæ hujus generis alia, Symbolicis atque Hieroglyphicis sub nominibus exponunt. In quibus omnibus etsi multa ex affectu dicantur aut temerario pruritu, accuratæ tamen rerum cognitioni vel sic non parum lucis adferunt. Tales sunt ex antiquiori ætate *MYTHOLOGICI SCRIPTORES* quorum fabulæ ad graves sæpè deliberationes à Principibus & prudentissimis Consiliariis accommodantur prout Conradus Rittershusius, Brunsvviconsis JCtus

Mythologici Scriptores.

JCtus in notis ad Phædri fabulas pag. m. 89. egregiè docet apud παντάγαθον CRENIUM in Tom. II. Method. pag. 402. 403. idque ideò quia monente Maximo Bœclero in Bibl. Polit. Contr. vel quocunque ejus Editore ac Collectore §. CXI pleræque antiquissimorum de Diis Deabusque fabulæ nihil aliud sunt quàm historiæ regnorum & exempla Politica rerum benè vel secus in civili societate gestarum. Sunt enim hi modi antiquissimi tradendi disciplinam politicam, ut per carmina, parabolas, typos, symbola & fabulas notitiæ hominum insinuaretur. Divulgavit hujus fabularis Philosophiæ apud Indos excultæ monumentum longè antiquissimum & toto orbe decantatum Græcè Latinèque, Vir in omni Orientalium linguarum & doctrinæ genere eruditus, *Sebast. Gothofr. Starckius* Berolini anno 1697. sub titulo: *Specimen Sapientiæ Indorum Veterum*, i. e. liber Ethico-Politicus pervetustus nunc primum Græcè ex M.S.Cod. Holsteniano editus cum versione novaLatina, cujus summam exhibent *Lipsi. Act. Erudit. Collect. Tom. XVI. 1697. mens. Augusti p. 379. sqq.* Quo cum conferatur *Synesii Cyrenæi Ægyptius* seu de Providentia Disputatio, ab Erasmo Rudingero, Papebergensi, Joachimi Camerarii genero satis digno, in Latinum conversa eleganter sermonem, notisque doctis illustrata, evulgataque Basileæ in 8. à Joh. Oporino. Liber admodum rarus & qui in paucis reperitur Bibliothecis, Græcos fabularis historiæ Scri-

Orientales.

Græci.

Scriptores edidit Clarissimus Anglus *Thomas* Latini.
GALE: Latinos verò *Thomas Munckerus* quos è MSS. & conjecturis emendavit & commentariis instruxit *Vid. Lipsi Act. Erud. Collect. Tom. I. 1682. mense Febr. pag. m. 52. 53.* Exstant præterea *Joachimi Camerarii*, Papebergensis Fabulæ Æsopicæ & aliæ quædam narrationes, item Livianæ ac Gellianæ cum interpretatione Græcorum & explicatione quorundam aliorum, edit. Lipsi. M. DC. LXXIX. in 8. Magdeburgi an. M. D. LXXVII. sequentes fabularum interpretes atque Auctores prodierunt in 8. junctim: Guil. Goudanus, Hadr. Barlandus, Erasmus Roterodamus, Aul. Gellius, Laur. Valla, Angelus Politianus, Petrus Crinitus, Joh. Antonius Campanus, Plinius Secundus Novocomensis, Anianus Guiliel. Hermannus, Nicolaus Gerbelius Phorcensis, Laurentius Abstemius & Rimicius. His præfationem præposuit *Martinus DORPIUS.* Congessit & Æsopi, Aphonii, Gabriæ & Babriæ Fabulas Græco-Latinas ut & Phædri, Avieni, Abstemii & Anonymi cujusdam veteris carmine redditas LX. Latinas, ediditque suis cum notis ac figuris ligneis Francof. M. DC. LX. in 8. *Isaacus Nicol. Neveletus*, natione Gallus, ex exsoletis editionibus & Codic. MSto Bibliothecæ Palatinæ.

§. II. Annumerandi præsentis Classis Autores fabularum Recentiori

Scriptoribus veniunt Autores fabularum quæ recentiori ætate adeò frequentatæ sunt & adhuc

nensium quales.

huc frequentantur & ab Italis *ROMANZI*, à Gallis verò *ROMANS* vocantur. Hæ non nudius tertius sunt inventæ. Græci enim Sophistæ in his multum operæ posuerunt, quarum inventores meritò dici possunt, nisi potius à Poetis Epicis fluxisse videntur. Nam Poemata sunt mera, excepto quod prosa oratione ab eis sint scriptæ, doctrinaque aliqua, quo lectores illo lenocinio allicerentur, passim eis adsperſa est. Ab aliquot verò annis verisimiliora secuti sunt istiusmodi scriptores in quibus primas tenere judicatur *Argenis Johannis Barclaji*; Imò verò sacra dogmata sub istiusmodi involucro Doctoribus proposuerunt qualis est *Historia Barlaami & Josaphati* à S. Joh. Damasceno Seculo V. post C. N. compositæ, de quo an ille genuinus Auctor sit vid. G. J. Vossius de Hist. Gr. cap. XXIV. p. 281. Cæterum Sereniſſima etiam Capita à Celsissimo suo fastigio non existimarunt alienum, huic delicato ac nobili invigilare argumento, adeò decore atque egregiè in eo versata, ut scitissima illorum monumenta omnibus Gentibus, quarum operibus antea in nostram linguam saltem conversis ferè usi fueramus, palmam intercepisse censeri possint. Duplex autem est utilitas in qua PHOTIUS præcipuum lectionum fabularum Romanensium fructum judicat esse repositum: ut vitia nempe sistantur pœnis ad ultimum coercita & virtutes ex adverso præmiis exornatæ quorum adversari illa has amplecti addiscat Lector. *Conf. Petri Da-*

Utilitas eorum duplex.

nie-

nielis Huetii Liber de Origine fabularum Romanensium 1683. in 8. Lipsi. recensitus à Lipsi. Act. Erudit. Collect. Tom. II. mens. Sept. p. m. 385. 386. S. E. P. (i. e. Conjugis doctissimæ Joh. Ludov. Praschii Senatoris Ratisbonensis qui Psyches Creticam edidit Ratisbonæ. 1685. in 12. apud Lipsi. L. C. Tom. IV. 1685. m. Dec. p. m. 504. 583.) *Consideratio Fabularum Romanensium* Gallicè conscripta & Ratisbonæ 1684. in 12. publicata insinuata â Lipsi. Act. Erudit. Coll. T. III. 1684. mens. Sept. p. m. 433. 434. *Gotth. Heideggeri V. D. M. Mythoscopia Romantira* 1698. in 8. Tiguri quâ fabulæ Romanenses damnantur & cujus contenta exhibet Eccardus Secretarius Hannoveranus Excerpt. Menstr. Hannov. 1700. mens. Decembr. p. m. 882. seqq. *& Georgii Paschii dissertatio de Fabulis Romanensibus hab.* Kiloni 1703. cujus summam (summatim) repræsentant Æstimatissimi Novorum Maris Baltici Collectores Lubecenses Tom. VII. 1704. mens. Februarii pag. 61. seqq.

Fontes de iis conferendi.

§. III. Similibus, quibus Scripta vulgò dicta ROMANICA, involucris incedunt, ingeniosus Auctor Scripti der Reinicke Fuchs *Nicolaus BAUMANNUS*, primò Ducis Juliacensis Secretarius, inde Ducum Megapolitanorum Minister, cum Aula Juliacensi per adulatorum artificia pulsus fuisset, qui vel inde conditionem rerum aulicarum, artes adulandi & simul iis fata sua libro isto describenda sibi sumsit; (vid. Joh. Christ. Beemannus Po-

Scriptores Hieroglyphici insinuati Baumannus.

Polit. Parall. cap. II. §. 6. p. m. 420. D. G. Morhofius Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie Cap. VII. pag. m. 333. 334. ed. Lubec. 1700. in 8.) *Johannes Michael MOSCHEROSCH,* JCtus, Polyhiſtor & Poeta famigeratiſſimus, diverſorumque Principum & Statuum S. R. I. Conſiliarius quondam meritiſſimus, cujus vitam & ſcripta renovavit renovandoque communicavit Hehningius Wittenius in Memoriis Philoſophorum renovatis Decad. IX. p. m. 544. ſeqq. quique nomine *Philandri* von Sittwald varia arcana Politica variosque Status hominum deſcripſit, utpote Philandri von Sittwalds wunderliche Satyriſche und wahrhaffte Geſchichte aus dem Spaniſchen Don Franciſco de Quevedo verteutſchet Franckf. 1645. Leyden 1646. in. 12. Straßburg. 1642. 1650. in 8. Philandri Reſuſcitati wunderliche Apparitiones und Erſcheinungen des Don de Quovedo in welchen er nach ſeinem Tod ſeinem Reiſegeſellen Don experto Roberto erſchienen / Franckfurth 1647. in 12. &c. & qui in Gallia idem conatus fuit *Franciſcus Rabelæſius PANTAGRUELE* ſuo, Scripto, quo democratica libertate & ſcurrili interdum dicacitate Regni Galliæ cunctos ordines quaſi in Scenam ſub fictis nominibus introduxit & populo decidendos propinavit. (vid. THUANUS Lib. VI. de vita ſua

Moſcheroſchius.

Rabelæſius.

ad

ad ann. M. D. XCVIII. pag. 94. edit. Aurel. 1630. fol. Nos Scriptoribus istis omnibus prætermissis, duos speciminis loco seligimus, SYMBOLICOS sive HIEROGLYPHICOS, rarissimos æquè ac præstantissimos, Didacum scil. SAAVEDRAM & TRAJANUM BOCCALINUM.

Scriptores Hieroglyphici & Symbolici selecti.

§. IV. De *DIDACO SAAVEDRA* tria quæ nobis hactenus colligere licuit, apponimus quoad vitam & scripta ejus, memoratu digna:

Didacus Saavedra.

(I.) *Concisum Honorum titulorum & scriptorum summarium.* Didacus de Saavedra Faxardo Hispanus, Murcianus, Cardinali Borgiæ à Secretis fuit, mox & Regius Hispanarum rerum in curia Romana Procurator sive Agens, ad varios conventus apud Helvetios, Germanos & Batavos Legatus, deinde Senator in Curia Indicus, D. Jacobi Eques, sacræque huic Apostolo almæ Cathedralis Sacrorum Collegarum Sodalis. Post exacta quinquennalia in Universitate Salamanticensi studia, in præcipuis Europæ aulis annos quatuor & triginta transegit, publicis semper negotiis occupatus. Nam binæ Pontificum electioni adstitit Romæ: interfuit Ratisbonæ Electorali conventui, quando Ferdinandus III. Augustissimus Imperator, Rex Romanorum creatus est; octo deinde conventibus in Helvetia; rursum Ratisbonæ Comitiis Imperialibus Serenissimæ Domus & Circuli Burgundici cum plena potestate legatus. Elaboravit *Co-*

Concisum Honorum titulorum & Scriptorum summarium.

ronam Gothicam, Caſtellanam & Auſtriacam Politicis notis illuſtratam. Sed prima tantum lucem vidit quæ Gothicum Hiſpaniæ regnum comprehendit. *Compoſuit item Ideam Principis Chriſtiano-Politici CI. Symbolis expreſſam*, de qua momento tertio pluribus dicemus.

Emblematicum ejus Epicedium.

(II.) *Emblematicum quod in honorem ejus ultimum compoſitum eſt Epicedium.* Emblema proſtat quo depictæ ſunt Cadaveris reliquiæ, araneæ tela, ſceptrum, corona, buſtum, adſcripto lemmate: *Ludibria Mortis*, inſcripto titulo: *In obitum Magni Politici & ſimul Pii Viri Didaci Saavedræ*; & ſubſcriptâ hâc ligatâ explicatione:

Quo concitato proruis impetu
Præpes Viator? Mortis imaginem
rimare vivam, cerne buſtum! ad
exuvias oculum reflecte!
En picta proſtat compar araneæ
Subacta leto vita vel innocens
nec mars nec ars hunc liberavit
Imperio Libitinæ ademtum.
Nil jura plebi profuerit vaga
Dixiſſe Regum? Siccine gloria
TE vermis arrodet ſepultam?
Et putridum teget urna honorem?
Quid ergò Princeps aula favoribus
Suffulta ſpondes amplius? en ruit
et TE caſæ inſtar ruſticanæ
Mors humili tumulabit antro.

(III.)

(III.) *Debitum Politicæ Symbolicæ atque Hieroglyphicæ æstimium.* Prostat Idea Principis Christiano-Politici centum & uno Symbolis expressa Coloniæ apud Constantinum Munich cum Gratia & Privilegio S. C. M. generali ad decennium M. DC. XLIX. in 12. repetita ibidem M. DC. LXXX. & Germanicè Jenæ m. Decembr. M. DCC. in 12. De Methodo & scopo ex Auctoris Præfatione ad lectorem hæc edidimus: Symbolis usus est quia hæc ipsa DEUM habent Auctorem. Serpens æneus, rubus ardens, Vellus Gideonis, Leo Samsonis, Vestimenta Sacerdotis, sponsi blandi amores ecquid aliud quam Symbola? Illud inprimis conatus est ut nova esset inventio quamvis non semper assecutus; hinc nomina Antiquiorum, apud quos deprehendit, in margine adscripsit, ut suus etiam antiquitati haberetur honor. In explicandis ipsis Emblematum figuris longus non est ut jucundius lectori accidat si eas per se ipse intelligat. Opus ipsum nonnisi sententiis constat & regulis statuis. Dedit præterea operam ut stylus esset cultior absque tamen affectatione, brevis item & concisus sed sine obscuritate. In institutione Principum non ita occupatus est quin etiam ad Respubl. descendat ad earundem incrementa, conservationem & ruinas, ad formandum Ministrum Status & Prudentem Aulicum. Si in aliquorum interdū se effundit laudes id æmulationis accendendæ fit gratia non adulandi. Si veritatem liberius proloquitur dominationi id

Debitum Symb. Polit. æstimium.

Ex Præfatione Autoris.

ex judicio.

vult tribuendum vix aliter quàm ferro aut igne curabili. Si quando actiones Principum improbat & Rerump. aut de Tyrannis loquitur aut solum de ipsa Principatus & Reipubl. natura. Exemplis usus est tam antiquioribus quam recentibus: illis quidem propter auctoritatem, his verò propter efficaciam atque utilitatem majorem. *Erycus Puteanus in Epistola ad Guil. de Blitterswyck Consiliarium Regium*, Ideam Principis Politici Christiani amœnissimis Symbolis doctissimisque Dissertationibus ornatam *appellat*, opus singulare & eximium planè omnisque prudentiæ ac doctrinæ facundissimum simulacrum. *Item* Symbola prorsus divina quæ in deliciis esse debent & vel ipsas curas mitigare possunt. *Et in Epistola alia ad ipsum Saavedram ita differit*: Video, quicquid sapientiæ est, quicquid eruditionis, in his imaginibus, in his dissertationibus, nec minus doceor quàm oblector. Cedant picturæ aliæ, hic nobis Apelles est, qui ingenio & lineas & colores omnes vincit. Cedant libri, hic nobis scriptor est qui eloquio totam complexus Sophiam, unus perfectam Principis Politici Christiani ideam efformat. Nihil amœnius nihil utilius: ubi flores, ibi simul fructus sunt: in horto horteum, in horreo hortus. Inveniunt oculi delicias suas, divitias animus & expleri potest. Quam nihil igitur PARADINUS, qui symbola scripsit Heroica passimque æstimatur, in medium protulit, quam multa etiam malè. Reliqui constituere hanc amœ-

amœnitatem conati sunt, vix ausi usurpare. Nimirum summo hic ingenio opus quod Natura Tibi dedit summâ eruditione quam industria rerum & studiorum usus. Tua hæc gloria est, O Virorum Phœnix, qui uno volumine centumque symbolis comprehendere potuisti quod aliorum mille libri non exhibeant. Hic est, quicquid ubique est, quicquid vetusta & nostra tempora habent, sacra & profana Exempla velut lumina sunt sententiæ velut gemmæ. Opus totum nonnisi aurum in omni doctrinæ censu & ab omnibus etiam posteris æstimandum. *Præfert reliquis Symbolicis Symbola Saavedræ JOACHIMUS P. A.* Pastorii. *STORIUS Palæstra nobilium §. XXIII. & XXVIII. his verbis:* Emblemata tanto magis afficere & demulcere solent nobilia ingenia quod non animo tantum suavem meditandi curam sed & oculis lustrandi voluptatem objiciunt. In iis verò effingendis, si quæ unquam, nostra profectò ætas plurimum desudavit, & ut multis rebus aliis apicem ita in hac quoque videtur attigisse. Habentur symbola Alciati, Paradini, Sambuci, Adriani Junii, Camerarii, Schönhovii, Buxtorffii, Hesii, aliorumque, quos enumerare non attinet. Pulchra quoque sunt, quæ ex porticu Regia Parisienſi collegit Johannes Guissius, Sed omnium gloriam hoc in genere superavit ac propè exstinxit illustris Saavedræ labor, qui centum Emblematibus additisque insuper Commentariis totam ferè disciplinam Politicam complexus

est & dignam quovis folio dedit Principis Ideam. *HERMANNUS CONRINGIUS de Prud. Civil. cap. XIV. pag. m. 346. concisè judicium suum his verbis exponit* : Pleni sunt prudentiæ Verulamii sermones fideles quos inscripsit & Didaci Saavedræ Symbolica. *BURCARDUS* denique *GOTTHELFF STRUVIUS egregiam laudem adscribit Symbolis Saavedricis in Biblioth. Philos. cap. VII. §. 7. p. m. 144. & Biblioth. Jurid. Select. cap. XII. §. 6. p. m. 423.* Didaci Saavedræ (*inquiens*) idea Principis Christiano-Politici, in politicis sanè multum usum præbet. Qui liber, si quis alius, planè egregius est. Principem enim non ad rationem Status corruptam, quam planè rejicit, sed veritatem Christianam instruit in omni regiminis parte atque singula historicis illustrat exemplis.

Conring. Struvii.

Ingenium ejus & studium Politicum.

§. V. *De Trajano BOCCALINO*, altero illo Symbolicorum atque Hieroglyphicorum Scriptore Excellentissimo, quæ nobis obvenerunt momenta literaria notatu digna, sequentibus includimus Aphorismis, quorum (I.) refert *Characteristicum Ingenii atque studii Politici in Boccalino pigmentum.* Elegans admodum, acre, & ad jocandum cum aliquo maledicto facetum à natura obtinuit ingenium, quod etiam multarum rerum eruditione ac scientia expolivit atque adauxit. At in ea præsertim arte fuit excellens quæ in Rebusp. in civitatibus rectè administrandis tota versatur & in quadam ad Scipionem Card. Burghe-

sium

sium scriptâ epistolâ se Commentarios in Tacitum editurum spondet, quos cum Förstnerianis hoc modo componit *Joh. Henr. Bæclerus p. 78. Musei Argentorati M. DC. LXXII. in 8. editi:* Unum esse Förstnerum, qui super sapientiam experientiamque etiam id genus eruditionis ad Tacitum attulerit quod & decere & valere solùm hic debeat posítque, apparebit iis, qui magni æstimatas & ineditas BOCCALINI in Tacitum curas contendere instituerit cum Förstnerianis. Illæ sanè proficisci videbuntur ab homine acuto & immensum curioso sed per errorem aut abusum judicii nonnunquam ad declinanda elabente, harum auctor recto tramite. gradu inflexo, per vestigia magni cordatique consilii, ad Reipubl. intima quæque grassatur.

(II.) *Novam quidem opinione & solidam sed rei veritate neque novam neque solidam philosophandi Methodum.* Gloriatus est Boccalinus novam se inveniisse viam, quam Philosophiæ capidi sequantur, non salebrosam, scrupulosam & sentibus obsitam, ut antea, sed placidam, voluptuosam, amœnam, floribus herbisque depictam, vel potius Philosophicarum se rerum acorem, insuavem ac molestum lepidis ac prædulcibus inventis, tanquam saccharo condiisse, ac bolum conflasse dulcem simulque acidum, qui satietati fastidioque medeatur, ac gastatui præter modum jucundus, impura & immunda secernat ac depellat. Sed revera homo inflatus ac tumidus, hac in re Nova Philosophandi methodus.

plus aliquanto sibi tribuit, quam veritas & ratio patiatur. Nam aliquanto ante Nicolaus Francus, homo natura maledicus, & Caporalis Poeta facetus, hanc primum philosophandi viam aperuerunt. Sed Boccalinus omissis cæteris, hanc unam persecutus est ac novam in Parnasi vertice civitatem instituit, cui præesset Apollo, Poetarum DEUS, apud quem judicem, tum literati omnes de suo inter se jure contenderent, tum de Principum ac privatorum negotiis referretur; cujus ad arbitrium judiciumque summam omnium rerum rediisse narrabat; quorum ille hominum res gestas vel laudibus efferebat vel infamia notabat prout laude vel vituperio digna viderentur; quæ res à famosis libellis non ita longo intervallo disjungitur. Atque acta ibi omnia ibidem perlata tanquam divulganda curabat. Quæ scribendi ratio adeò illi elegans, adeo expetenda visa est, ut ad eam, si Diis placet, amplectendam quicunque ingenio & eruditione præstent, hortetur. Sed nemini id sane persuadebit nisi cui vel scapulæ pruriant vel quos vivendi fastidium vel satietas capiat. Namque nimia hæc in Principes Viros, qui propter imperium metui expetunt, atque in privatos honestos viros invehendi licentia, denique vel in nervum vel in crucem erumpit. Malumus autem tutam insciti am quam periculosam doctrinam.

(III.)

Digitized by Google

(III.) *Infelicem ob temerariam levitatem & levissimam temeritatem Vitæ exitum.* Librum scripsit in quem omnia in monte Parnasso acta, ac Romam perlata, referuntur, nempe sententiæ ab Apolline, Poetarum ac literatorum Principe latæ, decreta interposita, præmia Viris benè de Republ. meritis decreta, pœnæ in improbos constitutæ aliaque varii generis multa, quibus vitia designabantur, quorum invidia tum civitas flagrabat; iniqua judicia, quibus insontes circumveniebantur, aperiri conflabat; supplicia, quibus hominum fraus & improbitas ad perniciem, virtus verò ac probitas ad laudem & præmia, vocanda essent, ostendebatur; denique multorum contumacia, superbia, avaritia, luxuria, atque alii pessimi mores in odium contemtionemque adducebantur. Sed eatenus hæc ejus in notandis animadvertendisq; hominum moribus libertas ferri tolerarique potuit, quod ille in iis tectè ac leviter sub illis ambagib9 perstringendis sese continuit, neque certorum hominum conditionem & statum expresit: Verum, ubi acumen styli, ad verberandam violandamque Regum maximorum Majestatem, apertè convertit, dignus visus est habitus, cujus audacia atque temeritas gravibus pœnis coerceretur. Scripserat enim librum cui *Lydii Lapidis* nomen indiderat, ubi conabatur ostendere, Regis tum omnium Maximi & potentissimi opes ac vires non esse ita magnas, ut hominum ferret opinio, sed facile deleri posse, si quis alius Infelix Vitæ ejus exitus.

Rex ad eas infringendas ac labefactandas accederet, & simul rationem, quamobrem id fieri posset, aperiebat. Itaque die quodam Venetiis, ubi se maximè tutum fore sperabat, à quatuor vel sex militibus, ut ajunt, circumventus, ad pulsandos verberandosq; homines validissimis, & adeò ab illis, sacculis arenâ plenis, contusus commitigatusque est, ut ex ea verberatione supremum diem obierit, nec Apollo potuerit, cui summum rerum omnium arbitrium tribuebat, ab eo infortunio incolumem eum præstare, nec perficere quin styli pœnas daret. Ac fortasse eam ab illius capite pestem avertisset si res acta fuisset in monte Parnasso ubi ille regnum obtinere dicitur: Sed quia Venetiis, quo Apollinis Imperii fines non pertinebant, ea ille affectus contumelia fuerat, ideo nullam ab eo opem auxiliumque potuit accipere.

Scriptorum ejus Politicorum æstimium ex judicio Morhofii.

(IV.) *Debitum Relationum ex Parnasso & Lapidis Lydii æstimium.* Summus ille omnium literarum Vates *MORHOFIUS Polyhist. liter. lib. I. cap. IX. p. m. 81. ed. Lubecens. M. DC. XCV. in 4.* de Trajani Boccalini Relationibus hoc aliquos affirmare, *insinuat*, quod sub alius nomine in vulgus exierint ut vel latere potuerint propter periculosam scriptionem vel aliorum judicia securius scrutari. Nam Cardinalem (*inquit*) Cajetanum earum Autorem venditant, qui Trajani Boccalini nomine abusus fuerit, ne sibi fraudi esset, quod scriberet. Testaturque Laurentius Crassus

Elog.

Elog. Hom. literat. part. I. p. 160. librum hunc mortem Boccalino paraviſſe. Refert & Erythræus Pinacoth. III. pag. 131. Joh. Franciſcum Perandam ejus adjutorem fuiſſe, Ac facile apparet e Commentario Boccalini in Tacitum Italicâ linguâ ſcripto, ab ingenio humiliore illum eſſe profectum. *Dominus de Vigneul Marville Melanges & hiſtoire & de literature h. a. Miſcellaneis hiſtoricis & literariis Tom. II. pag. 10. 11. ed. in 8. 1700.* Marvillei. Trajanum Boccalinum verum Autorem lapidis Lydii eſſe *contendit*, eosque errare *monet*, qui Borgeſio & Cajetano Cardinalibus hunc fœtum tribuunt ut illatas ſibi ab Hiſpanis injurias ulciſcerentur. Relationes ejus ex Parnaſſo ad imitationem Luciani ſcriptas eſſe, poſſeque Autorem *Lucianum Italiæ* vocari. Fuiſſe plurimos, qui eum imitari conati ſint, ex quibus proximè ad illum acceſſerit Ferrandus Patavicinus, cujus fata infeliciora exponit. *Hermannus Conringius de Civil. Prud. cap. VII. p. m. 102.* Conringii. Non uno exemplo (*inquit*) licet fidem facere illi quod diximus eos qui Politices ſeſe jactant ſcientiâ, peſſimè interdum rebuspublicis conſulere. De Machiavello certè id notiſſimum eſt. Sed & de Trajano Boccalino, Politico haud vulgari ſanè, ita Nicius Pinacoth. I. pag. 272. Qui ſe aliis Reipubl. benè gerendæ Ducem & Magiſtrum profitetur ac præſtat, in iis oppidis quorum illi adminiſtratio commiſſa fuerat, regendis, ſuis ipſe præceptis non paruit, ſed multa, ut ajunt, commiſit, quæ ab illorum

Struvii. rum rationibus eſſent aliena. *Burcardus Gotthelff Struvius Biblioth. Philoſoph. cap. VII. §. XVII. p. m. 157.* Majorem prudentiam politicam habere *affirmat* Trajanum Boccalinum Deſiderio Creſcentio in artibus reconditis regendi & dominandi Reſp. Trajecti ad Rhen. 1657. in 12. publicatis. Edidiſſe primum Relationes ex Parnaſſo, Italicè, poſt Gallicè, Latinè, Anglicè, Hiſpanicè, Belgicè & Germanicè verſas, cum appendice *Hieronymi BRIANI* in quibus varia arcanâ Rerumpublicarum detexerit. Adverſarium nactum eſſe, cujus *Ripoſta alla quarta Centuria* extat & quæ huic iterum oppoſita eſt *Replica alla Riſpoſta*. Eundem Boccalinum edidiſſe *Pietra del Paragone Politico* ſeu lapidem Lydium Politicum ſive diſcurſus Politicos de Maximis Monarchiis hujus mundi, ubi potiſſimum ſtatum Hiſpanorum, horumque adfectatam Monarchiam deſcribat. Prodiiſſe poſtea ſub Boccalini nomine varia ſcripta Politica Anonymi cujusdam, quæ tamen non ſemper judicium ejusdem præ ſe ferant.

CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS UNDE.

CIMA.

Genuini ad Politicam Apparatus

recludens

ETHICOS atque PATHETICOS SELECTOS.

§. I.

Scripto. res Ethici & Pathetici.

NOvum ſuccedit Scriptorum Politicorum genus quod de moribus, affectibus & ingeniis hominum dignoſcendis tractat, docetq; qui varii ſint hominum mores affectusque pro diverſitate patriæ, familiæ, profeſſionis, ſtatus, ſexus, ætatis, aliarumque circumſtantiarum; quibus modis uniuscujusq; ingenium ac indoles cognoſci queat. Non tangimus nunc illos, quos eleganti ordine diſpoſitos Maximus recenſet *BOECLERUS in Bibliath. Polit. Contract. vel quisquis ejus Collector ac Editor §. XCVII. ſeqq.* Diligentiſſimus

mus quondam *THURMANNUS in Biblioth. Acad. Hal. Magdeb. 1700. in 4. p. m. 107. 108. & 211.* & Prænobiliſſimus *STRUVIUS in Biblioth. Philoſoph. cap. VI. §. 18. 19. p. m. 121. ſeq. & cap. VII. §. XXIV. p. 168. ſq. XXVI. pag. 174. 175.* Sed ſpeciminis loco ex his omnibus Tres ex omni ætate ſeligimus eosque memorabilibus literariis inſtructos, ſcil. ex antiquiori ætate THEOPHRASTUM, ex recentiori BARCLAJUM & ex recentiſſima THOMASIUM.

Antiquior Theophraſtus.

§. II. Varietatem ingeniorum & adfectuum quæ ex diverſitate Vitiorum & Virtutum provenit egregiè depinxit ex Antiquis THEOPHRASTUS in Imaginibus Morum ſive ſignis & notis morum (ut Seneca appellat) ſive deſcriptionibus morum (ut Cicero vocat) ſive notationibus morum (ut Caſaubonus inſcribit).

Genuinum ejus documentum

De quo notamus: (I.) *Genuinum Theophraſti genuini documentum.* Theophraſtum Ereſium, magnum illum maximi Ariſtotelis diſcipulum, genuinum eſſe Auctorem vere aureoli iſtius libelli, luculenter patet partim *ex veterum teſtimonio*, DIOGENIS LAERTII qui inter Theophraſti librorum indices ἠθικὸς χαρακτῆρας recenſet, SUIDÆ qui pauciſſimos ejus Philoſophi libros commemorat, hujus tamen etiam meminit, & EUSTATHII qui in Rapſodiam Iliadis V. non hoc ſolum docet, ſcriptos eſſe à Theophraſto (ERESIUM ſine dubio intelligit) chara-

&c.

ceres, sed illud etiam manifestò indicat ita planè illos fuisse scriptos ut factum videmus in reliquiis; partim *Codicum monumento*, quorum fidem frustra in dubium vocamus, quippe qui omnes in Theophrasti nomine consentiunt, ERESII scil. non alius, omnibus seculis inauditi, omnibus priscis Scriptoribus illaudati, partim *Theophrasti Ingenio*, quod politissimum fuit & amœnissimum prout argumenta testantur illa, quæ de eo & ex eo apud VeteresScriptores leguntur, tum illud inprimis quod de illo HERMIPPUS ipsius æqualis apud Athenæum recenset libr. I. cap. XVIII. singularem quandam fuisse hominis venustatem & industriam in exprimendis effingendisque hominum moribus, adeò, ut nullum gestum, nullam corporis figuram prætermitteret, cum faceret verba. Itaquè helluonem & gulosum cum aliquando imitaretur exertâ lingua labra circumlinxisse. Partim *stylo harmonico*, quo magno deprehenditur similitudo in paucis libelli characteristici chartis cum reliquis Theophrasti Eresii scriptis in magna præsertim argumentorum dissimilitudine.

(II) *Argumentum libelli, subjectum & proponendi Methodum.* *Argumentum* libelli istius planè Philosophicum est. De moribus enim hominum hic agitur & ad benè honestèque vitam degendam nobis hoc libello præire Theophrastus voluit, quo nihil est φιλοσοφώτερον nihil Philosopho dignius. *Subjectum* est de Moribus quos emendare, unicus est Au- Argumentum libelli ipsius Methodus & Subjectum.

ctori in hoc opere finis propositus: atque hoc saltem illi cum Ethico Philosopho commune est, *tradendi* autem *modus* proprius. Non enim more Philosophorum pertractat hoc subjectum sed novo quodam docendi genere quod descriptione constat eorum, quæ homines aut hac aut illa virtute vitiove præditi facere consueverunt. Id quod magna ex parte fit μιμητικῶς quod Poetarum esse, omnibus constat. Itaque plurima invenias in his brevibus reliquiis, quæ velut tabulæ è naufragio superstites utcunque remanserunt, ex quibus hujus operis cum Poetis, Scenicis maximè & Comicis, quos optimos exprimendorum morum artifices scimus, affinitas percipi queat. Mores hominum ita hic olim erant descripti ut liceret tanquam in speculo hinc virtutis splendorem & pulcherrimam intueri faciem, illinc verò vitiorum turpitudinem & dedecus animadvertere. Nunc melior ejus pars proh dolor! intercidit. Nam & ea pars quæ erat de virtutibus tota hodiè desideratur & illius, quæ de vitiis, quantumcunque est quod ad nos pervenit.

Libelli Theophrastici æstimium.

(III.) *Editionis & imitationis Theophrastici hujus libelli æstimium.* Prodierunt Characteres seu Notationes Morum Theophrasti Græcè & Latinè cum Scholiis Clarissimi *Auberti* Basileæ. 1582. in 8. postea cum versione, Commentario prolixo & Indice locupletissimo *Isaaci Casauboni*, cujus optima editio est ultima quæ Lugduni in Gallia exiit M. DC. XXXVIII.

Casauboni.

XXXVIII. in 8. quippe quæ non solum infinitis in locis ultra præcedentes aucta & locupletata sed & paulò ante Auctoris obitum recognita. Porrò Celeberrimus ille ac de Græcis inprimis literis meritissimus Anglus *Thomas GALE* opusculo huic sæpius excuso ope Galei. MSS. Codicis nonnihil prodesse voluit in Opusculis Methologicis & Ethicis M. DC. LXXI. Cantabrigiæ publicatis, spem suam professus, fore, ut cum in itinere Italico Amplissimus MABILLONIUS MSti alterius Codicis in Abbatia Florentina servati meminerit, Philologus aliquis ad perficiendum hunc libellum operam suam conferat. Tandem in sermonem Gallicum Characteres illos Morales transtulit de la BRUYERE sub titulo: *Les Bruerii. Caracteres de Theophraste, avec les caracteres, où le mœurs de ce siecle, à Paris 1700. in 8. 2. Volum.* Addidit autem Bruyere etiam characteres nostri seculi, quare Anonymus quidam sub titulo: *Sentiments critiques sur les caracteres de Mr. de la Bruyere à Paris 1701. in 12.* ipsum refutavit atque hausisse eum ex Scriptoribus quibusdam haut ita recentibus demonstravit. (*Vid. Eccardus Secretarius Hanoveranus Excerpt. Menstr. Hannov. d. anno 1701. m. Mart. n. IV. p. m. 27.*) Prodiit postea *Suite des Caracteres de Theophraste à Paris 1700. in 12.* quod pro labore de la Bruyere ven- Anonyditavit Bibliopola, compertum verò fuit au- mi. ctorem esse Mr. ALEAUME, Advocatum Rhotomagensem, licet aliqua contineat

quæ adhuc usui esse possint. Addendus *Theophraste moderne à Paris 1700. in 12.* qui characteres continet recentiores, verum quo plerasque ex aliis observantur deprompta. Atque isti quidem omnes Theophrastum fuerunt imitati, cujus in elegantulo libello aut fragmentis potius libelli, quem de morum Characteribus conscriptum reliquit, quod non postremum locum obtinet Caput de *Superstitione* cum difficultatibus nonnullis premi videretur, discursu peculiari ad Amicum Anonymum Gallicè exarato, & Amstel. 1686. in 12. evulgato, illustrare quadantenus sategit *Johannes Rondellus* Trajecti ad Mosam Professor Græcæ linguæ & Collegii Rector. *Conf. Lipsi. Act. Erud. Collect. T. V. 1686. mense Augusti pag. m. 382. seqq.*

Rondelli.

Recentior.

§. III. Inter illos qui ex Recentioribus Nationum diversarum Characteres descripserunt, commendabilem maximè sese reddidit JOHANNES BARCLAJUS felicissimus ingeniorum explorator, de quo sequentia colligimus momenta ex Historia Vitæ ipsius atque Scriptorum literaria, notatu digna:

BARCLAJUS.

Ingenii Philologici Specimen fructuosissimum.

(I.) *Ingenii præstantissimi, mitioribus Musis apti specimen fructuosissimum.* Annum agens decimum septimum BARCLAJUS & in Anglia tum degens de Regis Magnæ Britanniæ JACOBI inauguratione elegantissimum carmen edidit, maximo verborum sententiarumque splendore illuminatum; quod lectum Rex adeò probavit, ut summa ope à Pa-

Parente contenderit filium apud se esse pateretur & manere, quem constituerat opibus & honoribus locupletare atque augere; quem tamen Pater Religionis Pontificiæ tenacissimus, metuens, ne filius, ut sunt adolescentum animi molles & ætate fluxi, dolis caperetur & à religionis suæ cultu abduceretur, in Galliam, in quam religionis conservandæ gratiâ discesserat, reduxit, ut ibidem tantisper cum ipso maneret quoad Romano-Catholica fides altiores in ejus animo radices ageret, quàm ut ulla vi labefactari convellique posset, ut eum postea optimis doctrinis adversus Reformatorum impetus vallatum munitumque ad Regem remitteret, qui collapsæ familiæ Scoticæ decus instauraret ac Majorum suorum loco restitueret. Sed Parens Parisiis, dum secundus aliquis fortunæ flatus ostenderetur quo vela daret, exspectans, ab Andibus optimis conditionibus evocatur, ut in ipsorum Gymnasio primariam Juris Civilis cathedram obtineret, ubi cum jam quinquennium docuisset, est mortuus. Johannes igitur post obitum Parentis, magna spe imbutus, profectus est in Angliam ad Regem, à quo exceptus humanissimè brevique in intimam ipsius familiaritatem perductus, quod jam pridem eam, quam in adolescentulo ingenii virtutisque adspexerat indolem, adamasset, atque ab epistolis & Consiliorum omnium participem habuit.

Munificentisimum patrini beneficium.

(II.) *Munificentisſimum Patrini eminentisſimi & dignitate Maximi beneficium.* Barclajus religionis avitæ conſervandæ ac propagandæ (ut putatur) gratiâ, clandeſtinâ ex Anglia, unàcum uxore & filio fugâ ſe ſurripuit ac Romam venit, ibique novam ex uxore ſua maſculam prolem accepit. Quam cum ſacro Baptiſmatis fonte abluendum curaret, Maphæum Barberinum, Cardinalem, Patrinum, ſeu ut olim loquebantur, Patronum ac Sponſorem adhibuit, quo cum ſimilitudine ſtudiorum ac voluntatum magnus illi amicitiæ uſus conſuetudoque intercedebat; qui deinde ad ſummum Papalis dignitatis locum evectus Urbani VIII. nomine, non modicæ illi utilitati & commodo fuit: Nam & divitias & opes ac gratiam contulit filiumque ejus majorem natu & pingui Sacerdotio locupletavit, & honorario intimi Cubicularii titulo cohoneſtavit.

Furtum florum ex horto ipſius præſtigioſum.

(III.) *Furtum rarioris florum generis ſingulari æſtimatione ab ipſo æſtimati præſtigioſum.* Ædes, dum vixit, mercede habuit conductas, Vaticano proximas, quibus erat hortus adjunctus, quem lectisſimis floribus conſeverat, iis potisſimum, qui non ex ſeminibus vel radicibus ſed ex varii generis bulbis oriuntur. Horum florum cum eſſet ſtudioſisſimus eorumque bulbos ingenti pretio coëmiſſet, accidit, ut nocte quadam ad unum omnes fuerint eruti atque ſubrepti, ab Operaris, ut ipſius opinio ferebat, quas pridie ejus diei, ad eos con-

Digitized by Google

conserendos ipse conduxerat. Neque longius à similitudine veri abibat, illi enim probè noverant, quo unumquemque illorum loco sevissent, & signa ac notas locorum memoriæ mandaverant, quibus cognitis sibi ipsi foderent & id quod vellent, parvulo labore, nullo errore invenirent. Illud quidem admirationem excitavit maximam, quod cum fures illi se per maceriem in hortum demitterent, non fuerint animadversi à duobus molossis, quos ibi in præsidio collocatos habebat; sed creditum dein ab ipsis admiratoribus, fures nocturnos, canibus horti ac florum custodibus, præstigiis atque cantionibus, vocem, ne latratum edere potuerint, eripuisse.

Sepulchrale monumentum.

(IV.) *Sepulchrale monumentum à filio quidem exstructum sed ab uxore ex parte destructum.* Postquam BARCLAJUS lethali morbo correptus, munus illud implevit, quod necesse est omnibus exequi videlicet, mortem obivit atque honesto funere delatus est in templum S. Honuphii, in colle Janiculi, quo sœpe, dum viveret, aëris amœnitatem salubritatemque secutus, se conferebat; hæres sepulchrum illi in æde religiosissima S. Laurentii, via Tiburtina, ad dexteram ostii cœmeterii, è marmore faciendum curavit, eique imaginem Parentis usque ad pectus, item è marmore scitè factam, apposuit. Quod sepulchrum omni ex parte par atque simile erat alteri ad lævam ejusdem ostii quod Cardin. Franciscus Barberinus, Bernardo Guilielmo, Magi-

ſtro ſuo, exſtaverat cum illius imagine usque ad pectus item è marmore. Quod uxor Barclaji, mulier tumido, ut ajebant, animo atque elato, cum vidiſſet, ſtatim Viri ſui imaginem ex ſepulchro illo, quod totum demoliri non poſſet, detrahi juſſit ac domum ſuam afferri; quod acciperet indignè, eum, cui ipſa nupta fuiſſet, generis ſplendore clarum, ſed & ingenii & eruditionis famâ clariorem, cum homine obſcuro ac nullius ferè ingenii, & ut ipſa dicebat, pædagogo, componi.

Memorabilium Barclajanorum ſummarium.

(V.) *Breviſſimum ſed elegantiſſimum Memorabilium Barclajanorum ſummarium.* Omne id de BARCLAJO quod tradi poteſt memoratu dignum, unico Barclaji ad ſimulacrum diſticho verè adpoſito expreſſum eſt ab Hugone Grotio:

Gente Caledonius, Gallus natalibus hìc eſt;
Romam Romano qui docet ore loqui.

In hoc enim verſu familia, ortus & ſcripta ejus, quæ Latina vel potius Romana fuêre, depicta ſunt ſingula, ut pluribus enarrat in Introductione Generali ad Barclaji ſcripta *Ariadnes Buccinator* ſeu *Auguſtus Buchnerus*. Charites ſcil. (ut ſummatim dicamus) in Barclaji Operibus non manus tantùm ſed ſe totas abluêre & veluti Euphrati Edenio ſe prorſus immerſerunt. Gratiarum Mater, Venus ipſa itidem, ut cum originante D. Auguſtino loquar, mariambula eſt. Sorores illic Aoniæ tanquam per Tempe Paradiſiaca aut Parnaſſiaca, non tam

tam spatia florilegiis faciunt ambarvalia quam sesitando mellificiis suis perennatura metantur alvearia. Musæ quippe, vel ipso BARCLAJO Auctore, nusquam se delicatius habent quam quum in Scotos incidêre qualis Barclajus erat. Ad Characterem scriptionis quod attinet ipse quidem semet novi planè scribendi generis Alchymistam & Architectonem ad Ludovicum Franciæ Regem profitetur, neque temerè si *Argenidem* respicias, quâ Res Gallicanas & Statum Galliæ sub fictis nominibus magna cum amœnitate describit, quæque cum Clave & figuris æneis prodiit Francofurti ad Mœn. M. DC. LXXVI. in 8. atque in varias linguas translata; item *SATTRICON* quod sub nomine *EVPHORMIONIS* prostat, in quo stylo Petroniano, omnium Rerumpubl. & Principum Europæ virtutes, vitia & errores perstringit, & cujus optima est editio quæ cum notis variorum & clave prodiit Lugduni Batavorum M. DC. LXXIV. in 8. Accessit pars V. seu *Veritatis Lacrymæ* vel Euphormionis continuatio per ALITOPHILUM seu *Claudium Bartholomæum* MORISETUM, quæ Amstelodami prodiit M. DC. LXIV. in 8.

Scripti Ethici & Pathetici æstimium. Struvii

(VI.) *Laudatissimum Scripti Barclajani de Moribus & Affectibus hominum æstimium.* Modernus ille Polyhistor *STRUVIUS in Biblioth. Philos. cap. VI. §. 20. p. m. 123. æstimium suum & reliquorum Doctissimorum Virorum his prodit verbis:* Gentium diversarum

characteres detexerunt omnes ferè qui Politicum Statum describunt, cum ex iis de ipsa Reipubl. ratione haud incertum fieri possit judicium. Egit illud Sam. Puffendorffius in Introductione sua ad finem cujuslibet Capitis ubi de Statu nationis agit. Separatim Johannes Boëmus mores leges & ritus omnium gentium descripsit, qui tamen perbrevis est, hodiè parum utilis. Præstat longe Johannis Barclaji ICON ANIMORUM Londini M. DC. XXIV. in 8. & cum notis Augusti Buchneri dijecto rerum indice per Joh. Fried. Heckelium Dresdæ M. DC. LXXXI. 8. In Germanicum sermonem transtulit Martinus Opitius sub titulo: Spiegel Menschliches Gemüthes Bremæ. M. DC. LX. in 12. Consentaneum est omninò & Conringii. STRUVIANO · *CONRINGIANUM illud quod legimus in de Prud. Civil. cap. XIV. p. m. 321. 322. his verbis conceptum:* Pertinent & illa scripta quodammodo ad singularium civitatum intellectum, quibus mores & ingenia singularum gentium descripta sunt. Certè nisi ingenio populi cujusque perspecto, plenam civitatis alicujus singularis cognitionem haud acceperis. Præter autem illa quæ Geographicis & Hodœporicis passim libris inspergi solent Veterum quidem nemo hoc argumentum separato scripto tradidit. Etiam nostro ævo hæc cura hactenus ferè ibidem nonnisi illorum Geographorum & Hodœporicorum fuit. Unus quod sciam, JOHANNES BARCLAJUS peculiarem dedit librum, ICO-

ICONEM ANIMORUM dictum, ita sanè elegantem, ut & æmulandi conatus videatur omnibus præreptus.

§. IV. Ex recentissimis Scriptoribus qui doctrinam Ethicam atque Patheticam de moribus & affectibus hominum cognoscendis ac dijudicandis excoluerunt, eminet, *Christianus THOMASIUS* Reg. Maj. Borus. Consil. Juris in Acad. Halensi Prof. Ord. & Academiæ totius Senior, qui scriptum edidit hoc in scribendi genere, cujus titulus: **Wissenschafft das Verborgene des Hertzens anderer Menschen auch wieder ihren Willen aus der täglichen *Conversation* zu erkennen.** Hal. 1691. fol. Id quod melius declaravit adhuc cum ipsi Wilh. Ern. Tentzelius & alii litem de eo moverent, **in weiterer Erläuterung durch unterschiedene Exempel des ohnlängst gethanen Vorschlags wegen der neuen Wissenschafft anderer Menschen Gemüther erkennen zu lernen.** Hal. 1692. in 8. ubi ex variis exemplis pleraque in cognoscendis tribus hominum vitiis, ambitione, voluptate & avaritia, in quantum amori puro obstent, consistere probavit. *Godofredus Zennerus* **im Frühlings-Parnaß oder Abhandelung viertzig *galanten* und gelehrten *Curiosit*äten meist nach ietziger Zeit neuesten Begebenheiten** *an. 1692. n. XXXIX. p. m. 171. de Thomasiano illo scripto ita judicat:* **Die Zeithero dunckele und generaliter gefaßte auch weitläuffti-**

Recentissimus THOMASIUS ex judicio Zenneri.

tige aber doch höchstnöthige Wissenschafft der Menschen Gemüther zu erkundigen/ hat der Herr Thomasius nach seinem scharffen Verstand vollends excoliret auch darinnen viel/ wo nicht das meiste/ erfunden/ ingleichen aus allen andern Scribenten in gute Ordnung gebracht/ und ist zu wünschen daß er diese gute Invention, die er ohne Zweiffel nur ins geheim curieusen und Kunst-begierigen Gemüthern communiciret/ auch der gelahrten Welt mittheilen wolle/ damit er sich dieselbe hoch verbinden wird. Die Dedication ist eine der artigsten Schrifften und leuchtet des Herrn Autoris grosser Verstand aus allen Paragraphen. Hat sich demnach unser Teutschland zu gratuliren/ daß es mit solcher Kunst etwas bekommen/ welches es denen hoffärtigen Frantzosen vorhalten kan/ als die sonst die Teutschen vor albern halten und meinen aller guten Künste Hohe-Schul und Werckstatt sey nirgens als bey ihnen anzutreffen. *Wilhelmus Ernestus Tentzelius in colloqu. Menstr. d. ann. 1692. m. Martii pag. m. 218. sqq. Scriptum illud Thomasianum recensendo censet censendoque recenset & tandem pag. m. 227. recen-*

& Tentzelii.

censum inter alia his verbis obsignat: Es ist remarquable, daß eben hundert Jahr verflossen / da Petrus Pontius die obgedachte Kunst / nemlich die Geschicklichkeit die Affecten der Menschen zu erkennen erfunden / biß zu der Zeit da Herr Thomasius seine notificiret. Wiewohl man die Wahrheit zu sagen / derselben gar nicht bedürffte / wann alle Leute sich beflissen rechtschaffene Christen zu seyn / dann solcher Gestalt würde niemand dissimuliren oder anders reden und anders dencken / sondern Hertz und Mund würden übereinstimmen. Ich scheue mich nicht zu sagen / daß des Pontii Kunst gewisser / geschwinder und nützlicher / folglich auch mit grösseren Vortheil des gemeinen Wesens einzuführen sey als die Seinige. Er mag so fleißig acht haben auff einen dissimulirenden Menschen als er will / so wird er ihn doch nicht auf einmahl auslernen noch seine eigentliche Neigung ohnfehlbahr fassen. Aber wenn ihrer zween heimlich miteinander reden und der dritte kan die Kunst / ihnen die Worte am Maul abzusehen / so wird er ihre Zuneigungen auf einmahl und unfehlbahr weg haben. Solcher gestalt braucht

braucht der Herr Thomasius auch mehr als einen Congress, und muß sich wohl in Acht nehmen/ daß der ander nicht mercke/ wie man auf ihn halte. Mein Künstler hingegen bedarff diß alles nicht/ sondern mag nur die Leute ansehen/ wenn sie heimlich miteinander reden/ der Nutz aber ist desto grösser/ weil ein dissimulirender in lauten Worten sich doch nicht so bloß giebet/ als im heimlichen gegen einen vertrauten Freund.

CLASSIS DUODECIMA,

Genuini ad Politicam Apparatus pandens

JURIDICOS SELECTOS.

§. I.

Scriptores Juris divini.

CUm prudentis sit non solum quid utile rebusque suis proficuum sit, dispicere, sed etiam quid liceat aut non liceat, & ad quæ quis obligetur aut non obligetur, omnino cum Scriptoribus, quos hactenus enumeravimus,

mus, conjungendi erunt Scriptores juris varii, puta Divini, Naturalis, Gentium, Civilis ac Publici. Ac divini quidem juris cognitio, quam fundamentum eſſe omnis prudentiæ etiam civilis nemo forſan denegabit, commodiſſime haurietur è ſacris literis, quarum lectio aſſidua commendanda Politicæ ſtudioſo, Theologorum item Scriptis, imprimis eorum, qui *Theologiam* conſignarunt *MORALEM*, quorum ſtatum & ſelectum numerum exponit incomparabilis noſter *Fechtius in Præfatione ad B. Schomeri Exegeſin in Epiſt. Pauli ad Hebr. Jacob. & Part. prior. Petr. Roſtoch. 1701. in 4. §. XIX. & ſeqq. & Joh. Michael Langius Prof. Altorff. in proœmiali diſſertatione de origine & progreſſu Theologiæ moralis Syſtematici præfixa B. Joh. Conr. Durrii Compendii Theol. Moral. edit. tert. Altorff. 1698. in 4.* cujus ſummam exhibent *Lipſ. Act. Erud. Collect. T. XVIII. 1699. m. Febr. p. 65. & ſequentibus.* Ante omnia verò evolvenda erunt Politices ſtudioſo illorum Theologorum & Politicorum ſcripta, qui jus divinum ex Theologia atque Jurisprudentia orthodoxa illuſtrarunt & cum jure humano præſertim Romano contulerunt, quos intereminent, *Erancisſcus Raguellus* in legibus Politicis ex jurisprudentiæ ſacræ fontibus hauſtis 1577. in 8. Francof. *Joh. Calvinus* in Themide Hebræo-Romana: *Guilielmus Velvodus* in Parallelis Juris divini Judæorum & Juris civilis Romanorum: *Otto Philippus Zepperius* in Collatione Legum Moſaicarum Forenſium

Theologi Moraliſtæ.

Scriptores legales.

&c

& Romanarum, Canonici item Saxonici juris Halæ 1632. in 8. *Henricus Giſſebertus* in Deuteronomio Harmonico: *Petrus Pithœus* in collatione legum Moſaicarum & Romanarum Pariſ. 1573. & Heidelbergæ 1656. & B. Parens *Joſua Arndius* in Manuli Legum Moſaicarum Guſtrovii 1666. in 8. edito & tribus partibus incluſo, quarum *prima* ſiſtit Catalogum Præceptorum Moſaicorum ex diviſione Rabbinorum: *Secunda* Canones propædeuticos generales & partitionem Legum Moſaicarum ex mente Doctorum Chriſtianorum per tres Claſſes principales, Morales, Ceremoniales, Forenſes, quibus deinde ſubjunctæ ſunt mixtæ ex his tribus ad faciliorem diſtinctionem quoad vim obſtrictivam in praxi vitæ & fori Chriſtiani: *Tertia* Collationem legum divinarum Moſis cum Romano & Gentium jure. Manuale ipſum *primo* exhibet facilem ac perſpicuum legum ordinem, quem ſuppeditavit Simon Epiſcopius ex mente Judæorum & Cornelius à Lapide in calce Pentateuchi ex mente Chriſtianorum. *Secundo* parallelas leges vel loca etiam alia & diverſa ad leges reſpicientia, utpote tacitos interpretes ſuperiorum unde egregia paranda Exegeſis. *Tertio* ſenſum literalem ex Avthentico Hebræo expreſſum ad ipſam divini ſenſus ἔμφυζον virtutem potiſſimum directam Joſephi ac Philonis vel aliorum Hebræorum, quotquot ſani & recti judicii occurrerunt, expoſitione nonnunquam in loco illuſtratum, Moralem præſertim in difficilio-

Joſuæ Arndii Manuale Legum Moſaicarum.

Summaria ejus contenta.

ri-

ribus & aliis emphaticis adjunctum, sed pro instituti ratione breviter ac succinctè ita tamen, ut lector ex observatis & allegatis altius meditandi sufficientem habeat copiam atque occasionem. *Quarto* Mysticum sensum intento in fontem digito concisè toties propositum quoties Scriptura præivit; quia certum est & in Ecclesia Christi indubitatum, Filium DEI Salvatorem Mundi Dominum nostrum Jesum Christum esse finem totius legis, quomodocunque consideretur & in quacunque Classe. *Denique* collationem legum divinarum cum jure Gentili & Civili Romanorum, suo cuique præfixo nomine, vindicato.

§. II. Quæ ad jus Naturæ & Gentium pertinent passim quidem à Politicis & Juris Civilis Scriptoribus tractari solent, sed optime omnium petentur ex *Hugonis Grotii Opere de Jure Belli & Pacis* & Celeberrimorum Theologorum, JCtorum, Philosophorum atque Philologorum in illud ipsum opus Commentariis, ordine succincto & debito recensitis à *Burc. Gotth. Struvio in Biblioth. Philosoph. cap. VIII. §. II. III. IV. V. p. m. 187. - 193. & Biblioth. Jurid. cap. III. §. IV. pag. 65. 66. & cap. XII. §. IV. V. pag. 420. 421.* quo cum conf. *Justi Christoph. Boehmer.* Polit. & Eloq. Prof. Ordin. Helmst. *Programma* Disp. XV. Grotianis Respondente perpetuo *Joach. Henr. Walthausen* publicè instituendis præmissum *de præclarissimo Grotii de J. B. & P. opere ejusque Commentatoribus præcipuis* 1703. m. Decembr. 2. plag.

Scriptores Juris Naturæ & Gentium. Grotii Opus de J. B. & Pac.

Biographi Grotiani.

2. plag. in 4. emissum. Magnus enim ille Grotius. (Cujus vitæ Historia, Scripta & Memorabilia legi poterunt in Observationibus Halens. Tom. VII. Observ. XV. p. m. 330. seqq. & Adolphi Clarmundi Vitis Clarissimorum Viror. Part. III. n. XII. pag. m. 104. seqq. qui Biographos alios longo ordine allegat) ex judicio Summi *Puffendorffii in Præfat. ad Lect. System. J. N. & G. primus seculum ad juris naturæ & Gentium disciplinam æstimandam evocavit & ita in eadem versato est, ut circa magnam ipsius partem nil nisi spicilegii laborem cæteris reliquerit.* Egregium verò candoris Argumentum est, quod plus æquo Grotius sibi non tribuat, sed in Prolegomenis operis sui ingenue exponat ipse, quibus auxiliis rem sit aggressus. Ac primo quidem Proleg. §. XXXVIII. se adjutum profitetur diligentia *Alberici Gentilis* ejusque tribus libris de jure belli 1608. antequam decederet inter plurima ingenii monumenta relictis. In quibus licet ordo desiderari solet ac vituperari, quod auctoritates minus idoneas Gentilis adhibuerit, excusari tamen ille optimè potest, quod primus rei imaginem expressérit, quam crassâ licet depictam Minervâ facile fuit Grotio subtiliori penicillo vestire & exornare. Sed & *Balthasarem Hyalam* JCtum Antvverpiensem, qui obiit ann. 1584. scripsitque de jure, officiis bellicis & disciplina militari, evolventem summa juris gentium capita in aliquibus Grotius secutus est; qui porrò §. LIII. seqq. ad *JCtos Romanos* quoque por-

Variis ex subsidiis veterum ac recentiorum sublevatum.

Gentilis.

Hyalæ.

JCtorum Veterum

vo-

vocat, qui sæpè abutuntur appellatione Juris Gentium, & in quibus præferendi veteres recentioribus quibusdam, qui relictis iis, quæ ad J. N. & G. pertinent, maximam partem in forensi Legum Civilium interpretatione occupati fuerunt. Quemadmodum ipse *Andreas Alciatus*, qui superiori seculo juris disciplinam nimiis disputationibus & barbaro dicendi genere involutam pristino restituere nitori ad veros fontes revocare primum omnium est conatus in legibus civilibus explicandis unicè versatur; quo cum à controversiis etiam populorum ac Regum non abstineant duo illi JC. Hispani, *Covarruvias & Vasquius* majorem laudem merentur, celebrati eo nomine à Grotio §. LV. Dehinc *Aristoteles* silentio prætermittendus non est, qui judice eodem Grotio §. XLII. inter Philosophos meritò primum locum tenet, sive tractandi ordinem sive distinguendi acumen sive rationum pondera consideres. Cujus principiis institisse Grotium nemo facile negaverit, ita tamen ut secutus simul fuerit libertatem veterum Christianorum, qui, ut ipse loquitur, in nullius Philosophorum sectam juraverunt. Imprimis autem Librum V. Ethicorum Nicomachicorum, qui agit de Jure, justitia & æquitate, ad operis sui structuram adhibuit, doctissimumque interpretem *Michaelem Ephesium* consuluit, qui ut multa recondita & à nemine accuratè explicata continet, ita quosdam ejus locos latine convertit & longa serie enarravit. Nec minus ex cæteris

& Recentium.

Alciati.

Covarruviæ.

Vasquii.

Philosophorum Antiquorum v. g. Aristotelis.

Mich. Ephesii & Philologorum Antiquorum.

quoque de moribus, libris eorumque interpretibus Euſtratio, Aſpaſio, aliisque vel petiit vel petere certè potuit eximia ad illuſtrandam hanc materiam, id quod de politicis etiam & Rhetoricis Ariſtotelis affirmare licet; Ut proinde ridiculi ſint, qui abjecto & neglecto prorſus Ariſtotele ad cœlum Grotium extollunt cum maximo argumento Grotio fuerit Ariſtoteles. Præterea uſum ſe quoque affirmat §. XL. XLVI. & XLVII. ad juris hujus probationem teſtimoniis *Philoſophorum*, *Hiſtoricorum*, *Poetarum & Oratorum*, ſed non tam ut inde fidem adſtrueret, quam ut illis, quæ dicere voluit, ab ipſorum dictis aliquid accederet ornamenti, quemadmodum ipſe loquitur §. XLII. Neque etiam *Hebræos Scriptores*, eos maximè qui & ſermones & mores patrios habuerunt percognitos Grotius §. XLIX. prætermiſit, quod ejus conſilium SELDENUS laudat, prolixè oſtendens, maximum Rabbinorum hic eſſe poſſe uſum, ſi quis in hoc ſtudiorum genere exercitatus fuerit. Tandem, ut ſcribit §. XLVIII. nititur quoque auctoritate *librorum, quos à DEO afflati homines aut ſcripſerunt aut probarunt.* Utinam verò illis libris ita fuiſſet uſus, ut non opus eſſet deplorare ejus Theologiam, quæ paſſim à receptis orthodoxæ Eccleſiæ ſententiis diverſus abit. Novi quippe dogmatis habendus eſt autor, cum ex Arminianiſmo, Socinianiſmo, Arianiſmo & Judaiſmo multorum eorum farraginem conſervet, ut ex variis lacunis peſſima quæque col-

Hebræorum Scriptorum & denique Scripturæ Sacræ.

li-

Digitized by Google

ligendo peculiarem voluisse sectam exstruere videri queat; quo de Syncretismo *B. Calovius in Considerat. Arminianismi itemque in observat. ad Præf. Grotii in V. T. & Joh. Ad. Osiander in Animadvers. ad H. Grotii libros de J. B. ac. P.* conferri merentur. Aliàs de præsenti Grotii Opere memorat *Dn. Christophorus ARNOLDUS in pag. 470. Epistol. Richteri* hoc non omnibus notum: *Ubi per dies aliquot Amstelodami me sustinuissem, Dn. Adolphus Vischerus, in Ecclesia nostra apud Amstelodamenses summo propter eruditionem facundiamque Belgicam honore & nomine comitem se mihi dedit meque Harlemum deduxit; Inde is abiturus, Viri Illustris Dn. Theod. Grasvinckelii (nam fausto omine eadem vehebamus tractoria) fidei me commisit; ac totius Belgii Fœderati ceu vocant, Fiscalem hunc esse, quem Hugo Grotius in intimis suis habuerit semper clam in aurem insusurravit: cujus singularem amicitiam ipse tandem Grasvvinckelius & in mensa & in essedo liberè prædicavit, id fassus apud me insuper aureos illos, de jure Belli ac Pacis commentarios, in Bibliotheca sua ex ore dictantis Grotii se excepisse eosque in ordinem demum redegisse.* Quæ nos quidem suo loco relinquimus. Constat de cætero ex Elencho librorum prohibitorum apud Franciscum Magdalenum, opus Grotianum quod de Jure belli ac pacis inscripsit ac divulgavit, à sacra Indicis Expurgatorii congregatione interdictum

à Grasvvinckelio in ordinem redactum.

In Indicem expurgatorium relatum.

fuisse facto decreto Romæ IV. Februarii cIↃ. IↃC. XXVII. *Conf. judicia de Grotiano illo opere selecta in Ad. Clarmundi Vit. Clar. Vir. Part. III. pag. 117. seqq.*

Scriptores Juris Civilis.

§. III. Jus Civile sive Romanum privatum etsi ad prudentiam politicam propriè non multum conducit & ut rectè ajebat Cicero, viam non munit ad Consulatum, tamen à Politico planè ignorari non debet, tum quod turpe est ei ignorare jus civitatis, in qua versatur; tum quod subindè in Reipubl. negotiis occurant, quæ ex eo si non stabiliri, saltem illustrari queant. In Germania versaturo ea cognitio omnino necessaria est ob ingentem ejus in nostro imperio auctoritatem. Quinam autem ex Scriptoribus Juris civilis s. privati tàm compendiariis quam systematicis Juris atque Politicæ studioso sufficiunt, accurato ordine & debito cum judicio edocet, rerum omnium pe-

Compendiarii Selecti Struvius.

nè scientissimus Vir, *Burcardus Gotth. STRUVIUS in Biblioth. Juris selecta cap. IV. §. IV. V. pag. 211. seqq. 219.* Ubi relegendi. Commendanda præ cæteris ex Compendiariis Juris Civilis monumentis, Illustris Viri, *Georgii Adami Struvii Jurisprudentia Romano-Germanica forensis*, ad usum fori, Saxonici præsertim, accommodata, quam per additiones suas supplere adgressus fuit Luderus Menckenius JCtus Lipsiensis, ut eo melius introduceret in Pandectas: item Jurisprudentia seu Compendium Jurium in terris Saxonicis vigentium, germanico Idiomate consignatum & Martisburgi in 8 1689. publicatum sub Titulo: **George**

ge Adam Struvens / Vornehmen *JCti, Juris-rudenz* oder Verfaſſung der Land-üblichen Rechte / qua eadem methodus, quæ in Latino illo opuſculo obſervata fuit, utpote cujus, facilitate nimirum ſua dudum ſe commendantis ductum adeò ſequi placuit, ut non modò libri ſed & tituli & tantum non paragraphi ut plurimum utrinque correſpondeant; niſi quod alicubi majoris evidentiæ gratiâ duos titulos in unum contrahere, aliquando viciſſim unum in plures dividere viſum fuerit. Allegata verò in univerſum omnia ſunt omiſſa, perinde ac alia, quæ lectorem Latini ſermonis ignarum turbare potius quam juvare potuiſſent. Melius tamen ab inſtitutis aditus paratur ad Pandectas per Struvianam illam Jurisprudentiam ſi addantur *ULRICI HUBERI* Huberus. *poſitiones juris contractæ ſecundum inſtitutiones & Pandectas ad primordia diſciplinæ uſumque ſeculi attemperatæ Franeckeræ 1682. in 8 & cum Scholiis Chriſtiani Thomaſii Lipſ. 1685. in 8.* qui liber egregius eſt ad Jus Juſtinianeum uſumque modernum, quem addidit Thomaſius, optime introducens. *Ulricus* ſcil. *Huberus* conſummatiſſimi judicii Juris Conſultus & orbi erudito ex variigeneris ingenioſiſſimis ſcriptis notiſſimus, (cujus vitam & ſcripta ex Biographi ejus. Campegii Vitringæ SS. Theol. & Hiſtor. Prof. Publ. Franequ. doctiſſimâ oratione funebri operi poſthumo Huberi, Eunomiæ Romanæ, adjunctâ ſummatim propoſuerunt Lipſienſ. Act. Erud. Collecta. Tom. XIX. 1700. m. April.

p. m. 169. & Eccardus Secretarius Hannoveranus Excerpt. Menstr. d. ann. 1700. m. Jun. n. IX. p. m. 315. seqq.) adolescens adhuc, ut ipse de se fatetur, è subsellijs discentium in Doctorum Cathedram publica auctoritate productus est, ac postquam per duos & viginti annos Academicam doctrinam publicè professus fuisset, locum in supremo Frisiorum senatu accepit, ibique lectiones suas familiares ad libros Justiniani Institutionem & Pandectarum jam pridem in gratiam Auditorum suorum ære Typographico excusas, recensere & emendare instituit, ut univetsam Jurisprudentiam moribus seculi adtemperatam compendio repræsentarent. Post quam verò triennium in suprema Curia peregisset, amore erga studiosam juventutem commotus, raro exemplo, dimissionem ab Ordinibus impetravit & in Academiam se recipiens, Positiones hasce iterum edi curavit argumentum præbiturus futuris Collegiis. Jusserunt enim eum Ordines, ut post missionem in Civitate Franequerana domicilium suum constitueret, cum titulo Ex-Senatoris à publicis lectionum exercitiis liber honoris causa ageret accepto annuo bis mille Carolinorum stipendio & primo in Senatu à Rectore loco, denique scriptis suis jus civile, Jus publicum atque Frisiorum illustraret. Quid autem per has positiones intenderit Celeberrimus Autor & ipse prolixe exposuit in *Auspiciis Domesticis* Oratione I. II. IV. & IX. & ex anteà dictis patere potest. Idem *HUBERUS* est, qui ex

Compendium de Jure Juris Civilis quale &

Sy-

Systematicis Juris Civilis Scriptoribus præ cæteris venit commendandus *in Prælectionibus ad jus Romanum & hodiernum*, quoad partem I. 1687. in 4. Part. II. 1689. & Part. III. 1690. Franequeræ evulgatis & recensitis ab Act. Erud. Collect. Lipsi. T. VII. 1688. m. Sept. p. m. 464. T. VIII. 1689. m. Jun. p. m. 302. seqq. & Tom. IX. 1690. m. Octobr. p. 507. seqq. Videlicet ita semper faciendum putavit Autor in instruenda juventute legum cupida solertissimus, non ut totum jus secundum seriem pandectarum uno contextu tractaret; Sed potius ut ex institutionibus & Pandectis unum & æquabile corpus fundamentorum juris constrüeret, adeoque in expositione Pandectarum nihil repeteret eorum, quæ ad institutiones dicta essent. Tali verò Methodo conceptuum Jurisprudentiæ Systema, cum haud facile suppeteret, ipse ante hac suis ejusmodi quid in calamum dictavit, quas dein Lectiones ab Auditoribus exceptas, mendis nempe scatentes & operosè describendas, ære Typographico, ut eorum operas levaret, excudendas dedit, utut primo sine suo nomine cum tumultuarium opus id mereri haud videretur. Postmodo cum Auditores hoc ipsius præscripto uti cœpissent, illo videlic. brevi & concisо, necessarium duxit aliquid ipsis submini strare, quo priora enucleata plenius exponerentur, unde præsens tandem liber enatus: cujus præcipuus scopus est, ut jus Romanum breviter & perspicue enarretur factâ quandoque digressiunculâ in nobiliores con-

Systematici Selecti. Hüberus.

Systema ejus Juris Civilis quale?

troversias monitisque lectoribus, quid universali consuetudine vel moribus Frisiæ obtineat; aliarum enim gentium ratius meminit quod eam rem nimii & infiniti penè laboris judicaret. Operam porro dedit ut Jurisprudentiam his ex propriis maximè fundamentis illustraret, nec adeò ex aliis disciplinis huc conveheret, nisi quæ ad artis intellectum delibatu necessaria erant; reliquis quæstionibus philologicis Observationibus humanioribus *ad Digressiones Justinianeas* Franequeræ 1688. in 4. publicatas, amandatis, ubi seorsim eas pertractare satius habuit. Faciunt igitur Prælectiones illæ Huberianæ ad solidam juris Romani rationem ejusdemque cum usu forensi collationem, singulares etiam casuum decisiones continent. Conferendum est cum iis receptum in Academiis plerisque *SYNTAGMA STRUVIANUM*, quod perpetuis postea remissionibus cum Joachimi Schnobelii disputationibus ad Pandectas contulit *Adrianus Beyerus in Harmonia Struviano-Schnobeliana* Jenæ 1674. in 4. evulgatâ, item *collegium Wilh. Adami Lauterbachii ad Pandectas Theoretico Practicum*, quod Tubingæ 1690. in 4. prodiit & ob decisiones variorum casuum singularium suam laudem meretur, ex quo compendium juris ad Pandectarum libros a Consultissimo Schützio extractum, ad quod *illustris Struckii* habemus *adnotationes succinctas* anno 1701. in 4. Lipsi. quæ Lauterbachium admodum faciunt perspicuum: item *Alexandri Arnoldi Pagenstecheri* si-

Struvius.

Lauterbachius.

ficilimentorum ad Compendium Lauterbachianum manipuli tres Coloniæ 1694. & 1696. in 8. & novissimè *Gottlieb Gerhardi Titii observationum rationantium in Compendium juris Lauterbachianum Centuriæ quinque* Lipsiæ 1703. in 8. in quibus vulgaria præjudicia evellere conatur. *Vid. Lipsii Act. Erudit. Collect. T. IX. d. ann. 1690. m. Julii pag. 366. seqq. Tom. XVI. 1697. m. Decembr. p. 552. seqq. T. XXII. 1703. mense Novembr. p. 499.* Habebimus & nundinis Lipsiensium proximis Perillustris atque Excellentissimi, *JOHANNIS KLEINII*, Serenissimi ac Potentissimi Mecklenburgensium Ducis Regentis; Consiliarii intimi longè eminentissimi, *SPECIMEN ANNOTATIONUM AD COMPENDIUM LAUTERBACHIANUM*, Commentariorum, quotquot hactenus ad Lauterbachium prodierunt, & amplissimum & omninò consummatissimum.

§. IV. Publici juris cognitio vel ideò necessaria est Politico, quòd ab eo præcipua momenta plerumque negotiorum civilium pendeant. Non solum autem ejus Imperii in quo vivimus, sed etiam vicinorum & quibus cum notis multum negotii intercedit, cognoscendum jus publicum est; idque tùm è libellis ea de re editis & cujusque Imperii statutis ac legibus fundamentalibus tùm ex variis actis publicis, instrumentis & hujusmodi scriptis aliis, quæ nervoso cum judicio & ordine selecto recenset *Burcardus Gotthelff Struvius in Bi-* Scriptores Juris publici.

bliotheca juris selecta cap. XI. tot. quod inscribitur *Bibliotheca juris publici* pag. 331. seqq. unde repetenda. Nobis hic sufficere & potest & pro ratione scopi ac Methodi debet, insinuasse Compendiarios quosdam juris publici & Systematicos Scriptores eosque selectissimos. Inter optima scilicet & usitatiora Compendia referuntur hodie *PHILIPPI REINHARDI VITRIARII*, JCti & Antecessoris Lugd. Batav. Prænobilissimi, *Institutiones Juris publici*, quæ invito primum atque inscio Auctore sub nomine *Nicolai Danckvverthii* prodierunt Spiræ 1683. in 8. postea ab ipso Auctore recusæ & editæ Lugd. Batav. 1686. in 12. Istæ quidem breves sunt, sed admodum accuratæ & vel hoc nomine, à Viris, sine controversia doctissimis atque in hoc literarum genere illustre nomen imprimis consecutis, *Mauritio* nempe & *Kulpisio* irrefragabili testimonio comprobatæ. Alii ipso facto quantopere accurata illorum præstantia sibi placuerit, demonstravere, dum in usum docendæ ac discendæ jurisprudentiæ publicæ eas adhibuerunt. Nemo autem enixius impensiusque eosdem dilegisse videtur doctissimo *Joh. Fried. Pfeiffingero* Prof. Publ. in Equest. Acad. Luneb. Hinc non tantum anno ætatis suæ decimo nono, ceu in præfatione ad Lectorem ipse testatur, eas notis non proletariis illustravit illustratasque deinde an. 1690. Friburgi in 8. typis edendas curavit, sed & editione secunda Gothana 1698. & 1699. in 4 uti affectum ita et-

Compendiarii selecti. Vitrarius.

Compendium ejus Juris publici quale?

etiam laborem auxit, ac perpetuis iisque sæpe prolixioribus annotationibus illarum dogmata diduxit ex tabulis aliisque monumentis publicis desumtis, quibus varias controversias inter status imperii nostri Romano-Germanici obortas ex ipsis fontibus decidit; denique opusculo absoluto consignationem de Scriptoribus Juris publici præcipuis, quæ in Institutionibus Vitriarianis aliis etiam exstat, subjecit, & Josephi moderni Romanorum Regis Capitulationem ac instrumentum pacis Ryswicensis nec non Tabulas Genealogicas præcipuorum statuum quadraginta capitibus comprehensas addidit. Conjungenda sunt cum Institutionibus Vitriarianis, fundamenta juris publici, *Henrici Cocceji*, Regiæ Majest. Borussi. Et Cocceji. Consiliarii intimi & Facult. Jurid. Ord. & Prof. Primar. Francof. M. DC. XCV. in 8. Francof. ad Viadrum orbi erudito exposita inscriptaque; *Juris Publici prudentia compendiosè exhibita*. Quæ quamvis non omnia, quæ ad jus publicum faciunt, exhaurant, præcipuas tamen quæstiones secundum originem suam ex ipsis fontibus deducunt, & multa hinc inde spirant singularia, quæ apud alios Juris publici scriptores frustra quæsiveris. Qualia e.g. sunt de Germaniæ Regno olim in sex magnas provincias, quæ deinde totidem imperii circulorum causa fuerit, distincto c. II. & IV. De Forma Imperii c. VII. parte Germaniæ mediata & immediata harumque antiquo regimine c. IX. summis ejusdem officiis c. XI. XII. XIII. Vicariatu & Pa-

Compendium ejus Juris publici quale?

la-

latinatu vario c. XVI. ortu ac diſcrimine Civitatum Imperialium cap XVII. de Comitibus ac Civitatibus Imperialibus populum, Prælatis verò minoribus Clerum in Comitiis repræſentantibus ideòque etiam curiatim vota ferentibus cap. XX. Teſtamentis ac tutela Electorali. Cap. XXIX. & quæ occurrunt ejus commatis alia longè plura, quæ lectori & delectationem & ad ſingula diligentius evolvenda ac inveſtiganda occaſionem afferent. Inter Syſtematicos Juris publici Scriptores poſt *Dominicum ARUMÆUM* (qui in artis formam jus publicum redegit & in quinque voluminibus *de jure publico Imperii* & ſuos & aliorum labores congeſſit Jenæ 1620. in 4. editis, quæ nihil aliud ſunt quam diſſertationes in omnes juris materias ſuo ordine diſpoſitæ, non parem ubique induſtriam & ἀκρίβειαν ferentes, quia à Reſpondentibus elaboratæ) eminet; (I) *Johannes LIMNÆUS* J. U. Doctor, Alberti Marchionis Brandenburgici Conſiliarius intimus & Camerarius Anſpachienſis, *qui novem libros de jure Imperii Romano Germanici* ſcripſit 1629. in 4. quibus deinde duos Additionum tomos ſubjecit, ut ſuppleret quæ in prioribus omiſſa. Tertium additionum Tomum adjecit *Ahaſverus Fritſchius* Noribergæ 1680. in 4. editum ex recentioribus potiſſimum actis, quibus etiam adnotationes ad inſtrumentum pacis addidit. Edidit eadem Limnæi opera cum novis additionibus *Johannes Schilterus* Argentorati. Multâ experientia & φιλο-

Syſtematici Selecti.

Arumæus.

Limnæus

Syſtema ejus Juris publici quale?

πό-

πολία præstans auctor est. Insignis ejus laus ad libertatem scribendi pertinet. Neminem enim timuit quia cælibem vitam egit. Notamenta in Capitulationes Imperatorum varias edidit, de quibus actum est, ut prohiberentur. Verum intercessit Principis, cui ministrabat, auctoritas. Hoc ei deest, quod interioris luce destituatur Philosophiæ & nonnunquam exinde fallatur. Fovit Albercatum Italum, qui Bodinum sugillavit ob distinctionem inter formam & statum. Industriâ, diligentiâ & notitiâ rerum incomparabilis, quæ tamen posteriobus in Tomis magis patent quàm in prioribus. Laborem enim si inspicimus, multa congessit, pauca digessit, sœpè etiam aliena & extera intermiscens. Alias jura statuum plenius adstruit & utilis ad locorum communium instar esse poterit.

(II.) *Justus SIKOLTUS* vulgò dictus *Schützius*, J. U. D. ejusdemque in Academia Marpurgensi Professor, Consiliarius Principis Hassiæ intimus, posteà Dicasterii provincialis simul & Academiæ Giessensis Cancellarius, qui *Collegium edidit Juris Publici de statu rei Romanæ* ex variis dissertationibus ipso Præside ventilatis compositum, cujus auctior atque emendatior editio per Carolum Scharschmidium edita Francof. 1682. in 4. Et quamvis ob auctorum diversitatem imparem animadvertere liceat industriam, multa tamen ex propria experientia & rerum gestarum praxi annotavit Schützius.

Schützius. Systema ejus Juris publici quale?

(III.)

Textor. (III.) *Johannes Wolffgangus Textor*, JCtus liberæ Imper. Reipubl. Francofurt. ad Mœn. Syndicus primarius, qui orbi literario exhibiturus Jus publicum Systematico scribendi genere consignatum, cujus prima pars inscribitur: *Jus publicum Cæsareum* sive *Sacræ Cæs. Maj. Jus supremum ex monumentis legum, Constitutionum Imperii, Capitulationum Cæsarearum & Historiarum publicis ac fide dignis generaliter atque per species assertum atque declaratum 1697. in 4. Francof. ad Mœn.* In Præfatione disseritur de difficultate Tractationis ac quomodo scopulos hic evitare liceat, docetur. Tractatus ipse quindecim constat titulis, quorum *primo, secundo & tertio* Philosophiam Juris publici prælimiarem pertractat; *Quarto* principale argumentum scil. Imperatorem conspiciendum exhibet; *Quinto* splendidum Regis Romani argumentum attingit; *Sexto* Electionem Imperatori & Regi Romano communem explicat; *Septimo* Capitulationis indolem diligenti communicatione persequitur; *Octavo* Electionis consummationem scil. Coronationem examinat; *Nono* de juribus Cæsareis quæ reservata dici solent, generatim agit; *Decimo* Regalia Cæsarea adducit & exponit; *Undecimo* de Cæsaris reservatis circa Ecclesiastica informat; *Duodecimo* de Reservatis secularibus; *Decimo tertio* Modos quibus Imperium in Cæsare finiatur usitatâ commentatione illustrat; *Decimo quarto* Jura Augustæ Imperatricis & Reginæ Romanæ discutit;

Systema ejus Juris Publici quale? Quoad primam partem.

De-

Decimo quinto & ultimo Vicariorum originem & conditionem secundum consuetà capita prolixè expendit. Pars secunda inscribitur *Jus publicum statuum Imperii sive R. R. I. Electorum, Principum Procerum & Civitatum Jus eminentius ac sublime ex legibus Imperiique constitutionibus tùm consuetudinibus, privilegiis & probatis historiis generaliter & per universas species deductum atque explicatum 1701. in 4. Tubingæ & Francof.* Quoad secundam partem. Hæc altera pars pariter quindecim constat titulis. In *primo* sollicitus est auctor de nomine, definitione & requisitis status Imperii; In *secundo* Jus territoriale aggreditur ejusque tum indolem tum originem explicat; *Tertius* titulus juribus Diœcesaneis & Ecclesiasticis Territoriorum destinatus est; *Quartus* jura Territoriorum secularia sistit; *Quintus* Jura privilegiata commemorat; In *sexto* de Electoribus eorumque juribus & prærogativis in genere agit; In *septimo* additur tractatio specialis de Electoribus Ecclesiasticis eorumque officiis ac juribus; Titulus *octavus* in percensendis secularibus Electoribus eorumque officiis & juribus occupatur: Ad Titulum *nonum* refert auctor jura principum; Titulo *decimo* principes Imperii Ecclesiasticos considerat; *Undecimo* in recensendis Principibus Imperii secularibus operosus est; *Duodecimo* Abbatum & Abbatissarum Originem antiquam & novam conditionem ac jura persequitur; *Decimo tertio* Comites & Barones exhibet; *Decimi quarti* argumentum sunt Civi-

tas-

tates imperiales; *Decimum quintum* & *ultimum* Titulum occupat Nobilitas imperii immediata. Tertiam partem, quæ *Jus Comitiale* exhibeat, adeòque non tantum formam Comitialium deliberationum, ſed & objecta maximè, publica ſcil. negotia & imprimis leges, quam tàm religionem quam ſtatum Politicum putà pacem publicam, rem militarem, monetariam, ſumtuariam ac forenſes diſceptationes ſimiliaque concernant, adæquata & juſta explicatione perſequatur, molitur. Jam cœptum eſſe illud opus, ac portionem quandam abſolutam, in præf. ad Lectorem Partis ſecundæ profitetur; ejus tamen aliquando complendi ſpem facere non ſuſtinet, cum experientia doceat, ſtudia de Republ. vix quicquam gratiæ promereri, ambitionemque ac intereſſe privatum omnia fere occupaſſe, præterea que ſeni multa functionis accedant impedimenta.

Quoad Partem tertiam.

CLAS-

CLASSIS DECIMA TERTIA.

Genuini ad Politicam Apparatus adornans

GEOGRAPHICO - POLITICOS SELECTOS.

§. 1.

INter illa ſtudia, quæ Politico-Pragmatico non tam neceſſaria quam utilia ſive ſemper ſive plerumque ſive interdum pro more & inſtituto gentium, accuratiores Methodologici atque Iſagogici reponunt etiam Geographica quia ſummo utile eſt Politico noſſe non hiſtoriam ſolùm ſed & ſtatum præcipuarum ſui temporis Rerumpublicarum quantumvis cum iis ſine Reipubl. nihil ſit commercii. Apprime certe horum cognitio in vita civili conducit, ad dignitatem & exiſtimationem Pragmatico-Politico conciliandam ſumme etiam neceſſaria. Quinam autem optimi parandi

Geographico-Politici Scriptores.

sint in hoc studiorum Genere Doctores atque Ductores concise atque egregie ostenderunt *Joh. Henr. Fœclerus Bibl. Polit. Contract. vel quisquis ejus Collector & editor §. 73. seqq. & Burc. Gotth. Struvius Bibliotth. Philos. cap. VII. §. XIII. XIV. XV. p. m. 151. seqq. & XVIII. pag. 158. seqq. & Biblioth. Histor. Cap. XXXI §. I. p. 766. seqq.* unde repetendi atque data occasione relegendi. Nos saltem pro triplici Geographorum Politicorum ratione triplicem adornamus selectum præsenti nostro instituto atque scopo convenientem. Sunt enim inter Geographos Politicos alii, qui fictis & tectis nominibus atque ominibus descripserunt Rerumpubl. statum Geographico-Politicum, alii, qui veris & apertis; alii qui veteres & hodiernas Respublicas invicem compararunt atque paraleliſmos inter easdem instituerunt.

Triplicis generis.

Fictitü Geographo-Politici quales? Thomas Morus Biographi ejus

§. II. Inter illos qui fictis tectisque nominibus ac ominibus Rerumpublicarum debitum ac felicem depinxêre statum, eminent (1.) *Thomas Morus*, Illustrissimus quondam Angliæ Cancellarius & sapientissimus Vir (Cujus vitam, scripta & memorabilia contraxit Adolphus Clarmundus in Vitis Clarisſ, in re literaria Virorum Part. III. n. IV. p. 32. seqq. allegatis fontibus, quibus adde Ant. Mariam Gratianum de Casibus Viror. Illustr. p. 193. seqq. M. Weisium disp. de Fatis Erud. in aula cap. II. Sect. II. § IV. Erasmi Franciſci Part. I. hohen Trauer-Saals num. XI. SOLDAN Königliche Crone pag. 2. Des Königreichs Davids p. 190.

190. in fin. Reinkingium in Bibl. Politicâ Lib. 2. axiom. 62. in fin.) in *Utopiæ Libris duobus*, cum cæteris ejusdem lucubrationibus in folio Francofurti 1689. conjunctim editis & seorsim Basileæ à Simone Episcopio in 8. 1563. quibus præfixa est Erasmi Roterodami & Guilielmi Budæi ad Thomam Lupsetum epistola qua de hac Utopia accuratissimè judicat. *ERASMUS in Epistola sua testatur*: Utopiam hoc consilio edidisse Thomam Morum, ut indicaret, quibus rebus fiat, ut minus commodè habeant Respublicæ, sed Britannicam potissimum effinxisse quam habuerit penitus perspectam & cognitam. Secundum librum prius scripsisse per otium mox per occasionem primum adjecisse ex tempore. Atque hinc nonnullam deprehendi dictionis inæqualitatem. *Budæus in epistola sua, inter alia scribit*, Thomam Morum beatæ vitæ exemplar ac vivendi præscriptum promulgasse Utopiâ insulâ ab Hythlodæo, ut ipse tradat, inventâ, cui omnia ferat accepta, quippe qui Utopianis civitatem architectatus sit ritusque illis & instituta condiderit, i. e. beatæ vitæ argumentum nobis importavit: Morum certè insulam & sancta instituta stylo rationeque illustrasse ac civitatem ipsam Hagnopolitanorum ad normam regulamque expoliviſſe, omniaque illa addidisse, unde operi magnifico decor venustasque accedat & auctoritas, etiamsi in ea opera narranda sibi tantum partes structoris vendicaverit, Religioni, ducens majores sibi partes in eo

Utopia ejus.

Judicium de ea ERASMI.

Budæi.

opere ſumere ne Hythlodæus jure queri poſſet gloriam ſibi à Moro præreptam præfloratamque relinqui ſi quando ſuos ipſe labores literis mandare conſtituiſſet. *Gerh. Joh. Voſs. in Epiſtola Critica de Mori Utopia ad Samuelem Sorberium in Epiſtol. Eccleſ. Præſtantium Virorum ed. in 8. maj. 1690. Amſtel. pag. 770.* Judicabis forſan (*inquit*) ſubinde quædam in Thomæ Mori Utopia feliciter minus compoſita videri. Non diffiteor, ſed nos non poſſumus præſtare culpam Mori. Sanè ne ipſa quidem vox Utopiæ ſatis commode conficta. De quo ſi ambigis, ſponſorem pro me dabo ſummum Virum Ironem Villiomarum Aremoricum h. e. Joſephum Scaligerum animadverſ. in controverſos Titii locos Lib. X. Cap. IX. ubi ſic ſcribit: Verbum Utopia, quanquam ab ornato & docto Viro Anglo confictum, tamen Græcum non eſt. Et qui Utopiam Græcum putant, ii, quid ſit Græca componere neſciunt. Ac memini idem à me dictum olim in IV. Oratoriarum partitionum cap. I. *Gabriel Naudæus in Bibliographia Politica p. 24. edit Grot. in 12. pag. 68. ed. Conring. in 4. & p. 517. part. I. Method. Gren.* Primum qui imaginariæ Reipublicæ formam ſcriptis conſignarit fuiſſe (*affirmat*) doctiſſimum illum ac omnium calculis ſapientiſſimum habitum Thomam Morum Præfectum ſacris ſcriniis ſeu Principem Scribarum in Anglia, cujus Utopia tamdiu vivet & habebitur in pretio per manus hominum, quam diu juſtitia ipſa ac modeſtia

Voſſii.

Naudæi.

&

& pietas non omnino in ipsorum animis & affectibus exulabunt. *Hermannus CONRINGIUS de Prudent. Civil. caq. XIV. p. m. 300.* palmam inter omnes fictæ historiæ ac Politiæ Scriptores *adscribit* Thomæ Mori Utopiæ quâ Vir elegans & prudens optimæ Reip. sed qualis nusquam reperitur, imaginem exhibere conatus est. *Joh. Henr. Bœclerus in Biblioth. Polit. Contract. vel quisquis ejus Collector & Editor edit. in* 8. §. 82. Thomi Mori Utopiam, Optimi Reip. status ideam *salutat,* librum Maximorum Virorum judicio incomparabilem & tamdiu victurum futurumque in pretio apud homines quamdiu justitia & pietas non omnino in animis ipsorum exulabunt. *Burc. Gotth. Struvius Biblioth. Philos. cap. VII. §. XIV. p. m. 153.* Primum locum inter illos qui felicem Reipubl. statum sub figmento quodam descripserunt, *attribuit* Thomæ Mori Utopiæ, quæ scripta est acri cum ingenio, tanquam beatæ per omnia Reipubl. exemplar quale tamen reperire haud licet. *Joh. Fried. Reinhardus Consil. Reg. & Elect. Sax. in Theatr. Prud. eleg. seu Animadv. ad Lipsii Polit. Historico-Polit. p. m. 26.* Palmam inter recentiores qui ideam potius descripserunt quam Rempubl. verè existentem, assignat Utopiæ Thomæ Mori Angliæ Cancellarii, hominis imprimis acris ingenioque amœno & in rerum humanarum æstimatione Veteratoris. Seculorum nostrorum. Θῦμα καὶ θάμβος *Johannes Fechtius Prælect. Anti, Breneyss. seu Indifferentis. cap. I. §. IV.*

Comin. Bœclerus. Struvius. Reinhardi.

Fechtii. Propius ad veri presseq; dictiIndifferentistimi indolem accessisse *monet*, qui sive è Romanensium sive è Reformatorum cœtu universalem quandam religionem commenti sunt, utpote in ipsis Reformationis initiis Thomam Morum Anglum, qui Utopum suum sanxisse ait, uti quam cujus religionem libeat sequi, liceat, Utopiæ pag. 119. edit. Helmst. ideoque Indifferentistarum eundem Parentibus merito annumerare Rollegrafium de Religionum Conciliatoribus pag 164.

Thomas Campanella. Biographia ejus.

(II.) *Thomas Campanella* (cujus vitam & Philosophiam exhibuerunt *Johannes Victor Roscius* sub consueto Jani Nicii Erythræi nomine Part. I. Pinacoth. p. m. 41 sq. ed Lipsi. 1692. in 8. & *Ernestus Salomo Cyprianus* in Programmate pecul. de Philosophia Campanellæ 1700. Helmstad. in 4. Censuram eruditorum collegit Tomo Method. secundo pag. 167. sqq.

Atheismus ejus.

Maximum illud Philologorum Jubar *Thomas* CRENIUS, quemque laxistimæ Religioni addictum fuisse ea arguunt (teste consummatissimo nostro FECHTIO) quæ in Atheismo devicto cap. X. p. 144, & passim alibi de salute eorum, qui rationaliter vivunt, inculcat. Quem cum Tribbechovius in recentissima Naturalismi Historia antea triumphantem inscriptum & hoc titulo à D. Antonio Reisero visum esse ait, equidem errat, Vir bonus cùm Reiserus plane contrarium testetur: quanquam in Epistolica dissertatione de Origine Atheismi p. m. 262. non adeò erraturum esse profiteatur,

tur. qui triumphantem potius quam triumphatum à Campanella Atheismum dixerit, provocans ad Voetium, qui ejus rei non obscura adduxerit indicia & adGrotium nec ipsum de cœtero exiguum Libertinistam in opusculis pag. 169. ubi non frustra Atheismi acculari Campanellam dicit. Ut vel hinc pateat quid de Conatu D. Petersenii, D. Joh. Müllerum temerarii spiritus coarguentis quod in Atheismo devicto pag. 24. Campanellam Atheismi suspicione non carere scripserit eundemque abhoc crimine pro more laxiorum Theologorum absolventis sit sentiendum. *Morhofius* quoque in Polyhist. Lib. I. cap. VIII. pag. 75. *Campanella*, ait, *in Atheismo triumphato plures nodos texuit quam solvit.* Conf. Crenius l. c. pag. m. 180. 181. *in Civitate Solis* quam habemus optima editione Utrajectiana in 12. ann. 1643. impressam. Cui additus est *Mundus alter & idem* sive terra australis antehac semper incognita longis itineribus peregrini Academici nuperrime lustrata auctore *Mercurio Britannico*: item *Nova Atlantis* Francisci Baconis, Baronis de Verulamio- Qui tractatus omnes similis argumenti de sententia amplissimi *Crenii l. c. p. 177.* lectu non sunt indigni, sed potius jucundi & utilissimi. Hic scil. Thomas Campanella ardentis penîtus & patentosi ingenii Vir secundus fuit à Thoma Moro qui imaginariæ Reipubl. formam scripto consignavit. Qui dum in tenebris & pædore Carceris vitam traduceret, civitatem solis delineavit,

Civitas ejus solis qualis?

ex judicio Crenii

Naudæi & Borcleri

vit ea cogitationum novitate & sublimitate sensuum ut præter Philosophicas speculationes multa etiam contineat queis Respubl. tutius administrari possent & homines ipsi meliores evadere, prout *referendo censet & censendo refert Gabriel Naudæus Biblioor. Polit. p. m. 25. ed. Grot. & p. 65. Conring.* & ex eodem atque cum eodem *Joh. Henr. Boeclerus Bibl. Polit. Controv. vel. quisquis ejus collector & editor. ed. in 8. §. 82.* item *Burcard. Gotth. Struvius Bibl. Philosoph. cap. VII. §. 14. p. m. 153.* Thomæ Campanellæ, *inquiens*, Civitas solis inter carceris squalores conscripta est & edita Utrajecti 1643. in 12. sed potius, prout reliqua Campanellæ in solis speculationibus philosophicis consistit. *Herm. Conringius de Civil. Prud. c. XVI. p. m. 300.* de Campanellæ Civitate solis, *monet*, laude quidem dignam sed multum esse tamen infra Utopiam. (III.) *Lucius Cornelius Europæus in Monarchia solipsorum ad Virum Clarissimum Leonem Allatium cui accessit Clavis Onomastica. Juxta Exemplar Venetum Superiorum permissu. Lugd. Batav. 1648. Gisb. Voetius Tom. III. Select. Disp. Theol. ed. in 4. Utraject. 1689. de docta ignorantia p. m. 687. allegat hoc scriptum sub titulo Anonymi his verbis:* Quæ sit Jesuitarum solipsia in tota Scholastica, Oeconomica, Politica Pragmatica acute & eleganter descripsit Anonymus in Tractatu de Monarchia Solipsorum cui jungat Lector, quem ista tangunt, alterum tractatum acumine & Stylo eximium

Struvii & Conringii.

Lucius Cornelius Europæus.

De eo judicium Voetii

tit.

tit. Conclave Ignatii. Casp. Scioppium Au- Scioppii
ctorem decernit Theologus Lipsiensium Cele-
berrimus *Gottlob. Fried. Seligmannus in Disp.
Inaug. de libertinismo sentiendi & credendi Ro-
stoch. 1686. hab. §. 35. his verbis:* Optimè sa-
pit qui sibi soli non sapit. Scripsit Scioppius
Tractatum de Monarchia Solipsorum, talium
hominum qui sibi sapere solis videntur. Item
Theologus Francofurtanorum ad Viadrum
longè clarissimus *Joh. Christ. Becmannus in* Becmanni
*Lin. Doctr. Moral. ed. in 8. 1686. Lipsi & Fran-
cof. cap 4. §. 8. p. m. 107.* Ad illos qui ex sei-
psis & proprio suo ingenio omnia, ex aliis ni-
hil, haurire volunt, *referens* Paracelsistas, Her-
meticos, Fratres Rosex Crucis quos exactè de-
scribit Plato lib. VI. de Republ. per Antrum
suum & de Jesuitarum ejusmodi Soliipsia *alle-
gans* Tractatum Scioppii de Monarchia Soli-
psorum. *In Naudæanis Amstelod. 1702. in 12.* Naudæi
publicatis *pag. 92.* Monarchia Solipsorum,
invisus adeò Jesuitis liber, *adscribitur* Mel-
chiori Inchoffero Ex Jesuitæ. *Johannes Hen-* Bœcleri
*ricus Bœclerus in Biblioth. Polit. Contr. vel
quisquis ejus collector & editor ed. in 8. 1677. &
1696. Germanop. §. 83. refert scriptum hoc ad
fictitia Geographico - Politica his verbis:* Per-
tinet huc ad Respublicas scil. fictitias etiam
Monarchia Solipsorum sub nomine Lucii
Cornelii Europæi primum Venetiis, deinde in
Belgio edita, Jesuitarum artes, mores & stu-
dia totiusque Societatis arcana & statum mi-
ra industria & elegantia recludens. Inter Je-

ſuitas 45. annos exegiſſe nec vilibus officiis adhibitum non obſcurè auctor in fine libri & alibi ſignificat, proinde non indignus cujus narra-
Struvii. tionibus fides adhibeatur. *Burc. Gotth. Struvius in Bibl. Philoſ. cap. VII. §. 26. p. m. 175. alium auctorem inſinuat præter inſinuatos & ad aliam Claſſem Politicorum ſcil. Ethicorum & Patheticorum refert his verbis:* Non malè huc refertur (ſcil. ad Scriptores, qui vitia & affectus vitioſos Politicorum deſcripſerunt) Monarchia Solipſorum, quæ ſub nomine Lucii Cornelii Europæi, ſeu qui ſub eadem latere putatur *Gabrielis Barjaci Lermæi* prodiit, primum Venetiis, dein in Belgio recuſa, in qua Jeſuitarum artes, mores, ſtudia & ſtatus totius Societatis multa induſtria atque elegantia depingitur.

Scriptores veri & genuini. §. III. Inter illos, qui recentiori ætate (Antiquioris enim ætatis hoc in genere Scriptores brevitatis ergo non attingimus) veris & apertis nominibus atque ominibus Respublicas Orbis illuſtriores deſcripſerunt, aliis præferendi ſunt *Collectores & Editores Rerumpubl. Elzevirianarum*, ſic dictarum, quod apud Elzevirios (florentiſſimos quondam in Lugdunenſi apud Batavos Academia Typographos, ex quibus præcipuè noti Bonaventura, Abraham, Ludovicus & qui ultimus obiit 1680. Daniel Elzevirius) in Belgio in forma minori fuerunt excuſæ. Cœperunt iſtæ an. M. DC. XX. nec tamen omnes paris ſunt induſtriæ quia non omnes agnoſcunt eundem Auctorem. Inter meliores æſtimandæ ſunt illæ, quæ JOANNEM

I. Collectores Rerum. publ. Elzevir.

Judicium de iis

Struvii.

NEM DE LAET auctorem agnoscunt, monente ornatissimo *STRUVIO in Bibl. Philos. cap. VII. §. 18. p. 162. & Histor. cap. XXXI. §. 1. pag. m. 768.* Reliquæ collectæ potius sunt ex aliis quam ut magnam industriam præ se ferant. Olim maximê æstimabantur, eo quod in compendio traderent statum cujuslibet Reipublicæ. Nec hodie suo usu destituuntur, licet status Politicus in plerisque sit immutatus. Plerasque recenset *Bœclerus in Biblioth. Potit. Contr. vel quisquis Collector & Editor ed. in 8. d. an. 1677. & 1696. §. LXXVII. censu atque recensu sequenti*; Singulas Resp. plurimi dederunt quorum plerosque aut integros aut excerptos Elzevirii in Batavia excuderunt. Sed horum pauci satis apti ad civilis prudentiæ scopum, quod susceperant, exsequuti sunt; fide quoque industriâ & judició valde discrepant. Præ reliquis tamen ad hoc institutum idonei sunt (1.) *Hispania* sive de Regis Hispaniæ regnis & opibus Commentarius à Joanne Laet Lugd. Batav. 1629. conscriptus. (2.) Ejusdem *Gallia* sive de Francorum Regis dominiis & opibus Commentarius. (3.) Claudii Sesellii, Episcopi Massiliensis & sœpius ad Pontificem Regis Galliæ Ludovici XII. Legati, Libri duo de Rep. Galliæ & Regum officiis, in quos congessit Vir multis variisque negotiis publicis defunctus, aulæque morem omnem atque statum exploratissimum habens, quicquid optimorum præceptorum aut ipse observasset aut su-

Bœcleri.

pe

perioris ſuæque ætatis Viri prudentes ac docti tradidiſſent: ſingulari quadam ratione id omne præſenti rerum conditioni atque tempori accommodans. Eos Latinè converſos Argentorati publicavit SLEIDANUS; poſteà Elzevirii Reipublicæ Galliæ ann. M. DC. XXVI, à ſe editæ inſeruerunt. (Non ſemel à doctis audivi inquit Philologorum Phœnix, *Thomas Crenius Tom.* II. *Method. pag. m.* 387. Seſellium magis Rempubl. Platonicam quàm Gallicam deſcripſiſſe, & de Hottomanno, Viro aliàs undiquaque doctiſſimo magnam cum famæ ſuæ jacturam feciſſe ſcripto illo, quod vocavit Franco-Galliam, cùm nemini dubium fuerit quin rem intellexerit melius) (4.) Caſpar is Contareni & Donnati Jannotii libelli de *Republ. Veneta* & in utramque Notæ Nic. Craſſi. M.DC.XXVIII. & M. DC.XXXI. (5.) Thomæ Smithii Reſp. Anglicana. (6.) Joſiæ Simleri de *Republica Helvetiorum* libri duo. Tiguri ſeparatim excuſi Latinè & Germanicè. (7.) Tractatus Anonymi Scriptoris de Principatibus *Italiæ* à Thoma Segeto translatus & notis illuſtratus eique ab Elzeviriis ſubnexus commentarius Johannis de Laet de territoriis, potentiâ, familiis, fœderibus Principum Rerumpubl. & eorum qui hodiè in Italia rerum potiuntur.

Conringii. *Hermannus* CONRINGIUS *de Civ. Prud. cap. XIV. p. m. 308. de Elzevirianis judicium ſuum aperit his verbis*: Hollandorum curâ non uno quidem volumine ſed per complura enchiridia, habemus tamen itidem, deſcriptio-

ptiones optim[illegible]omnium ævi noſtri illuſtrium rerumpublicarum à Viris præclariſſimis ſeorſim compoſitas. Citra controverſiam autem præſtant omnibus in genere eorum qui ſeparatim Respublicas florentisſimas illuſtravêre, Caſpar Contarenus & Donatus Jannotus qui Venetam, Ubertus Folieta qui Genuenſem, Joſias Simlerus qui Helvetiorum, Martinus Cromerus qui Polonorum, Thomas Smithius qui Anglorum, Johannes Tilius qui Gallorum, UbboEmmius qui Friſiorum, MartinusSchoockius & Boxhornius qui Belgii fœderati, Johannes deLaet qui præterBelgii illius fœderati, Hiſpanorum, Gallorum, Italiæ Principatuum, Perſarum, Magni Mogoris aliarumque civitatum publica inſtituta, cum prudentum omnium & qui gerendis rebus admoventur ſummo applauſu, literis tradiderunt. Recentiſſima ætate RespublicasOrbis illuſtriores veris ac genuinis nominibus ac ominibus deſcripſit non ſine orbis eruditi applauſu. (I.) *Chriſtianus FUNCCIUS* in *ORBIS hodieimperantis breviario*, quo de Imperiis, Regnis & Principatibus potiora collegit, in uſum Scholæ, ut ipſe fatetur, conſcripto, neque propterea judicio pragmatico conſtipato. Subjunxit breviario huic non tantum appendicem de Curia Romana ſeu ſtatu Pontificio, ſed & *Poſitivam ad Orbis Imperantis Notitiam Introductionem* 1691. in 8. Lipſ. ad lectionem orbis ſui jam laudati facientem, brevioribus aphoriſmis comprehenſam. Quâ ea quæ per

2. Funccius.

quæ

quæstiones & subjunctas resolutiones fusius in breviario dilucidaverat, brevissimis positionibus, additisque rationibus, in gratiam tyronum studii Historici atque Politici comprehendit, secutus, ut ipse fatetur, vestigia celeberrimi Polyhistoris Schurzfleischii. In Prolegomenis opusculi de orbis Imperantis notitia in genere disserit. Inde progressus, de præcipuis orbis hodiè imperantis Regnis, tum quæ in Europa, tum quæ in Asia florent, simili modò agit. In tertia sectione præcipuas Orbis Respublicas, quæ non sunt Monarchicæ, recenset. Tandem in posteriori libelli parte de Principatibus & liberis Imperii Germanici Civitatibus tractat: atque adeò velut materiarum illustrium in studio historiæ civilis occurrentium indicem designat, unde quis ansam de iis plura in Collegiis privatis differendi petere queat.

Becmannus. Geographia ejus. Politica qualis?

(II.) *JOHANNES CHRISTOPHORUS BECMANNUS, in HISTORIA ORBIS TERRARUM GEOGRAPHICA ET CIVILI,* quæ prodiit ex editione V. correctior Francofurti & Lipsiæ an. M. DC. IIC. in 4. In hujus autem prima parte non solum quæ ad generalem notitiam Geographicam faciunt optimè, hydrographiam præcipuè explicavit, sed etiam de linguis, moribus, characteribus, migrationibus & commerciis gentium agit. Progreditur inde in altera parte ad regna particularia, Hispaniæ, Portugalliæ, Galliæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ, Russiæ, Poloniæ, Bohemiæ & Hun-

Digitized by Google

Hungariæ, Turciæ, Asiæ & Africæ & denique Rempubl. Venetorum; in singulis statum naturalem, historicum, politicum, Religionem & memorabilia considerans atque omnia per Scriptores fide dignos comprobans, ita ut usum omnino habeat eximium. Fusius contenta Geographiæ hujus Historico-Politicæ sequentibus verbis proponit *Gottofredus Zennerus Altenb.* im Herbst-Parnaß *an. 1693. n. XXXIX. p. m. 190. 191.* quæ subscribere haud gravamur: Ex judicio Zenneri.

Als die Historia Orbis Terrarum Geographica & Civilis de variis negotiis nostri temporis potissimum & superioris seculi aliisve rebus selectioribus M. DC. LXXIII. das erstemahl ohne Benennung des Autoris heraus kame/ fand es wegen der vielen sonderbahren Dingen/ die es in sich hielte seine Liebhaber häuffig/ dahero der Hr. Auctor in der andern Edition an. 1680. solches revidirte/ in vielen vermehrete/ und unter seinem Nahmen heraus gab. Es ist aber der Autor Herr Joh. Christoph Beemann D. Theol. und Prof. zu Franckfurt/ welcher mit seinen vielen galanten und nützlichen Schrifften sich bey der Welt zeither sehr berühmt gemacht/ indem Er Notitiam Dignitatum Illustrium, Politicam, Lineas Morales und ohnlängst Histo-

riam

riam ordinis Johannitici, zu geschweigen der vielen Dissertationen / heraus gegeben hat. Dieses unser Werck bestehet nun in 2. Theilen / deren der erste Geographiam, der ander Historiam derer fürnehmsten Reiche begreiffet. Den Partem Geographicam resolviret er also / daß Er Geographiam Generalem, Historiam Naturalem und Antiquitates so wohl Geographicas als Historicas gantz curiös mit einmischet. Zu dem Ende der Historiæ Civilis ist ein Schema so wohl der Geographiæ als Historiæ die in diesem Werck abgehandelt wird. Der ander Theil hält in sich die fürnehmsten Reiche Europens / darunter aber das Römische Reich Teutschlandes / die Republic Holland und Schweitz nicht begriffen seyn / hingegen hat er einige Königreiche Asiens und Africens beygefüget. Bey iedweden Capite handelt Er von denen Scriptoribus solches Reichs / welches Er auch in parte prima in Acht nimmt und allwege bey einer Materie die nützlichsten Autores referiret. Das Werck endiget ein vollkommen Register.

Scriptores Paralleli Caimus.

§. IV. Inter Scriptores illos, qui Respublicas antiquas cum recentioribus contulerunt, eminent (1.) *Pompejus Caimus* in libro Ita-

Italico, cui titulus: *Parallelo Politico delle Republiche antiche e moderne*, qui prodiit Patavii 1627. in 4. Conf. de Vita & Scriptis Caimi Joh. Vict. Roscius sub consueto Jani Nicii Erythræi nomine Pinacoth. Imag. Illustr. Viror. ed. Lipsi. in 8. 1692. Part. I. p. m. 48. 49. (2.) *Martinus Schoockius*, qui fatum Reipubl. Vejentium & Achæorum Belgis suis in exemplum proposuit Trajecti ad Rhenum 1664. in 24. Conf. de Schookii scriptis *Hedouvillius*, cujus verum nomen *de Sallo*, Consiliarius Curiæ Parisiensis *Part. I. Ephem. Erud. n. I. 1665. d. 5. Jan. p. m. 6. & n. XIII. d. 30. Mart. p. m. 133. & Part. II. n. X. d. 8. Mart. 1666. p. 107.* & de optimo Schoockii scripto, optimus Virorum *CRENIUS* noster in *Exercit. de libris Script. Opt. & utilis. 1704. Lugd. Batav. pag. 18. n. XVIII. ubi verba concisa ita fluunt:* Martini Schockii Tractatus de Butyro Groningæ editus anno M. DC. LXV. in 12. cui accessit ejusdem exercitatio de aversatione Casei, principio ibidem edita anno 1658. in 8. tam accuratus est, ut Auctor provocare possit ingeniosissimos quosque qui hac de materia quæstionem in libro isto non decisam, proferant. De Republica autem Achæorum & Vejentium in usum præsentis seculi delineata à Martino Schoockio sequentia communicat *HEDOUVILLIUS* jamjam laudatus *Part. I. Ephemerid. n. V. 1665. d. 2. Februar. pag. 50.* Polybius in historiæ suæ præludio satis prolixè de Achæorum Republ. egit. Quædam etiam loca quæ

Biographus ejus.

Schoockius.

Optimum Schoockii scriptum.

Judicium Hedouvillii de Schoockii Paralleli-smo Geographico-Politico.

Schoockius ex Autoribus, nonnulla de eadem differentibus citat, nihil præstant aliud, nisi ut ea, quæ nos Historicus ille docet, confirment. Regimen dictæ Reipubl. inter optima quæque Græciæ semper numeratum fuit; Unde etiam est, quod præsentis libri Autor inclinet eò: Remp. unitarum Belgii Provinciarum in plurimis cum eadem convenire. Quemadmodum verò unitas, subque Reipubl. Achæorum nomine comprehensas urbes, divisione postea facta se perdidisse dicit; ita unitas Belgii Provincias, ut ab hoc exemplo cavere discant, inque unione constanter perseverent, adhortatur, ne videlicet perinde ut Achæi se tandem pessundet. Deinde de Vejentium Republica, quibus pax magis & otium, quam bella fuêre funesta, disserit. Unde bellum quam pacem potius Provinciis Unitis quærendum esse colligere velle quodammodo videtur. (3.)

Praschius.

JOHANNES LUDOVICUS PRASCHIUS in Assertione Reipublicæ Achaicæ ejusdemque cum Germania comparatione, quæ prodiit Ratisbonæ M. DC. LXXXVI. in 4. Ediderat scil. Vir Clarissimus *Joh. Georg. Kulpisius* Tractatum de Unitate Reip. in Sacro Imperio Romano & in cap. III. quo argumenta Auctorum unitatem Reip. Germanicæ impugnantium recensentur & refelluntur, præter Jacobum Gothofredum & Herm. Conringium etiam Virum Nobilissimum Joh. Ludov. Praschium quanquam non sine præconio, notaverat, quod in libello de JCto vero & personato

Scripta Eristica de Parallelismo ejus Geographico-Politico.

to

to Germanicam nostram Achajam, sed Vetere illustriorum appellasset & in cœteris quoque de statuum provinciis tanquam singulis civitatibus disseruisset. *Praschius* itaque, cum præter meritum sententiæ tam pestilentis, ut vocat, videret se argui, mox ad Virum inclytum *Joh. Philippum Schefferum*, qui legendum sibi tractatum illum Kulpisii subjecerat, *epistolam* perscripsit, eamque *Apologeticam* de Unitate Reipubl. in S. Rom. Imperio, quæ an. 1685. Reginoburgi d. 30. Jul. data ibique edita est. Hâc Epistolâ acceptâ Cl. *KULPISIUS*, Argentorato tum in aulam Sturgardiensem evocatus, *litteras responsorias* ad eundem Virum amplissimum Joh. Phil. Schefferum JCtum direxit easque Sturgardiæ d. 17. Septembr. an. 1686. exaratas. *Praschius* iterum calamo arrepto anno eodem 1686. non *Assertionem* tantum *Reipublicæ Achaicæ sed & ejusdem cum Germania comparationem* scripsit atque evulgavit. In *Assertione* asserit Achajam eo tempore, quo pollebat, unam omnino, non ex pluribus Rebuspublicis constantem Societatem, quæ Kulpisii sententia sit, fuisse Rempublicam. Probat hoc asserum illustri Polybii loco, historici non tantum oculatissimi sed & Achæi Principis, ex quo clarè patet, non solum συμμαχικὴν καὶ φιλικὴν κοινωνίαν πραγμάτων fuisse inter Achæos, sed communionem legum, magistratuum & omnium omnino reliquorum, atque adeò unam fuisse civitatem ac Rempubl. cui nihil ad unitatem defuerit

Contenta Assertionis & Comparationis.

quam mœnia & externa facies. In *Comparatione* fundamenti loco præſtruit, initio Achæis non minus, ac Imperio noſtro, unam citra dubium fuiſſe Rempublicam. Deinde ut comparationem ſemel cœptam continuet, dicit, quemadmodum Achæis commune fuerit Concilium, cujus præcipua pars Prætor, à quo convocati fuerint proximi Synarchontes, Principes inde reliqui: ita & in Imperio Germanico adeſſe commune concilium idque illuſtrius Achaico, cujus Caput ſit Cæſar: & quemadmodum Concilia Achæorum non fuerint olim perpetua ſed pro neceſſitate repetita, ita & hodienum in Imperio Comitia & poſſe & debere pro neceſſitate repeti. Porrò in ſingulis Civitatibus Achæorum democraticam apparuiſſe ſpeciem affirmat. Sed hoc Imperio noſtro neque per leges neque per alias rationes convenire; non malè tamen facturos Principes ac Senatores, ſi auctoritatem clementiâ attemperando tale quid legis ſibi dixerint. Denique Achæis omnibus leges fuiſſe easdem eosdemque Magiſtratus; nobis, quia nec eadem Imperii ubique ſit facies, easdem plane eſſe haud poſſe, nec eosdem legum cuſtodes; jus interim Romanorum, quod propterea & commune dicatur, paſſim vigere quadantenus, ſummisque in tribunalibus ſententiam dicere. De legibus Achæorum dum diſſerit, rem monetariam quoque illorum tangit, ejusque communem penes illos rationem fuiſſe ait. Id ipſum Imperio ob ingentem juris mo-

monetalis abusum optabile esse *innuit;* nec difficilem fore, si animi concordes forent, ponderum ac mensurarum similitudinem. Evolvit tandem causas, cur Respubl. Achæorum sit collapsa, dicitque excidium enatum esse tum ex perfidia Achæorum quorundam, tum ex dissidiis inter Achæos à Legatis Romanorum sparsis. Nec dissimile quid hactenus Germaniam fuisse passam subjicit; nam & exteros navasse operam, ut corpus Germanorum dissolverent. Sed notasse se sibi, consilia ista erupisse tandem in nervum atque in contrarium vertisse; & sperare se, fore ut ob gliscentem hostium violentiam, in arctiorem concordiam ad Imperium vel ulciscendum vel tutandum coëatur; quanquam perfecta & stabilis sperari vix possit, ob animorum varietatem & vel ob vaticinium, quod lutum misceri ferro negat, ante casum ingentis illius lapidis, qui utrumque & omnia comminuet.

(o)

CLASSIS DECIMA QUARTA.

Genuini ad Politicam Apparatus producens

STRATEGICOS SELECTOS.

§. I.

ARtem militarem non unice pertinere ad civilem Societatem ejusq; Candidatos patet, quoniam illa uti possunt etiã qui civilem Societatem non colunt. Dirigit interim militiam in usum civitatis Politica, arte etiam militari subinde utitur tanquam ministra, attamen ipsamet artem illam non facit suam. Dirigunt & Viri Generosi notitiam ac praxin militarem ad usum Patriæ vel Reipublicæ, cui inseruntur atque dicantur. Et quemadmodum Martiis operibus decus illorum cœpit, ita & tueri illud ipsum iisdem strenuè alloborant, optimè scientes nec anterioribus temporibus æsti-

ſtimatos eſſe, imò nec his etſi in deterius fluentibus multum adeò æſtimari Generoſos Nobiles Nobilesque Generoſos, qui partem juventutis & ſortunarum non dederint militiæ, adeoque vel ipſimet bellica fortitudine vel ſaltem nisis copiis ſuis (uti inter Principes uſitatum) bonos ſe ſe patriæ filios probarint. Si qui verò à bello abſtinent (ut ſanè aliis delicatæ peregrinationes, aliis valetudo, aliis alia obſtant) eos hunc velut defectum aliis inſignibus atque conſpicuis dotibus, niſi contemni velint, penſare oportet. Tantum igitur cum pretium ſit gloriæ militaris in Politia & vita civili, non ſunt Generoſis atque Nobilibus negligenda quæ ad eam rem faciunt, legendique adeò etiam rerum bellicarum Scriptores (quos in Compendio contraxit *Joh. Fried. Reinhardus Theatr. Prud. eleg. ad Polit. Lipſ. lib. I. cap. X. §. 16. n. 41. 42. 43. p. 454. 455.*) quales ex Antiquioribus, qui Politicis commendandi veniunt, & quidem ex Græcis POLYÆNUS & ex Latinis FRONTINUS; ex Recentioribus NAUDÆUS & LIPSIUS; & ex Recentiſſimis TURNERUS, LYDIUS & GANNETASIUS. Antiquioribus Strategici ſelecti.

§. II. Ex Græcis Scriptoribus argutas bellorum aſtutias & ſubdola Imperatorum ac Ducum Græcorum Romanorum ac Barbarorum geſta octo libris perſecutus eſt *POLYÆNUS* Macedo, Orator & Patronus Cauſarum apud Imperatores Antoninum & Verum, Scriptor antiquus elegans, acutus, eruditus & I. POLYÆNUS.

Editio Casaubo-ni.

utramque militiam sagatam & togatam, secutus, ut eum prædicat *Isaacus Casaubonus*, qui primus hunc venustum æque ac utilem scriptorem in publicam lucem ann. M. D. LXXXIX. typis Tornætianis Lugduni protulit; magno, ut in præfatione indicat, ære in privatos usus comparatum, indeque summâ industriâ ac diligentiâ & fide maximâ evulgatum, multis quæ suo loco imperiti librarii moverant, in suas sedes revocatis, quæ confusa erant, distinctis, quæ verò corrupta erant, emendatis; nam distorta, luxata & fœdata plurima in eo fuisse, neque Polyæno adversus vim & injuriam librariorum stratagemata sua quicquam profuisse, sed ipsum velut ex Allienſi aut Variana clade pluribus vulneribus confossum ad se pervenisse affirmat. Post centum præterlapsos annos, ante quos Scriptorem hunc doctissimus Casaubonus primum publicæ luci expoſuerat, cum is ei se subduxisset, nec exempla ejus amplius comparerent, iterum eundem eruditorum usui reddidit eruditus Scholæ Delphensis Doctor *Pancratius Maasvvicius*; & quando Casaubonus, plurium quam quem unicum nactus erat Codicum ope destitutus, multa quæ corrupta essent, intacta reliquerat; is è Florentia Magni Ducis Hetruriæ & Cantabrigensi SS. Trinitatis Collegii Bibliotheca, MStos Codices Polyæni adeptus, collectis etjam à Gronovio, celeberrimo Criticorum, variantibus in Scriptore hoc lectionibus adjutus, longè emendatiorem, nitidioremque Polyæ-

Editio Maasvicii.

Digitized by Google

lyænum dedit, plurima quæ mendosa supererant, emendans, turbata restituens, confusa distinguens & genuinam faciem Autori huic reddens; ceu ex notis constat, in quibus præter Casaubonianas observationes, emendatæ lectionis rationes adfert, & cujus Codicis autoritate receptam antehac lectionem mutarit, indicat. Versionem *Justi Vulteji*, à qua emendanda, aut nova substituenda Casaubonus abstinuerat, ipse quoque contentus errores notasse, retinuit, quod animadverteret, suorum Codicum lectionum ea quodammodo firmari: quocirca & affirmat, malle se Græcum è Codice, quo usus fuerat, editum fuisse à Vultejo Polyænum quem Latinum is modò Basileæ anno M. D. XLIX. dedit. Editio Vulteji.

§. III. Ex Scriptoribus Latinis strategicis commendari solet à Politicis *Sextus Julius* FRONTINUS, Vir Consularis, qui Vespasianorum, Domitiani, Nervæ & Trajani temporibus floruit, variisque muneribus functus sub Trajano decessit. Monumentum sibi exstrui vetuit annotante *Erasmo in Libr. Apophth. his verbis:* Impensa monumenti supervacua est, memoria nostri durabit si vitam meruimus: Maximus Geometra teste *Hier. Magio Lib. 4. Miscell. cap. II.* serius & minime verbosus Auctor monente *Casp. Barthio Lib. II. Adversar. cap. XI.* qui rei militaris peritus, indice *Joh. Maria Catanæo Comm. in epist. Plin. Lib. 4. epist. 8.* quique in Britannia ferocissimam Silurum gentem subegit *teste Tacito in* 2. Frontinus. Elogia ejus. Liber ejus Strategicus.

Agric. c. XVII. Conſcripſit *STRATAGEMATUM LIBROS QUATUOR*, qui ad artem bellicam faciunt, ad Politicam, etiam militarem, vix quicquam judice *Herm. Conringio de Civil. Prud. cap. XIV. pag. 323.* Scriptum hoc de re militari dictione ignobilius judicatur, eoque à Scioppio in ferream rejicitur Latinitatis ætatem, ſive quod ab eodem admodum adoleſcente, ut Voſſio perſuaſum, compoſitum ſit, ſive ab infelici ſequioris ævi manu interpolatum, indice *Olao Borrichio de Var. Lat. Ling. ætat. cap. 4.* Antiquiſſima, judice *Gerh. Joh. Voſſio Lib. III. de Hiſtor. Latin. part. IV. cap. I. p. m. 738. ed. Lugd. Batav. 1651. in 4.* Scripti hujus ſtrategici, quam videre contigerit, editio eſt illa, quæ caſtigata à Philippo Beroaldo & Senatori Min. Roſcio dicata, Bononiæ prodiit apud Platonem Benedictinum ann. M. CCCC. XCV. Recentior editio & quidem illuſtrior eſt *Godeſcalci STEWECHII*, cujus cum conjectaneis & *Franciſci MODII* cujus notis FRONTINUS prodiit Lugdun. Batav. M. D. XCII. in 8. & M. DC. VII. typis Raphelengianis. Comparent & Conjectanea Stevvechiana cum notis Modii in editione *Veſalienſi* M. DC. LXX. in 8. Veterum de re militari Scriptorum junctim à *Petro Scriverio* editorum, in cujus editionis calce habes & Scriverii annotationes in Frontinum p. m. 58. ſqq. Optima citraque controverſiam emendatiſſima, ſed minus nota & familiaris elegantioris doctrinæ ſtudioſis, Frontini

Judicium de eo

Editiones Selectæ.

tini editio eſt Lugdun. Batavor. & Amſtelod. M. DC. LXXV. in 12. quam curavit *Samuel TENNULIUS*, Vir major, quam illuſtrior, Hiſtoriarum olim & Eloq. Prof. Steinfurtenſis poſt Noviomagenſis, quo in loco & dedicationem in Frontinum ſcripſit. In calce teſtimoniorum de Frontino editioni ejus præmiſſorum diſquirit laudatus Tennulius de variis FRONTINIS, quique is Auctor ſit, qui de Coloniis libellum ſcripſit editum in p. m. 102. ſeqq. Rei Agrariæ Scriptorum à Wilh. Goeſio Amſtelod. 1674. in 4. Scripſit longè plura FRONTINUS, ut de *Aquæ ductibus Ll. R.* *de Re agraria* ſeu agrorum conditionibus & *de conſtitutionibus limitum*, quæ Scripta cum Commentariis *Agennus Urbicus* illuſtravit: item *Legis Maniliæ* aliquot capita, Dolendum verò quod ex iis nonnulla communi literarum jacturâ interciderint, cum Steph. Vinand. Pighio Annal. Roman. Libr. XII. ad ann. Urb. D. CCC. XXI. Extant quoque Frontini opera cum notis & emendationibus *Roberti Keuchenii*, quæ Amſtelodami M. DC. LXI. in 8. typis excuſa ſunt. Italicè apparuerunt illa Venetiis M. D. XLI. in 8. & M. D. LXXIV. in 4. Plura de Frontino dabunt *Ælianus* præf. Libri de inſtr. acie. *Vegetius* Lib. 2. de re milit. cap. 3. & ex noviſſimis *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. Lat. p. 110. ſq. ejusque appendice p. 138. 139. 143. 145. & *Martinus Hanckius* Part. I. de Rom. rer. Script. p. 104.

Scripta ejus alia.

Fontes.

§. IV.

Recentiores strategici Selecti.

§. IV. Ex recentiori strageticorum Scriptorum Catalogo, & quidem selecto, commendandus est *JUSTUS LIPSIUS* (de quo supra fontes indicavimus Class. II. §. 6.)

1. Lipsii Tr. de Militia Romana ex Judicio Salmasii.

in Libris quinque de MILITIA ROMANA seorsim editis Antvverpiæ M. DC. XIV. ex officina Plantiniana apud Viduam & filios Johannis Moreti cum privilegiis Cæsareo & duorum Regum & Principum Belgarum. *Claudius SALMASIUS Epist. lib. I. epist. 93. ad Joh. Fried. Gronovium p. m. 213. ed. Lugd. Batav. M. DC. LVI. in 4.* Lipsium in hoc opere plagiarium facit Patricii. Verba ejus sunt: De Patricio non satis sum assequutus „ quid velis. Prioribus tuis, quæ mihi hester„ no die redditæ sunt, ajebas apud amicum vi„ disse Latine versum. Nunc in fine epistolæ „ scribis, rogare etiam Lindenbrogium quid „ de *Patricio* fieri velim. Estne idem *Patri*„ *cius?* Vide illum qui Italicè scripsit *Paralle*„ *la militaria* satis bona, ex quibus *Lipsius ma*„ *gnam partem eorum quæ de militia Romana* „ *commentatus est, videtur hausisse.* Cuperem „ eum videre, si per TE aut amicum tuum liceat. Nam etsi Italicè intelligam, non ta„ men ita omnia planè assequor, quin quædam„ sint quibus impetus in legendo meus retarde„ tur. Latina ut facilius caperem ita celerius „ legerem. *Isaacus Casaubonus Epist. XXI. ad Bongarsium p. m. 31. ed. Brunsvig. 1656. in 4.* hoc de Lipsii opere ita habet: Lipsii ad Polybium tandem vidi, & vis dicam liberè quid „ sen-

Casauboni.

sentiam? Opus est labore magno, judicio,„ recto, ingenio denique talis Viri conceptum,„ feliciter ac formatum. Nemo negaverit u-„ num illum hodie res Veteris Reip. Romanæ,„ & nosse eximie & explanare omnium elegan-„ tissimè. Veruntamen, quod inter nos liceat,„ (μόνοι γάρ ἐσμεν) mirari interdum subit, cur„ hanc potissimam rationem tractandi ejus ar-„ gumenti elegerit? Nam ad Polybii lucem„ quid admodum attulerit sui, nondum videre„ potui. Multa ille quidem melius vertit quam„ priores fecissent interpretes: sed magnam„ eorum partem Turnebus aliique sibi vindi-„ cant. De cœtero si quid in Græcis illis ob-„ scuri fuit, lucem id adhuc desiderat: non e-„ nim alluxit fax Lipsiana illis locis. Fecerit„ fidem vel unicum verbum σάλωμα, de quo„ nihil notatum ab illo vidi p. 170. non vulga-„ re, non omnibus notum, nihil denique„ quod mentem Polybii explicet aut vim verbi.„ Mitto errores aliquot mihi notatos in expli-„ candis locis Græcorum Scriptorum. Ne-„ que nos tamen studiosè quæsivimus, sed casu„ in illos incidimus. Quare si tua me confir-„ maverit auctoritas, non desistemus ab incepto„ & Polybium tandem nostris vigiliis illustra-„ tum publicabimus: præsertim cum publicè„ nuper inscius, quid à Lipsio esset editum,„ fidem meam adstrinxerim & quidem disertis-„ simis verbis, ad librum, si memini, tertium.„

Melchior Adami in Vitis Germanorum Philosophorum nominatim Vita Lipsii pag. 741. edit. Fran-

Adami.

Francof. in 8. 1663. De Militia Lipſii Roma-„ na ſequentia communicat: Cum opus ali-„ quod jamdiu meditaretur & ſollicitè quæreret,„ Lipſius quod lucem ad res Romanas & Græ-„ cas præferret, reperit quod *Facem Hiſtoricam*, „ non ex ſuperbia ſed ex propoſito appellaret.„ Hoc cum diffuſum imò confuſum eſſet, pla-„ cuit excerpere primum ex omni cumulo „ quicquid ad *militiam* facere videbatur. In„ his itaque ad Polybium Commentariis quid„ quid ad militiæ ordinem, arma legesque ſpe-„ ctat, aperuit: in *Poliorceticis* autem, machi„ nas, tormenta, tela Veterum adjutante item„ Vænio, exhibuit, daturus & *triumphum*, ſe „ licis belli clauſulam, niſi valetudo adverſa in-„ tercesſiſſet. *Joh. Henr. Bœclerus in pag. 172. Hiſtor. Schol. Principum*, rationem, ob quam Polybianum in Strategico ſcribendi genere Commentarium elegerit Lipſius his verbis exponit: Polybio non minima ubique cura„ fuit, etiam rei militaris rationes, per omne„ genus tractandorum armorum, accuratius „ perſequi. Quare Lipſius de militia Roma-„ na ſcripturus, hunc ſibi fundum fecit & qua-„ ſi Commentarium in Polybii militaria ador-„ navit. *Johannes Albertus FABER in Centuria Plagiariorum n. VI.* hæc de Lipſio ejusque militia Romana tradit: Eum à Petro Fabro & aliis quibusdam ſuper Saturnalibus„ ſuis notisque in Tacitum & Criticis nonnul-„ lis emendationibus plagii accuſatum fuiſſe a-„ lii ante nos adnotarunt. Sed & in de Milit „ tia

Bœcleri.

Fabri.

tia Romana Commentariis Patricium ab eo exſcribi animadverſum eſt. Vid. Teisſierium elog. des Scavans part. II. p. CCCLXXXV. & Amelovenium in Syllabo plagiariorum. Unde illuſtre exemplum præbet eorum quæ diximus paulò ante cum de Fortio ageremus. Huc referenda ſunt verba Bulengeri, quæ allegat B. Thomaſius §. 492. Alii Strategica ab eo reperunt & manum injiciunt. Ex Onufrio quoque aliqua eum deſcripſiſſe lego apud Teisſierium l. c. In Scaligerianis primis arguitur, quod ex Scaligeri conjectaneis obſervationem quandam tacito nomine ſit ſuffuratus. In libris de Cruce Petrum Fabrum ab eo exſcribi ait Bebelius Antiq. Evangel. p. 521. Neque tamen de plagio intelligendus Naudæus pag. CXI. Bibliographiæ militaris, ubi Carolum Scribanium in Politico Chriſtiano dicit acumina ſenſuum & floſculos ſententiarum ſpargere, quas interdum etiam ex ſuo penu depromat quemadmodum Lipſius ſemper ex alieno. Cæterum de Lipſio vide quos allegat Martinus Hanckius Lib. I. de Roman. rer. Scriptor. p. 269. quibus adde Erythræum in Addend. ad Pinacothecam III. Drexelium part. 1. Aurifod. cap. IV. Miræum de Scriptoribus Seculi XVII. Eybenium ad Magiri Eponymologicum. Freherum in Theatro. Biſſelium citatum Königio in Biblioth. it. Franciſcum Svvertium in Athenis Belgicis, quarum maximam partem ex Bibliotheca ſua quinquennio ante evulga-

ta

ta eum transscripsisse queritur Valerius Andreas. Vid. Labbeum in Bibliotheca Bibliothecarum. *Adolphus Clarmundus in Vit. Clarisſ. in Re liter. Vir. Part. I. n. XIII. p. m. 108. 109.* aliorum præter allegatos judicia his verbis complectitur: Lipſii de Militia Romana ist ein schönes Werck. Einige halten dafür/ daß Er sich in diesem Hauptbuche, des Roberti Valturionis bedienet hätte. Aus seinem Buche/welches Fax Historica genennet wird und ein Licht giebet sowohl in denen Griechischen als Römischen Geschichten/ hat Er hernachmahls das jenige/ welches ad militiam, gehöret/ excerpiret/ und darauff das Buch de Militia Romana, worinnen er, handelt de militiæ ordine, armis & legibus, ediret / welches nichtes anders, als ein Commentarius ad Polybium. Die Eruditi halten solches für sein bestes Werck und fällen unterschiedliche Judicia davon.

Clarmundi.

2. Naudæi Syntagma de Studio militari & Bibliographia militaris.

§. V. Poſt Lipſium inter Recentiores ſtrategicos eminet *GABRIEL NAUDÆUS* (cujus Vitam, ſcripta & memorabilia ſummatim proponunt Lipſienſ. Act. Erud. Collect. Tom. XXI. 1702. m. Majo pag. 125. 126. & Adolphus Clarmundus Vitis Clariſſ. in re liter. Virorum Part. IV. n. XVII. p. 155. ſq. fontes allegans alios) in *Syntagmate de Studio mi-*

militari Romæ M. DC. XLIX. in 4. edito & *Bibliographia militari* in Germania primùm editâ curâ Georgii Schubarti Jenæ 1683. in 12. insertâ dein à Thoma CRENIO Tomo Method. III. n. XIV. pag. m. 470. seqq. *Lipsienses Act. Erud. Collect. Tom. I. d. an. 1683. mense Novembr. p. m. 512.* dignitatem horum opusculorum & utilitatem sequentibus describunt Verbis: Qui de Veterum disciplina militari ac arte commmentarios reliquerunt, magis ingenii ac eruditionis gloriæ quàm posterorum utilitatibus consuluisse videntur, quod priscorum ritus, si ad eos conferantur, qui nunc obtinent, planè diversos parum emolumenti afferunt his à quibus exactissimè cognoscuntur. Solidæ igitur veræque commoditatis rationem habens *Gabriel Naudæus* potius existimavit, præcepta bellorum, omnibus locis & temporibus ac personis quæ conveniunt, complecti, & de recta eorum administratione commentari. Hinc profectum *Syntagma* ejus *de Studio militari* Romæ 1637. Ludovico Comiti à Balneo dicatum editumque. In cujus medio lib. II. p. 504. & seqq. ubi modos scientiam militarem comparandi exponit, (quorum alter sit experientia alter lectio historicorum) auctores de re militari omnes recenset tam antiquos (sive deperditos sive superstites sive typis excusos sive quorum MSta in Bibliothecis latent, opera) tum recentiores: quorum quidam de militia in se tantummodò spectata scripserunt, Judicium de iis Collectorum Lipsiensium.

runt, quidam veterem ac novam militiam „ inter se contulerunt, quidam de hodierna e-„ jusque partibus singulis commentati sunt. In-„ tegrum autem Naudæi Syntagma, cum non „ ubivis extet, & rara ejus superstint exempla, „ isti eximendam hanc particulam censuit Cla-„ rissimus Vir Georgius Schubartus: cumque „ ipse auctor p. 36. edit. novæ librorum mili-„ tarium recensionem hanc Bibliographiæ Po-„ lemicæ nomine insigniendam putaverit, sub „ hoc titulo, argumentis capiti cuivis præfixis, „ corpori præstantissimo avulsam hanc nobi-„ lissimam particulam edendam solitariam du-„ xit; in hoc doctissimum Buchnerum imita-„ tus, qui Bibliographiam civilem sive Politi-„ cam Naudæi simili institutio olim emiserat „

Oiselii. typis nostris in publicum. *Jacobus Oiselius JCtus in Lib. XVI. Gell c. IV. p. m. 864. a. ed. Lugd. Batav. 1666.* Omnium (inquit) qui „ de re militari sive Tacticis aliquid scriptis „ consignarunt cum antiquorum deperdito-„ rum, tum eorum, qui adhuc supersunt, tam „ in Bibliothecis latentium quam editorum, ut „ & Recentiorum ad sua usque tempora, Ca-„ talogum, judicio suo hinc inde ipsis addito, „ collegit & inseruit Libris suis de studio mili-„ tari, Librorum iste suæ ætatis Helluo, doctis-„ simus Gabriel Naudæus lib. II. cap. IV. §. 6. „

Struvii. seqq. *Burcardus Gotthelff STRUVIUS Biblioth. Philos. cap. VII. §. XXV. p. m. 174.* ex Scriptoribus ad militarem statum, quan-„ tum est politicæ considerationis, facientibus,

præ-

præcipuum *laudat Gabrielem Naudæum* in Syntagmate de studio militari, quippe in quo pleraque, quæ ad statum rei militaris faciunt, ex antiquioribus æquè ac recentioribus congessit & multis exemplis illustravit. Ex hoc Syntagmate (*pergit*) bibliographiam tantúm militarem Celeberrimus Vir Georgius Schubartus edi curavit Jenæ 1683. in 12. ex qua plura hauriri possunt de Scriptoribus rei militaris. *Adolphus Clarmundus in Vit. Clariss. in re liter. Vir. Part. IV. n, XVII p. m. 172.* Judicium Schubartianum & aliud nonneminis ita complectitur: Der vortreffliche Jenische Polyhistor Georgius Shubartus hat des Naudæi Bibliographiam militarem zu erst in Teutschland auffgelegt. Er nennet es in dedicatione, Opus eruditione, labore ac multiplici digressionis curâ exasciatum. Und ein ander gewisser Mann schreibet also: Naudæi Syntagma militare præ cœteris æstimari debet.

Clarmundi.

§. VI. Ex Recentissimis Artis Bellicæ Scriptoribus commendationem præ cœteris ac evolutionem merentur. (I.) *Jacob. TURNERUS*, Anglus, qui ab antiquissimis temporibus ad nostra usque secula militiæ variam rationem descripsit in Tractatu Anglico cui titulus: *PALLAS ARMATA*, h. e. Specimina varia Artis Militaris tum Veterum Græcorum ac Romanorum tum hodiernæ,

Recentissimi Scriptores Strategici Selecti. TURNERUS.

Londini 1683. in fol. Comparavit nimirum Iſraelitarum, Aſſyriorum, Lydorum, Egyptiorum, Græcorumque inſtituta cum Romanis, Romana cum noſtris, ut quantum hæc illis præſtent, eluceſceret. Quicquid ergò vel ad defenſionem patriæ, vel ad invaſionem terræ hoſtilis, vel ad profligationem exercitus inimici olim putatum eſt facere, id primum è Veteris hiſtoriæ monumentis collectum quibusdam regulis incluſit exemplisque firmavit: poſteà verò novæ diſciplinæ hodiernam faciem delineatam priſtino mori oppoſuit. In quibus omnibus Nobiliſſimus Autor patefecit ſe non minus hiſtoriæ notitiâ quàm ingenio & rerum militarium uſu pollere.

BURGERUS.

(II.) *Joachimus BURGERUS in obſervationum Juridico-Politico-Militarium. Centuriis quinque Coloniæ 1685. in 8. ed.* de quibus poſt inſinuatum Corpus Juris militaris commentario HOYERI, Supremi Elector. Brandenburg. quondam Rationum militarium Præfecti, illuſtratum, & poſt allegata Chriſt. Lobrini Juris bellici obſervata in 8. Feldmanni Reſponſa Juris ad rem militarem & inſinuatum AYALÆ Tractatum de Jure & Officio bellico, ita judicat **Gottfried Zenner** *Altenb.* **im Herbſt-Parnaß** *1693. n. 39. pag. 185. in 8. Lipſ. & Francof.* **Dieſer Burger iſt Doctor Juris und Käyſerlicher Commiſſarius und Auditeur geweſen. Er ſelbſt hat IV. Centurien ſolcher**

ex Judicio Zenneri.

cher Observationen geschrieben / die fünffte aber ist bey der andern Edition von einem andern dazu gemacht worden. Das Buch hat an sich selbst nicht allein Juridica sondern auch Politica militaria, welche Er theils aus eigener Erfahrung / theils aus guten Scriptoribus zusammen gezogen. Wie nun dieses bißherige Materiam Jurium militarium belanget / so hat hingegen Formam oder Judicium militare der Herr Spate in seinem Krieges-Auditeur, darinnen officium & processus Judicii militaris vorgestellet wird / welches zwar in vielen ein gutes Liecht giebet / aber in vielen auch ietzo geändert ist. Von der Kriegs-Prudenz überhaupt handelt *Lazarus* von Schwendi in seinen Krieges-Discursen von Bestellung eines grossen Krieges-Wesens Francof. 1605. in 8. Böckler in der Krieges-Schul / der *perfecte Capitain* aus dem Frantzösischen übersetzet / Neumeyers Krieges-Wesen / Fronsberg in der Kriegs-Ordnung.

(III.) *Jacobus LYDIUS*, Ecclesiæ, Lydium viveret, Dordracenæ Antistes, in *Synta-us.*
gmate Sacro de Re militari, opere posthumo è tenebris eruto ac notis illustrato à Salomone van TIL Theologo Dordraceno, Dordraci

1698 in 4. in quo potisſimam induſtriam in eo Auctor collocat, ut non ſolum ex eruditione profana ſingulas militiæ veteris partes uberius delineet, verum & loca inprimis Biblica, in quib9 rituum apud milites tunc receptorum aliqua occurrit mentio aut quicquam inſuper, quod ad priſtinam belli rationem attinet, innuitur, abundè illuſtret. Hunc in finem conſuetudinem belligerandi univerſam ad oculum legentibus demonſtrat per integros ſex libros, quorum primo auſpicia & omina aliaque bellum antecedentia perſequitur: II. Ordinem militarem carptim delibat: III. Militarem habitum & armorum genium exponit: IV. In caſtra, aciem ipſaque prælia pergit claſſicumque & pugnam meditatur: V. Diſciplinam militum aſſumit contemplandam: VI. Denique exitum belli ſpectandum proponit ac de duplici ejus ratione ſcil. fœdere & victoria lectorem inſtruit.

GANNETASIUS. Scripta ejus palmaria.

(IV.) *Nicolaus Parthenius* GANNETASIUS, Neapolitanus S. I. (cujus Piſcatoria & Nautica recenſent Lipſ. Act. Erudit. Collect. Tom. I. Supplem. Sect. I. pag. 1. ſeqq. Halieutica ibid. Sect. XI pag. 577. ſqq. Autumnos Surrentinos Tom. XVIII 1699. m. Jul. pag. m. 330. ſqq. Æſtates Surrentinas Tom. III. Suppl. Sect. IV. p. m. 145.) in *BELLICIS* Neapoli 1699. in 8. evulgatis, quibus componendis & elimandis octo annorum horas ſubciſivas ingenioſiſſimus Auctor impendit: quibusve omnem diſciplinam militarem

Scriptum militare.

ve-

veteraque ac recentia ineundorum rité prælio-rum ac oppugnandarumpropugnandarumque urbium artificia eleganti carmine complectitur. Quod argumentum quam arduum sit atque difficile nemo non agnoscit. Operis totius libris quindecim absoluti œconomiam ipsis Auctoris versibus primordialibus, ex quibus eam nullo negotio sagacior paulo lector intelliget, exhibent *Lipsi. Act. Erud. Collect. Tom. XIX. 1700. mense Julii pag. 297. 298.*

CLASSIS DECIMA QUINTA.

Genuini ad Politicam Apparatus perquirens

APODEMICOS & HODOEPORICOS SELECTOS.

§. I.

MAgnam ex Peregrinationibus utilitatem plurimumque prudentiæ sibi capere posse Politicum & in arcana Sapientiæ atque eruditionis penetrare compluribus exemplis & insignibus rationibus demonstrari potest. In-

Scriptores Apodemici.

Interim rariſſimum eſt, ut juvenis Pragmaticæ Politicæ ſtudioſus poſſit peregrinationis juſtum hunc fructum capere, id quod docent pariter quotidiana Germanicæ juventutis exempla. De quibus id verè affirmaveris quod olim Attico adoleſcenti Socratem dixiſſe narrat Plutarchus. Querenti ſcil. cuidam quod peregrinationes ſibi nihil profuiſſent, reſpondiſſe fertur Socrates: Non immerito tibi iſtud evenit: tecum enim peregrinabaris. De Peregrinationis immaturæ incommodis orationem habuit *Johannes Roſenhane*, Baro Sueciæ, cujus meminit Joh. Schefferus in Suecia literata fol. 227. Quæ peregrinantes obſervare debeant, docet *Caſp. Scioppius* Conſult. cap. X. Quo ætatis verò tempore peregrinatio ſuſcipienda, de eo agit *Joh. Schefferus* de inform. liter. n. 30. in Tom. II. Method. Gren. p. m. 468. Add. *Stephanus Pighius* Hercule Prodicio Antvv. 1587. in 8. & *Johan. Baptiſta Ramuſius* Molti & varii diſcorſi ſopra le navigationi & viaggi fol. Venet. 1563. Vol. 3. Exhibet quoque *Joſephus Queſnel* Catal. Biblioth. Thuan. Part. I. fol. 463. ſeqq. longam ſeriem eorum, qui Hiſtorias Peregrinationum & navigationum confecerunt. Edidit quoque Syllogen variorum itinerum *Guil. Hackius* ſub titulo: A Collection of Original Voyages Londini 1699. in 8. h. e. *Sylloge variorum itinerum*, cujus contenta enarrant Lipſ. Act. Erud. Collect. T. XIX. 1700. m. Octobr. p. m. 443. 444. Nobis heic ſufficit conciſâ quadam ratione exhibuis-

buisse Apodemicos & qui his affines sunt Hodœporicos selectissimos, scil. *RUTILIUM*, ex antiqua, *Rantzovium*. & *Thevenotium* ex recentiori & *BURNETUM* ex recentissima ætate, cum nonnullis aliis.

§. II. Ex ætate antiquiori ad Classem præsentem pertinet *Claudius Rutilius Numatianus, Gallus*, qui, cum ex urbe Româ in qua amplissimis muneribus defunctus fuerat in Galliam ad avitos lares reverteretur, imitaturus exemplum Veterum, ut Julii Cæsaris, qui Hispaniense; Trajani Imperatoris qui Dacicum; Alexandri Severi Augusti, qui Persicum, Horatii Poetæ qui Brundusinum; Ovidii qui Milesium; Firmiani qui Africanum, itinera scripserunt, *libellos duos de reditu suo Roma in Galliam* anno U. C. M. C. LXIX. sive secundum Eruditorum aliquot calculum ann. Christi CCCC. XVII. composuit. In quibus præter urbem Romam ornatissimè descriptam, multa loca accuratè & egregiè describit, ac quædam cognitione non indigna sive historiam sive elegantiam spectes, immiscet. Quamobrem & subinde eruditissimi Viri huic itinerario, capite licet atque caudâ detruncato, quod dolendum! in lucem proferendo, emendando aut illustrando operam impenderunt suam. Quod cum observaret Clarissimus Vir *Theodorus Janssonius ab Almeloween*, sciretque inter varias editiones nonnullas Celeberrimorum Virorum commentariis esse adornatas, summum, ut ipsemet in præfatiuncu-

Antiquior Lectus. Rutilius.

Itinerarium ejus.

la ad lectorem præmissa refert quod potuit, adhibuit studium, ut tandem vel semel quid esset præstitum perspiceret: cujus gaudii quum nunquam se videret, nisi illa Commentaria conjunctim essent edita, fore participem; subrepsit edendorum horum omnium amor, qui quotidie ita eum ursit, ut quemvis penè super illo Autore consuleret, quo desiderio demum suo posset fieri satis. Postquam igitur rarissimum & comparatu difficillimum Josephi Castalionis exemplar, apud Virum Celeberrimum. Joh. Georg. Grævium, qui suas animadversiones accuratissimas adjecit, offendisset, aliaque ab aliis amicis conjunctioribus obtinuisset, nova eaque nitidissima Itinerarii à Rutilio conscripti editione Orbem literatum sibi devincire studuit, cujus titulus: *Claudii Rutilii Numatiani Galli Itinerarium, integris Simleri, Castalionis Pithœi, Sitzmanni, Barthii, Grævii aliorumque animadversionibus illustratum ex Museo Th. J. ab Almeloveen Amstelod. 1687. in 12.* In qua præmissis ex Giraldo Onuphrio Panvinio, Vossio & Barthio de Claudio Rutilio testimoniis atque elogiis, ejusdem duos libellos accuratè recenset, deinde Josiæ Simleri, Josephi Castalionis, Petri Pithœi, Theodori Sitzmanni, Casp. Barthii & Joh. Georgii Grævii, omni eruditionis genere refertas animadversiones exhibet, & sua tandem observata cum Tabula Geographica, iter à Rutilo confectum ob oculos ponente, subjungit.

Editionis optimæ Almelovvenianæ.

Titulus &

Contenta.

§. III

§. III. Ex Recentiorum Apodemicorum numeroso Catalogo ad usum nostrum & scopum seligimus (1.) *Henricum RANTZOVIUM*, Regis Daniæ in Ducatibus Slesvvici, Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ Vicarium quondam & Consiliarium Illustrissimum, in *Methodo Apodemica seu peregrinandi perlustrandique regiones, urbes & arces ratione*, editâ per M. Albertum Meietum Strandt Phrisium Pilvvormensem & novissime insertâ Tomo III. Methodorum Creniano. n. XVIII. pag. 557. seqq. Qua sequentia in genere inculcat momenta hodœporica singulis in locis attendenda scil. (1.) Cosmographica. (2.) Astronomica. (3.) Geographica. (4.) Chorographica. (5.) Topographica. (6.) Georgica. (7.) Nautica. (8.) Politica (9.) Scholastica (10.) Ecclesiastica. (11.) Historica & (12.) Chronologica. Adscribimus de Rantzovio judicium *Joh. Henrici Bœcleri p. m. 9. Musei edit. Argentor. M. D. LXXII. in 8.* quod ita habet: Cum incredibili adeundi Musei cupiditate teneretur hac, inter cœtera lege dictâ acceptâque domo, profectus est, uti, quid in illo doctrinarum, omnisque elegantiæ templo rerum geri, disceptari, agitari cognovisset, id omne accurate literis traditum perscriptumque conferret ac referret. Satis animadvertebat modestus, hoc præcepto & fructum suæ peregrinationis & spem ac rudimentum futuri, temporis contineri. Quapropter eos insti-

Recentiores Apodemici & Hodœporici.

1. Rantzovius.

Judicium de eo Bœcleri.

tuebat Commentarios, eas subinde ad ne-,, cessarios amicosque missitabat literas, unde &,, animus qui postea in gerenda Republ. magis,, apparuit, nosceretur, & nos cupiditate pro-,, dendi ad posteros tam egregii exempli non,, injuriâ incitaremur.

THEVENOTIUM. (II.) *THEVENOTIUM*, qui in unum corpus, omne quod augendis negotiis artibusque perficiendis judicavit proficuum, collegit, quod variorum itinerum in Asiam susceptorum, peritorum nautarum, mapparumque exactarum, quò naves in Indias Otientales feliciter ire possint, memoriarum item de negotiis, quæ ibidem fiunt, pluriumque rerum aliarum notatu dignissimarum ex novem vel decem linguis versarum relationes comprehendit, tribus Voluminibus in fol. Paris. M. DC. LXVI. *De quo Auctor Ephemerid. Erud. Tom. I. ann. M. DC. LXV. n. III. d. 19, Jan. p. m. 28. & Tom. II. n. XXXII. d. 9. Aug. pag. m. 364. ed. Lips. Nitsch. in 8. 1667. ita judicat*: Utilis labor est. Relationes pluri-,, ma notatu digna habent & pauca vulgaria.,, Nam superat Auctor omnes quas in lucem,, ediderunt alii & describere tentat illa, quæ ab,, aliis sunt omissa & ratione veritati minus,, conformi relata. Inprimis autem Itinera-,, rium conducit Regiones illas, quas Auctor,, libri visit. adire volentibus. Plurima enim,, advertit, quo pacto cavere sibi quis possit à,, plurimis periculis, quibus aliâs obnoxii sunt,, instructione illa, quam suppeditat, destituti.

Judicium de eo Aut. Ephemer. Gall.

(III.)

(III.) *MONCONYSII Mi itineris bus quinque Voluminibus descriptis*, quibus nihil temerè prætermisit, quod observatu dignum est doctioremque meliorem hominem reddere potest, præcipuè tamen naturæ arcana rimari, adire viros doctrina inclytos & florentes, antiquitatis perscrutari monumenta suarum esse partium arbitratus est. Dignus utique liber varia multipliciq; eruditione refertus, qui, prima vice Lugduni Gallorum ann. 1666. in 8. prodierat, ut altera vice, sed à gravissimis erroribus purgatus, Parisiis in 12. 1695. publicæ luci exponeretur. *Auctor Ephemerid. Ernd. Tom. II. n. XLII. d. 29. Mart. 1666. pag. 138, 139. & n. XIX. d. 10. Maj. ejusd. anni pag. 212. sqq. edit. Lipsi. in 8. Nitsch. 1667.* Si „ Monconysio (*inquit*) suppetiisset tempus, ut „ digerere potuisset observationes omnes, quas „ fecit in itineribus suis, opus composuisset „ quod satis æstimari non posset. Verùm „ quoniam vivere ferè desiit simul ac desiit iter „ facere, Diarium saltem nobis reliquit imper „ fectum quod nonnisi sui causa conscripsit. „ Multa enim habentur ibi particularia inutilia „ quæ sine dubio omisisset, uti & multa contra adjecisset, quæ ad operis perfectionem „ desiderantur. Nihilominus tamen, quale „ cunque demum sit hocce Diarium, est tamen „ rebus notatu dignis plenum. Continet e „ nim innumera & rarissima & extraordinaria „ quæ satis monstrant excellentiam ingenii Spi „ ritusque Auctoris valorem. Habetur ibi a „ ni-

Mon conysius.

Judicium de eo (1.) Aut. Ephemerid. Gall.

Digitized by Google

nimalium plurium pluriumque plantarum, rariſſimarum deſcriptio, habentur Medicinæ, & Chymiæ arcana, machinæ Mathematicæ, experimenta Phyſica & rationes egregiæ circa plura naturalia. *Lipſienſes Act. Erud. Collect. T. XV. 1696. m. Januar. p. 1. ſq. addunt: Omnes omnium artium & ſcientiarum cultores hinc profutura ſibi capere poſſe. Verba ita habent:* Divinis literis operam navantes non pœnitebit legiſſe, quæ de Creatione prolixè diſſeruit Monconyſius, cum à nonnullis in Ægypto degens, ut Chriſtianorum ea de re exprimeret ſententiam rogatus eſſet. Judæis quoque quænam de Servatore Chriſto ſedeat ſententia, quam ridicula ſint & jejuna & cum veritate æquè ac pietate pugnantia, quæ perfida gens de eo commenta eſt, itidem exponit ex Judæorum in Ægypto viventium quæ hauſit ore referens. Sed & quæ de Syria, Palæſtina in univerſum & maximè de Urbe Hieroſolymitana commemorat, Theologos juvare poſſunt aut certè delectare. Hiſtoricis cumprimis & Geographis plena uberrima, que pulcherrimarum rerum hic efflorescit ſeges. Sed & meritis in rem literariam maximè illuſtres Viros, Carolum Dati, Robertum Boylium, Ottonem Gherickium & alios hic ſubindè celebrari videas. Qui verò antiquis monumentis delectantur, campum hic amplisſimum invenient, in quo ingenii vires exerceant aut feſſam gravioribus curis mentem reficiant. Præterea rarioris & deli-

Lipſienſium Collectorum

ca-

catioris doctrinæ lectoribus & amatoribus, impertit Monconysius musæa & gazophylacia curiosa, quà publica, Dresdense, Bruxellense, Acad. Lugd. Magni Ducis Hetruriæ, qua privata, Feschii, Peyrescii, Plateri, Bourrillii & aliorum quæ insigni studio descripsit & quid in unoquoque visu observatuque dignum conspiciatur, diligenter designavit. Nec picturas rariores celebrioresque quæ Romæ, Florentiæ & alibi locorum visuntur, prætermisit. Sed hæc quidem omnia utut, ingenium studiumque Autoris satis arguant, aliud velut agendo observâsse videtur, si, conferantur cum illis, quæ ad naturalem scientiam, Mathesin Medicamque artem spectant. Hic enim infinitam seriem instrumentorum & machinarum accuratissimè descriptarum; hic animalia rariora, plantas arboresque, flumina & montes & quicquid fœcundissima rerum mater natura habet, sive palam id ostentet, sive sinu suo intimo abditum reconditumque complectatur, quo in admirationem rapit curiosas mentes, videre & accuratius contemplari licet. Neque verò tantùm quæ ipse vidit audivitque, refert, sed in rationes causasque subinde inquirit & prolixiori discursu nonnulla prosequitur.

(IV.) *Constantinum Germanicum*, sive qui sub hoc nomine latet, *Philippum Andream OLDENBURGERUM, Epistola ad Justum Sincerum de peregrinationibus Germanorum rectè instituendis Cosmopoli 1668. in 12.* OLDENBURGERUS.

Quæ

Quâ Auctor omnes Germaniæ aulas perſtringit, arcana detegit, vitia notat, etiam quid boni habeant exponit, magna tamen libertate. De hoc Itinerario *Ludovicus Veronenſis* relationem ſcripſit ad Johannem Henricum Bœclerum, in qua non ſolum ſingula adprobat ſed plenius quandoque exponit. Cui tamen *Euſebius Furſtenhold* examen ſuum oppoſuit, 1670. in 12.

Recentiſſimi Apodemici & Hodœporici Selecti.

§. IV. Inter Recentiſſimos Peregrinationum & Itinerariorum Scriptores, ſimilis, qui inter Recentiores, graſſatur defectus, quod pro ſtatu noſtri temporis, nullum adhuc habeamus, qui rationem peregrinandi politicam verè deſcripſerit. Unde & hic pariter applicandi veniunt & ſeligendi, qui exempla peregrinationum ritè inſtitutarum deſcripſerunt.

Burnetus.

Tales ſunt ex Catalogo ſelectiori (I.) *Gilbertus BURNETUS*, Theologus Anglus, *in Itinere in Helveticos & Italiam partesque quasdam Germaniæ & Galliæ anno 1685, & 1686. ſuſcepto, cum illuſtris alicujus Viri annotationibus de Helvetia & Italia.* Roterod. apud. Abr. Acher. Gallicè & Germanicè Lipſiæ 1687. in 12. Ex quo, brevi quamvis libello, Italico primum idiomate edito poſt in Gallicum & nunc etiam in Germanicum traducto, luculentiſſimè conſtat, quantum interſit, quo fine, quo apparatu, quo judicio, quâ induſtriâ itinera fiant aut deſcribantur. Aliter nempe alioque ſucceſſu & emolumento peregrinantur juvenes, aliter Viri; aliter docti, aliter indocti: aliter be-

nè morati & graves aliter leves & voluptuosi: aliter locupletes & honorati: aliter tenues & viles. Cum verò Auctori Clarissimo insignia adfuerint adminicula, quibus instructus, iter illud, brevi licet tempore, cum egregio profectu expedire & quæ in eo observavit, publicare potuerit, factum est inde, ut hic liber, quamvis exiguæ molis, inter æstimatissimos haud dubiè reponatur.

(II.) *Joh. Baptista PACICHELLUS*, qui cum Roma in Germaniam sub schemate Auditoris Legationis Pontificiæ ad Rhenum mitteretur, occasionem nactus universam propè Europam, quà Christiana est, perlustravit, peregrinationisque suæ historiam variis Amicis intra Italiam ferè habitantibus, transmisit. Ex Epistolis hisce opus enatum est, quod inscribibitur: *Historia itinerum per Europam Christianam, ad varios occasione sui muneris perscripta à Joh. Baptista Pacichelli Neapoli 1685. in 12. Vol.* IV. ob varietatem rerum, quas exhibet, curiosorum industriâ haud indignum, in cujus argumentum pauca ex ingenti copia decerpta apponunt *Lipsienses Act. Erud. Collect. Tom. VI. 1687. mens. Septembr. p. m. 505. sqq. & mens. Decembr. p. m. 703. sq.* Pacichellus.

(III.) *ROBERTUS BOYLEUS*, Armiger & Societatis Regiæ Anglicanæ Sodalis in Schediasmate Anglicano cujus titulus: *Capita generalis Historiæ naturalis regionum tam magnarum quàm parvarum, in usum peregrinatorum & navigantium quondam consigna-* Boyleus.

ta ab Honorat. Dn. Rob. Boyle. Londini 1692. in 12. Nempe cum acceſſiones illæ, quæ ſeculo recentiori factæ ſunt ad hiſtoriam naturalem, plurimum debeant peregrinationibus, quæ terra & mari fuerunt inſtitutæ, nec tamen omnibus ita facientibus, ingenio licet valeant, ſuccurrant ſtatim omnia, quæ in regione quavis inveſtiganda ſunt, aut methodus, qua quæſtiones ad augmentum ſcientiæ naturalis pertinentes ſunt inſtituendæ; operæ pretium facturus ſibi viſus eſt illuſtris Boyleus, ſi rem totam ad ſumma quædam revocaret capita. Atque hæc quoque, cum luce adhuc ipſe frueretur, in lucem edere conſtituerat, Virorum quorundam curioſorum motus flagitatione, ſed quod morte præventus exequi non potuit, amicus quidam ejus in ſe ſuſcepit, qui hinc inde varia inſeruit notatu digna peregrinantibus proficua cum particularibus obſervationibus maximè notarum regionum. Primum ergò proponuntur, quæ ratione cœli, aëris, aquæ atque terræ ſunt conſideranda; deinde quæ illis qui ad remotas excurrunt regiones inprimis ſunt obſervanda; tandem ſpeciales quæſtiones, partim mineralia, partim vegetabilia reſpicientes, explicantur. Ad particulares directiones quod attinet, monentur peregrinantes, ad quæ attendere debeant in Turcia, Ægypto, Guinea, Polonia, Hungaria, Tranſylvania, Suratta, Perſia, Virginia, Guajana & Braſilia inſulisque Antilles & Caribes: ut ſcil. ea, quæ de illis regionibus nobis relata fuêre vel confirmentur vel tanquam falſa rejiciantur; (IV.)

(IV.) *Maximilianus MISSONIUS*, qui triginta & septem epistolis complexus est quicquid memoria dignum observavit in itinere è Belgio per Germaniam in Italiam suscepto, quibus titulum fecit: *ITINERARIUM NOVUM ITALICUM anno 1688. conscriptum.* Prodierunt Gallico idiomate Hagæ Comit. 1691. in 12. Maj. Vid. Lipsi. Act. Erud. Collect. T. XI. 1692. m. Jul. p. m. 302. seqq. & Conf. *Anonymi Itinerarium Italico-Gallicum* Lugd. 1693. in 8. apud eosdem Tom. XII. 1693. mens. August. pag. m. 353. it *Wilhelmi Antoni novum Itinerarium Italicum* Lond. 1691. in 12. ibid. pag. 356. it. *Francisci DESEINE novum Italiæ Itinerarium* Lugd. & Romæ 1699. in 12. apud eosd. Collect. Tom. XIX. 1700. m. Febr. pag. 94. Missonius.

(V.) *PHILIPPUS APRILIS*, è societate JEsu, qui à superioribus suis delectus, è commodiori viæ per mediterranea Asiæ in Chinam, in qua deinceps Missionarii Apostolici munere functurus erat, investigandæ, postquam voti sui, Moscovitis præcipuè, per quos viam ad Chinenses tentabat, obstantibus, compos fieri non potuit, itineris tamen sui rationes publico scripto reddere consultum duxit: cum potissimum laborum suorum fructum carpturus, ut peregrinationis Sinicæ ritè instituendæ diversas rationes à Russis & Tartaris nonnullis, quibuscum consuetudo & familiaritas ipsi intercesserat, acceptas Europæis panderet. Titulus operis Gallicè conscripti La- April.

tinè ita habet: *Peregrinatio per diversas Europæ Asiæque regiones. Parisiis 1693. in 12. cum Iconismis VIII.*

Tollius. (VI.) *Jacobus* TOLLIUS *in Epistolis Itinerariis* ex Auctoris Schedis posthumis recensitis, suppletis, digestis annotationibus & figuris adornatis curâ & studio *Henrici Christiani Henninii* Amstelod. 1700. in 4. quibus describuntur Itinera quædam per Germaniam, Hungariam & Italiam, quæ Tollius instituit, cum in illustri Clivienſium Academia, quæ Duisburgi ad Rhenum floret, esset Historiarum & Eloquentiæ Latinæ ac Græcæ Professor ordinarius. Bonis scil. auspiciis mense Januario anno 1687. iter ingressus est Tollius indultu ac sumtu Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici *Friederici Wilhelmi Magni*, salvis interim Professionis suæ emolumentis, ita, ut præclaræ istæ epistolæ liberalitati Brandenburgicæ acceptæ sint ferendæ. Solebat enim Vir Clarissimus in toto itinere, si quid spectatu aut notatu dignum occurreret, in schedulas statim per modum adversariorum linguâ Belgicâ conjicere, aut fugaci tantùm plumbo scriptorio adnotare: quibus ex notulis & miniatulis quasi ceris natæ postea sunt hæ epistolæ, sed quibus ultimam manum admovere nunquam sustinuit Auctor, cum an edere unquam illas vellet, varias ob causas dubio hæreret. Carendum igitur fuisset omni fructu opellæ istius, nisi medicam & salutarem

Epistolarum Origo.

suam

suam manum iis admovisset Vir Clarissimus, *Henricus Christianus Henninius*, qui raro hisce temporibus & moribus exemplo reconditas atque interiores literas cum medicæ artis peritia felicissimè conjunxit, & utriusque studii professionem in Clivensi Athenæo summa cum laude sustinuit. Hic igitur ut amico suo etiam post fata gratificaretur, posthumas ejus schedas diligentissimè excusit, & ex illis omnes has epistolas sua manu descripsit; quod ipse Tollius minutissima litera illas consignasset ac tot lituris fœdata ut impossibile futurum fuerit Typothetarũ filiis suis illas formis describere. Sicubi autem MSC. Tollii hiare videbatur, aut sensum obscurum præferebat, tunc adversaria ejus Belgica Clarissimus editor consuluit, eaumque ope nonnunquam & aliarum Tollii lucubrationum hiatus & lacunas passim relictas supplevit. Sed hisce omnibus longè graviorem Reipublicæ literariæ operam præstitit, dum jucundissimam pariter & utilissimam Annotationum & observationum suarum silvam epistolis Tollianis subjecit; in illis enim ea quæ obscurius à Tollio fuerant proposita, illustrat, omissa superaddit, pressa nimis deducit, adeoque id unicè sibi habuit propositum, ut lectori simul prodesset, eundemque jucunda variarum rerum cognitione delectaret. Tabellas quoque æneas, quæ necessariæ videbantur suis locis inserendas judicavit, quæ animos pariter legentium & oculos jucunda sui contemplatione pascerent. Denique ut etiam

Editionis ratio.

poſteritati conſtare poſsit qua fide & ſincerita-
te verſatus fuerit in recenſendo hoc defuncti
amici opere ipſas Tollii manu exaratas Epiſto-
las, unà cum ſchedulis ad easdem pertinenti-
bus in Archivo Academiæ Duisburgenſis de-
dicavit & repoſuit, ut volentibus olim copia
& facultas eſſet edita cum αὐτογεάφῳ confe-
rendi. Contenta Epiſtolarum ſummaria con-
tracto labore ſiſtunt *Lipſienſ. Act. Erudit. Col-
lect. Tom. XIX. d. ann. 1700. menſe Junii pag.
m. 274. ſeqq. & Rudolphus Neocorus atque
Henricus Sickius Bibliotheca librorum novo-
rum Tom. V. M. DC. XCIX. menſe Novem-
bris & Decembris num. III. pag. m.
721. ſeqq.*

Contentorum inſinuatio.

CLAS,

Digitized by Google

CLASSIS DECIMA SEXTA & ULTIMA.

Genuini ad Politicam Apparatus GENEALOGICOS obiter, luculenter autem recenſens HERALDICOS SELECTOS.

§. I.

INſidet quædam in optimo virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis, ſed cum omni poſteritate adæquandam. Optimus quisque nunquam tàm parvi videtur eſſe animi, qui in his vitæ periculis laboribusve verſatur, ut ſecum ſimul omnia moritura arbitretur. Optimus quisque non animi ſolum vir-

Scientiæ Genealogicæ atque Heraldicæ ortus ac in Politicis uſus

virtutis & consilii monumenta, sed & corporis ac generis incunabula & operum simulacra, relinquere allaborat à summis ingeniis expressa & polita. Enata sunt exseptimo illo optimorum hominum appetitu, Imperatorum, Pontificum, Regum, Cardinalium, Ducum, Comitum, Nobilium & aliorum tàm dignitate Politicâ quàm eruditione literariâ illustrissimorum, Symbola, Stemmata, insignia & similia monumenta, quorum & notitiæ & praxeos tantus est in vita civili usus, civilis doctrinæ studioso salutaris, quantus quidem ullius rei scitu & tactu Politico genuino necessariæ, esse potest aut debet. Locum enim & hic quoque illud JCtorum scitum ff. ult. Institut. de I. N. & G. habere potest, *parum est jus nosse, si personæ* (addimus & familiæ earumque dignitas ac qualitas) *quarum causa constitutum est, ignorentur.* Harum scientiarum præsidio innituntur omnes omnino Imperiorum, Regnorum, Principatuum & familiarum illustrissimarum *dignitates:* Harum scientiarum subsidioexaminantur controversiæ illustres inter familias subortæ de familiarum ortu, agnationum & cogitationum gradu, successionisque jure debito, & firmantur hac ratione atque definiuntur *successiones:* Harum denique scientiarum beneficio (ut multa paucis comprehendam) & jura Principum optimè vindicantur & quæstiones de statu publico recte ritèque dijudicantur, & solidâ ratione, si non determinantur semper, illustrantur tamen Augustis-

lissimarum Personarum *Prætensiones*. Re-
censitis igitur hactenus Scriptoribus, qui ad ge-
uinum genuinæ Politicæ apparatum condu-
unt, in omni genere selectissimis, ad ultimos
ndem devolvimus eosdemque utilissimos
uidem ac elegantissimos sed rarissimos & dif-
cillimos, GENEALOGICOS scilicet
tque HERALDICOS. De Genealogi-
is non est, quod in compendio quædam dica-
us, quoniam causa omnis compendiaria di-
a est à Clarissimo legum Interprete & Exo-
atissimo Historiæ Literariæ Promotore, *Bur-
rdo Gotthelff Struvio in Biblioth. Histor. cap.
XXI. §. XI. & XXII. pag. pag. 789. & 802.* De
eraldicis ea dicemus, quæ colligere ad hunc
que diem inquirendo licuit, & quidem tùm
uoad apparatum eorum confusum & inordi-
atum, tùm quoad apparatum eorum distin-
um & ordinatum.

§. II. *Apparatus Bibliothecæ Heraldicæ confusus ac inordinatus* est ille, quo recensen-
r Scriptores Heraldici vel sine Alphabetico
dine, vel cum ordine quidem Alphabetico,
glecto tamen debito patriæ statu & operis
l Auctoris generalis atque specialis selectu,
hibuit con[illegible]fum talem & minus ordinatum
dinem sine Alphabetico ordine Reverendis-
us quondam ac Literatissimus, *PHI-
IPPUS JACOBUS SPENE
US in THEORIA INSIGNIUM*
quidem *Syllabo præcipuorum Auctо-
m*, Præfationi ad Lectorem subjun-

Appara tus ad HERAL- DICOS confusus & inor- dinatus.

to: cum ordine Alphabetico. *Fried. Wilh. Shumacherus* in der kurtzgefaßten Teutſchen Wapen-Kunſt Cap. XVIII. tot. quod inſcribitur: Von denen *Autoribus* die von Wapen-Sachen geſchrieben, pag. 162. ſeqq.

Exhibemus & nos confuſam iſtiusmodi & minus ordinatam Bibliothecam Heraldicam ordine Alphabetico inſtructam in ſequenti Catalogo.

Ammani (*Juſti*) Wapen-Buch / darinnen leere Schilde und Helmen künſtlich geriſſen. Franc. 1579. in fol.

L'Anglois (*Pierre*) Diſcours de Hieroglyphes, Emblemes, Diviſes & Armoires. Pariſ. 1584. in 4.

Anſelm (*F.*) Le Palais d'Honneur ou les Genealogies des illuſtres Maiſons de France & des plus Nobles Familles de l'Europe Pariſ. 1668. in 4.

Bado Aureo (*Johannes*) Tr. de armis cum notis Edvv. Biſſæi. Lond. f. 1654.

de Bara (*Hierome*) Le Baſon des Amoires. Lyon. 1581. fol. Paris. 1587. & 1628. f.

Barnes (*Juliana*) The Gent lemans Academie, orthe Boockof. pag. 5. Albans Containing the Laſtof. Armory Lond. 1595. in 4.

Biſſæi (*Edoard*) Equitis Aurati Notæ in Uptonum de ſtudio militari in Joh. de Bado Tr. de armis & in Spelmanni Aſpilogiam. Lond. 1654. fol.

Blount

unt (*Thomæ*) The Art of making deviſes, treating of Hieroglyphices, Symboles, Emblemes, Ænigmes. Lond. 1646. 1650. in 4.

ckler (*Georg. Andr.*) Arch. & Ing. Ars Heraldica germanicè. Nürnberg. 1687. in 8.

iſſeau (*Jean*) Promptuaire Armorial & General diviſé en quatre parties. Pariſ. 1658. in fol.

lton (*Edmond*) The Elements of Armories. Lond. 1610. in 4.

ſwel, or *Boſwil* (*John*) Worcks of Armory, divided into 3. Boocks intituled The concordanæ of Armory. Lond. 1597. in 4.

lengeri (*Jul. Cæſ.*) Romanus Imperator, ubi de Inſignibus Imperii, purpura diademate. Pariſ. 1614. in 4.

ſhingii (*Caſp.*) Profeſs. Publ. Hamburg. Einleitung zu der Herolds-Kunſt III. Theil. Hamb. 1694. in 8.

mden (*William*) Equ. Remaines concerning Britannie: The Langvagves, Names, Surnames, Alluſions, Anagrammes, Armoires, Monies. Lond. 1604. 1614. 1637. in 4. & 1674. in 8.

rter (*Matthæus*) Equ. Honor Rediv. or an Analyſis of Honour and Armory. Lond. 1655. 1660. & 1673. in 8.

lleger (*C. Le*) Methode tres facile pour apprendre le Blaſon Pariſ. form. pat. 1669.

ke (*Edw.*) in The Firſt of the Inſtitutes of the lavvs of England. Lond. 1629. f.

Dugdale

Dugdale (*William*) *Equ. Aur.* The ancient usage in bearing of arms With the present Nobdity of England. Oxon. 1682. in 8.

Eheri (*Pauli*) Historica des Lebens/Leidens/ Sterbens/ Aufferstehung und Himmelfahrt Christi in ein Wapen-Bild verfasset. 1568.

Estienne (*Henry*) L'art de faire les divises, où il est traitté des Hieroglyphiques, Symboles, Emblemes. Paris. 1645. in 8.

Farnesy (*Henr.*) *Eburo JCto* de Simulacro Reip, seu de Imaginibus Politicæ & Oeconomicæ virtutis Lib. IV. quibus illustrium familiarum Insignia, Emblemata, Hieroglyphica, Apologi &c. Papiæ 1591. in 4.

Faichati (*Claudii*) Origines des Chevalliers, Armoires &c. Paris. 1600. in 8.

Favine (*Andr.*) Le Theatre d' Honueur & de Chevalierie Tom. II. Paris. 1620. in 4.

Feron (*Joh.*) The Blazon of Gentry. Lond. 1586. in 4.

Fovea (*Francis de*) A Treatise concerning imperfect colours (Saith Gerard Ligh.)

Franst (*Abra*) Insignium, armorum, Emblematum &c. quæ ab Italis impresse nominantur, explicatio. Lond. 1588. in 4.

Gelioti (*Lourani*) Lavraye & parfaite science des Armoires, ou indice Armorial, augmentè par Pierte Palliot. Dyon 1660.

Gibbonii (*Joh.*) Introductio ad Latinam Blasoniam: an essayto à more correct Blason in Latine. Lond. 1681. in 8. Go-

ræ (*Thomæ*), Catalogus Autorum, qui de re Heraldica scripserunt. Oxon. 1674, in 4.

ibelii (*Joan.*) Insignia quorundam Nobilium ordinis Equestris. Francofurt. 1591. in 4.

iliel. (*Joh.*) A display of Heraldry. Lond. 1611. f. 1632. 1638. 1660. 1666.

ffmanni (*Eliæ*) Stamm- und Wapen-Büchlein in Kupffer gestochen. Franckf. 1592. in 8.

pingk (*Theod.*) de jure insignium & armorum. Norib. 1642. in fol.

igemantelus (*Hier. Ambros.*) Panoplia seu Arma omnia gentilia Augustanorum Patriciorum. Aug. Vind. 1672. in 8.

vens. (*Johannes*) Gandavensis, Boomgart der Wapenen / in houdende de Wapenen van vele Edele Huysen de Nederlauden. Gent. 1567. in 4.

gh (*Ger.*) The Accidence of Armery. Lond. 1568. 1591. 1597. 1612. in 4.

ucci (*Phil.*) Insignia Cæs. Maj. Principum, &c. Franc. 1597. in 4.

on Löwen (*Hans Casp.*) Wapen-Buch des gantzen Europæ. Freyberg. 1607.

ilingre (C.) Historiographe, Traite de la loix Salyque, Armes, Blasons & Devises des Francois. Paris. 1614. in 4.

nestrerii (*Claud. Franc.*) Lugduno-Galli, h. Ars Heraldica explicandi insignia Gentili-

tilitia. Lugd. 1659. in 16. Ars eadem confirmata 1661. in 12. Ludus Heraldicus ibid. 1671. in 12. Veritate Art du Blason.

Monet (*Philibert*) Origine & Pratique des Armoires à la Galoise. Lyon. 1631. in 4.

Moyne (*Petre de*) S. I. de Arte Heraldica Galliarum. Paris. 1660. in 4.

Morgan (*Sylvani*) The Sphere of Gentry, deduced fronthe Principles ofnature, an Historical and Geneelogica Book of Armes ard Blazons in 4. Lond. 1661. fol. Armilog. Lond. 1666. in 4.

Palliot (*Petri*) Parisini Typographi Divionensis Index armorialis cum recensu Scriptorum Heraldicorum. Gallicè Divionæ, 1660. fol. 1661. fol.

Peacham (*Henr.*) M. A. in Cambridge, The compleat Gentlemann. Lond. 1622. 1634. 1661. in 4.

M. Paulus, Patet, Hungarus, Insignia Turcica, ex variis superstitionum tenebris orientalium maximè populorum, geminâ disquisitione Academicâ, in illustri Salana nunc primum in lucem protracta, ad Summum Virum Philippum Jacob. Spenerum. Jenæ in 4.

Petrasancta (*Sylv.*) Romani S. I. Tesseræ Gentilitiæ ex feudalium legibus descriptæ: Romæ 1638. fol. Liber rarissimus. De Symbolis Heroicis Lib. IX. Antvverp. 1634.

Philipot (*Thomæ*) Angli, Discursus Historicus de Origine & Progressu Artis Heraldicæ, de-

Digitized by Google

demonſtrans, quibus fundamentis hæc nobilis ſcientia nitatur. Angl. Lond. 1672. in 8.

chius (*Pompejus*) JCtus de Inſignibus familiarum Lib. II. Lucæ 1576. in 4.

guttarii (*Joh. Chriſt.*) Corpus Hiſtorico-Heraldicum de Honoribus, ornatu & inſignibus Heidelb. 1672. in 8.

xo (*Bartolus de*) I. C. de Inſigniis & armis. Exſtat apud Priſſæum cum notis in Nic. Uptonum. Lond. 1654. fol.

hefferus (*Joh.*) de antiquis verisque Regni Sueciæ inſignibus. Holmæ. 1678.

hohier (*Joh.*) Bean montois l' Eſtat & comportement des armes Bruxelles. 1597. fol. & Pariſ. 1630. fol.

hrot (*Mart.*) Wapen-Buch des Römiſchen Reichs. München, 1576. in 4. 1551. in fol.

Schumacher (*Fried. Wilh.*) Phil. M. Jur. Cult. kurtzgefaßte Teutſche Wapen-Kunſt. Jenæ 1694. in 8.

hurtzfleiſchii (*Conr. Sam.*) de Nobilium inſignibus. Wittenb. 1678. in 4. Diſput. pecul.

gving (*C.*) Armorial univerſel des principales armes de l' Europe. Pariſ. 1654. fol.

Siebmachers (*Joh.*) von Nürnberg neu Wapen-Buch. Noribergæ. 1605. in 4. I. Theil. 1603. in 4. II. Theil. 1657. in 4. Vte Theil.

Schwallegans (*M*) Wapen der Städte

und

und Geſchlechter in Holland und Weſtfrießland. Amſterd. 1677. f.

Soudiero di varii de ſegni d' arme è targhe di Bernardino Radi Forenza. 1636. f.

Speelmanni (*Henr.*) Aſpilogia Lond. 1651. f.

Speneri (*Phil. Jac.*) Hiſtoria Inſignium Illuſtrium ſeu Operis Heraldici pars ſpecialis. Francof. 1680. fol. Pars generalis ſeu Theoria Inſignium. Francof. 1690. de inſignibus familiæ Saxonicæ. 1668. in 4.

Varennes (*Marc. Gilb.*) Borbon. Galli Rex armorum ſeu Ars formandi inſignia ſeu teſſeras gentilitias Nobilium familiarum Pariſ. 1635. 1640. fol.

Uptoni (*Nicol.*) Libri IV. de Studio militari Lond. 1654. in fol.

Waterhouſi (*Edvv.*) Equitis, A diſcourſe and defence of Armes and armory. Lond. 1660. in 8.

Weberi (*Immam.*) Examen artis Heraldicæ 1696. in 8. Francof. et kurtzer Begriff der Herolds-Kunſt. 1696. in 8. ibid.

Weſſels (*Wilh.*) Heßiſches Wapen-B. Franc. 1623. in 8.

The Worde (*Witokkin*) Armorum artem primus protulit & ternis linguis illuſtravit Impreſs. Weſtmonaſter. 1686. & 1496. fol.

Wyrley (*William*) The True uſe of Armory &c. Lond. 1592. in 4.

De Ulſon (*Marcus*) La Science Heroique, Traitant de la Nobleſſe. De l'origine des

M-

armes, de leur Blasons, & Symboles des Tymbres. Bourlets canonnes &c. Paris. 1644. & 1669. fol. Recueil de plusieurs pieces & figures d' armoires obmises par les Autheurs, qui ont ecrit jusques ici de cette science, Paris. 1693. fol.

ANONYMI.

Cæsar Armorial. Paris. in 8.

Das erneuerte Wapen-Buch des Heil. Römischen Reichs Potentaten / Fürsten / Herren / Edlen / Stände / Städte / Nahmen / Wapen / Schilde / Helm / Kleinodien. I. Theil. Nürnberg. 1654. II. Theil. ibid. 1655. mit einer Vorrede vom Tournier. III. Theil. ib. 1656. IV. Theil. 1657. V. Theil mit einer Vorrede von der Würde des Adels. ib. 1657.

es anciennes Enseignes & Estandartes de france de la chappe de S. Martin &c. Paris. 1637. in 4.

iscours de l' origine des Armes & des Termes recens & Usites pour l' explication de la science Heraldique.

troduction au Blason des Armoires en faveur de la Noblesse Francoise. Paris. 1631. in 4.

rigine de l' Art du Blason avec le Dictionaire Armorial ou Explication des Termes La-

tines de l' Art. Lyon. 1659. in 4. Le Blaſon des Couleurs en Armes Liveries & deviſes. Pariſ. in 8,

Triomphe d' Armes Heraldiques. Pariſ. 1650. in 4.

Obſervationes Eugenealogicæ & Heroicæ, materiam Nobilitatis Gentilitiæ, Inſignium &c. complectentes. Colon. 1678. in 4.

Wapen des Römiſchen Reichs Teutſcher Nation als Käyſerl. und Königl. Maj. Churfürſten / Fürſten / Grafen. &c. Franckf. 1570. fol.

Apparatus ad HERALDICOS diſtinctus & ordinatus.

§. III. *Apparatus Bibliothecæ Heraldicæ diſtinctus & ordinatus* eſt ille, quo recenſentur Scriptores Heraldici ſine Alphabetico quidem ordine, diſtincto tamen patriæ ſtatu & numero Auctoris atque operis generalioris à ſpecialiori diſtincti ſelecto. Talem igitur nunc adornaturi ad *Germanos* non primum convertimus HERALDICOS & ex iis quoad *Syſtematicos* ſeligimus Hœpingium, Siebmacherum, Spenerum, Imhoſium, & Rudolphum: quoad *Compendiarios*, Weigelium, Buſſingium, Weberum, Schumacherum & Gottſchlingium; deindè ad *ANGLOS* & ex iis ſeligimus Uptonum, Badonem, Speelmannum, Biſſæum, Gibbonem, Dugdalium, Philopp tum & Goreum; porrò ad *GALLOS* & ex iisdem ſeligimus Vulſonium, Paliotum, Monetum, Moynium, Meneſtrerium & Vallemontium: denique ad *ITALOS* &

ex

ex iis enotamus Campanilleum, Petrasanctam, Catarium & Beatianum. Ex Heraldicis GERMANORUM Scriptoribus eorundemque systematicorum selectiori numero primo recenſendus est loco prim9, qui ex nstituto opus liquod Generale simul & speciale Heraldicum composuit, *Theodorus* scil. *Höpingius* Germanus, Susatensis Westphalus, J. U. Doctor, primùm Oratoriæ & Historiarum Professor Marpurgensis, pòst Advocatus & Syndicus Friedbergensis, qui posterorum usibus concessit consilia juridica, collegium Institutionum & feudale, Commentarium in Libros V. Institutionum Syntagma, de Notis naturalibus Genitivis & Gentilitiis, Tractatum de Insignium & armorum jure & quæ sunt alia, ex quibus nunc solum Tractatus ille de INSIGNIBUS venit enarrandus. Inscriptio operis Heraldici tàm Generalis quam Specialis Höpingiani ita habet: *De Insignio sive armorum prisco & novo jure Tractatus Juridico-historico-Philologicus, in quo dignitatis, militiæ, gentis, Pontificalia, Imperialia, Regia, Electoralia, Archi-Ducalia, Ducalia, Principalia, Comitum, Baronum, Civitatum Imperialium, Liberarum Rerumpublicarum, Provinciarum, Collegiorum, Universitatum, Academiarum, Heroum, Equitum, Nobilium, Dominorum, Fecialium, Heraldorum, Armigerorum, Beneficiariorum, Officialium, Nunciorum, Satellitium, &c. Insignia horum apellationes varias: descriptiones: genera: origines:*

GERMANI HERALDICI.

Höpingius.

Tractatus ejus de Insignibus.

Digitized by Google

Titulus. *nes : causæ : occasiones : Personæ deferendi ea facultate pollentes vel minus : modi acquirendi : Clypei : Scuta : Imagines: Colores: Metalla : Galeæ , earumque ornatus : Coronæ: Cristæ : Alæ: Sustentacula : loca, quibus expinguntur , cælantur , suspenduntur publica ac privata : propria & aliena : Modus ritè conficiendi ac collocandi: Causæ finales : usus potestas & effectus diversi : actiones & judicia tàm possessoria quàm petitoria, pœnalia & fiscalia : Remediaque alia competentia : Probationum ratio multiplex: Amissio , exstinctio , abolitio : Processus circa hæc servandus : Denique affinia velut : Signorum militarium & vexillorum : Notarum Gentilitiarum : Stigmatum & cicatricum : Imaginum ; Statuarum & Simulachrorum Græcis & Romanis receptorum : Nominum : Titulorum : Inscriptionum ; Aureorum annulorum : Symbolorum & Emblematum ; Sigillorum ac denique Syntheſium ac Divisiarum jura. Ex Sacro Bibliorum Codice, Jure Canonico, civili, Constitutionibus imperialibus , P. Patrum, Theologorum, JCtorum, Medicorum, Historicorum , Poetarum , Philosophorum & Classicorum Auctorum scriptis: Cameræ Imperialis aliorumque Senatuum & Curiarum decisionibus , præjudiciis & votis, servatâ fide Historicâ & insperſis hieroglyphicis, controversiisque passim incidentibus accuratè resolutis in communem Reip. Romanæ & Rei literariæ cumprimis JCtorum & Antiquariorum usum theoreticum & practicum summo studio*

&

& labore recens eruuntur, discutiuntur & eno-
dantur: Auctore Theodoro Hœping Susatensi
Westphalo J. U. D. Imperialis Cæsareique apud
Friedbergenses Castri Advocatô & Syndicô. Cum
Idea Operis, Capitum summis, Auctorum, Re-
rum & Verborum Indicibus locupletissimis. No-
ribergæ Typis & Sumtibus Wolffgangi Endteri.
M. DC. XLII. Methodum Operis ipsius Methodus.
Autoris verbis proponimus desumtis ex præ-
atione, ad lectorem quorum hic est tenor: *Ag-*
ressus sum opus utique impeditum, laborem,,
aud communem, negotiumque curæ & vi-,,
iliarum plenissimum. Nec me ab incepto,,
eterruit, quod præter unicum *Bartolum*, Ju-,,
s lucernam, nullus ferè de amplissima Insi-,,
nium supellectile ex professo quicquam pu-,,
licârit & intacta hactenus præclaro conatu,,
iligentius excusserit, sed omnes obviis, quod,,
unt, manibus & primoribus labris, uti ex,,
Ctis sunt, Andreas Tiraquellus, Antonius,,
ola, Antoninus Tessaurus, Guido Panciro-,,
s, Arisminus Tepatus, Dominicus Cardi-,,
lis Tuschus & alii; ex Medicis, Historicis,,
Philologis Wolffgangus Lazius, Ulysses,,
ldrovandus, Carolus Paschalius, Hierony-,,
us Henninges, Elias Reusnerus, Johannes,,
mnæus cum similibus, aliqua solũm fra-,,
nenta ceu stigmosâ quodammodo structurâ,,
ntexta, obiter & sparsim, non sine gran-,,
temporis interu[illegible]rio interlineârint & digi-,,
quod ajunt, tantum tetigerint. Sed va-,,
or erat Insignium Campus & majus resta,,

bat æquor arandum, cum inveniendis inventa non obstent. Quoniam verborum apud JCtos Interpp. & Historicos extantium repetitio intellectum reddit faciliorem, teste Antonio Mornacio, ab iis tanquam benè præmediatis temerario ausu recedere nec voluì nec debui, adeòque stylum ubique æqualem observare non potui. Ordinem & tractandi viam Doctoribus nostris receptam servavi, statum Clericalem Laico præferendo, & Viros Principes citra ullum Regiæ, illustris, ac eminentis dignitatis, præjudicium, ordine alphabetico collocando. Icones insignium adjicere magis sumtuosum quàm fructuosum judicavi, cum omnibus pateant, Jus & Historia non item. Speciatim verò cujusvis illustris nobilisve Germaniæ (de his enim præcipuè tractandi mihi sumpsi animam) familiæ prosapiam & insignia ad amussim pervestigare labor esset in cassum abiens propter monumentorum solidorum maximum defectum. Allegationibus usus sum ex omni scibili citra veterum & novorum Scriptorum respectum, indifferenter sumtis tùm in usum Lectoris, qui si unâ destituatur auctoritate non statim & alterâ cognoscatque illos optimos esse Auctores, qui rerum varietate delectati fuerint: tùm quod non facile sit aut rem rei aut Auctorem Auctori præferre. Probè insuper juxta ea quæ dixi cap. IX. n. 511. professus sum per quos profecerim. Numeros & paginas ex oculari Auctorum inspectio-

tione, ubi opus, adjeci, sæpè diversis Pli-„
nii, Taciti, Plutarchi, Aventini, Olai M. Jo-„
nii, Münsteri, Lipsii, Claudii Minoris, Al-„
rovandi, Sleidani, Annæi Roberti. Kniche-„
i & aliorum plurium, ob insperatas immeri-„
usque migrationes & provocationes, usus„
im Editionibus. Scripsi denique Tracta-„
am, non exscripsi, meoque remigio, ut ille„
it, citra ullius gloriolæ arrogantiæve aucu-„
ium rem gessi, nec corniculam alienis pen-„
is contexui.

Quanto verò cum applausu quantove am æstimio exceptum fuerit Viris Præstantis-mis Opus hoc Heraldicum Hœpingi, ex se-quentibus patebit testimoniis. (I.) *Guilielmi Antonii FREUDENBERGICI, JCti, Epistola Gratulatoria ad Hœpingum operi affixâ, quod ita habet*: Scio & usque video uæ excellentissima de materia insignium jam idè ultra biluſtrum ex omnigenis Auctoribus ollegisti notamina ac meditamenta, quibus et-omnibus ac singulis per negotiorum inter-alla limam supremam haud addideris, plera-ue tamen cum meliori parte ejus sunt generis perfectionis, ut cum honore probiter even-lari, nigramque lotiginem desugere possint. *post interposita alia*: Lætor prorsus ex ani-o Te verum & saniorem insignium usum ex nni antiquitate mediaque Jurisprudentia no-scum communicare velle, nec luci invidere ıblicæ, ac ea propter nedum Tibi ipsi sed & ihimet meritò gratulor præsertim à Docto-

Aliorum de Hœping. Tr. judicium Freudenbergici JCti.

ribus tuatim de illa materiâ hucusque nihil, quod eo sciam, ex præparato publicitusque literis consignatum reperiatur, excepto *BARTOLO de Saxo FERRATO*, qui hunc articulum tantùm leviter & breviter degustavit, imò superivit, ut tipula aquam. Te verò tam exactè amusitatè ac conquisitè ejusmodi materiam in partibus quibusdam absolutis pertractare cœpisse, ut nedum altis super illam commentandi materiam omnem prope sustulisse sed & Gratias Musis h. e. utilia cum jucundis & Philologicis identidem commiscens, utramque paginam fecisse, omnéque punctum, quod ajunt, exhinc tulisse videaris. neminem eorum, qui modò sobrii & eruditi Viri sunt, & vel à limine tua salutaverint, inficiaturum fore putavero. *Et sub finem*: Salvere Te hac vice cum tuis & valere jubeo, cum commonefactione, ut etiam cætera, quæ ad tam nobilisimam Insignium materiam spectare videntur ac vel imprimis de sigillis, Clypeis, & Galeis collectanea priscæque manus opera quando citius in ordinem componere, composita exasciare, exasciata denique subsimiliter eventilare una cum Tuis Jurium Responsis plus ultra elaboratisimis, ne dubites. Sic erit proporrò, ut quod olim Gentiles singulis Diis certos dicabant hymnos in eorum festis sacrisque decantari solitos, ita quoque Dianæ Tuæ Hypingos, Suadæ verò Veneriique amatorios desantemus cantus.

(II.) *Georgii Philippi HARSDÖRFFERI*, Germani, Patricii Norimbergensis, Reipubl. Patriæ Senatoris in Societatis frugiferæ Collegio der Spielende dicti, *in Epigrammate ad Typum Operis Hœpingiani facto, quod ita inter alia sonat:* Harsdörfferi.

Hœpingum *mihi cerne amande Lector.*
Ille qualia finxit atque pinxit!
Hoïc curas veterum & recentiorum
unâ vicit acu. Annues legendo.
Sunt hæc sunt monumenta digna cedro,
contra barbariem imminentis ævi
stata Insignia *pulchra laureata:*
non Sædis peritura post futuris.
Mausolea velut perennitatis &c. &c.

(III.) *Conradi BACHMANNI*, Germani Milsungensis, Philos. Magistri, Poes. & Histor. Professoris Giessensis post & Marpurgensis, *in Elogio Operis & Autoris*, Hœpingii Operi præfixo, pariter ligato, quod ita concludit: Bachmanni.

Cuncta hæc (scil. de Insignibus scitu necessaria)
Hœpingi docet hoc industria libro,
Illius hoc stadio se citus egit Equus.
Namque per Historicos laxis contendit habenis
Florem *omnem ingenii præseruitque acie.*

Philologos omnes AQUILÆ perculſus amore
Divitiis *voluit deſpoliare ſuis.*
Et per Juridicos collegit munera libros
Munera *non aliis concilianda rei.*
Ut neque neglexit, doctorum ex agmine Vatum,
Caſtalidum plena Mella *referre manu.*
Atque Oratorum genus omne invi ſit : ut inde
Ornatum eliceret congereretque decus.
Conſpicis hinc igitur pulchrè hoc ſe oſtendere libro
